BYBLIOTHECAE APOSTOLICAE

VATICANAE

CODICES MANV SCRIPTI RECENSITI

IVSSV

PII XI PONTIFICIS MAXIMI

PRAESIDE AIDANO GASQUET O. S. B.

S. MARIAE IN PORTICV CARD. DIACONO

S. R. E. BYBLIOTHECARIO ET TABVLARII VATICANI PRAEFECTO.

CODICES VATICANI GRAECI

RECENSVERVNT

IOHANNES MERCATI

BYBLIOTHECAE VATICANAE PRAEFECTVS

ET

PIVS FRANCHI DE' CAVALIERI

SCRIPTOR

TOMVS I.


Codices 1-329



ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MCMXXIII



PIO · XI

PONTIFICI · MAXIMO

SACRVM

LECTORI.

Evolgantes hoc primum volumen Descriptionis codicum Graecorum Vaticanorum nullam habemus causam cur homines studiosos longa praefatione detineamus.

Bybliotheca Apostolica, quae, post reditum Summorum Pontificum de exsilio illo Avenionensi, Romae, Eugenio IV sedente, instaurari coepta est, codices Graecos non nullos possedisse videtur ab ultimo fere initio; quorum numerus postea bybliothecarum aliquot adcessione plurimisque librorum manu exaratorum emptionibus in inmensum crevit. At huius thesauri plane pretiosissimi origines incrementa vices qua par est absolutione perfectioneque enarrare tum demum licebit, cum codices ad leges ante plus viginti annos conditas singuli recensiti et testimonia quae exstant omnia ad Bybliothecae memoriam investigandam diligentissime conlecta fuerint atque explorata. Quam enarrationem successoribus permittamus necesse est, nos enim praenavigavimus vitam, et si nondum in sicco - ut Senecae utamur verbis - certe iam in portu sumus.

Nostrae itaque partes hae tantum sunt, ut aliquid dicamus de huius voluminis ratione; quo, cum operi manus admoveremus, nobis erat in animo codices conprehendere saltim quadringentos, exemplo scilicet conlegarum, qui digerendis codicibus Latinis operam adhuc usque navarunt. Sed ubi adtendimus, codices 1-329 profanos scriptores couplecti, 330 vero et qui sequuntur, usque ad 900, nonnisi auctores ecclesiasticos, satius esse duximus tomum primum concludere descriptione codicis 329. Quo etiam cautum est ne liber ingentior evaderet quam qui facile tractari posset, neve legentibus

daretur occasio tritum illud haud absurde recinendi: μέγα βιβλίον μέγα κακόν.

In codicibus enarrandis leges pro virili parte observare curavimus, quas praefationi integras subicimus. Eas viros doctos probaturos esse, minime ambigimus, cum, paucis tantum mutatis, eaedem sint ad quas Indices codicum Vaticanorum Latinorum a nobis et a conlegis nostris instructi sunt omnium paene adsensu. Et tamen candide fatemur nos studiosorum indulgentia benevolentiaque admodum indigere. Litterarum enim studia quietem et otium maxime requirunt; nos opus incohatum anno 1904 mox intermittere conpulsi sumus, παρέργοις instantioribus districti iisque hercule diuturnis. Insecutum est bellum Europaeum, artes omnes, omnia studia perturbans; quo effectum est ut haec codicum descriptio, quae sub prelo iam erat, in perpetuum quadriennium differretur. Quid? Anno 1919 alter nostrum ad Bybliothecae praefecturam - honorificum munus et negotiosissimum - evectus est, alter inde a 1915 de illa studiorum sede tranquilla non semel avolsus, litteris abstinuit ad hunc prope diem, cum indices alphabeti ordine dispositos tandem aliquando valuit absolvere.

Quae cum ita sint, nemo sane admirabitur, si viri litterati quaedam in nostro volumine desideraverint, alia reprehenderint. Textus tamen conplures, qui in lucem prodierunt post recensitos codices, vel quos, saevientibus in toto orbe terrarum armis, tempestive arcessere oculisque subicere haud nobis licuit, in *addendis* et *corrigendis* adcurate notavimus. Ibi et non nulla, quae inter scribendum vel oscitatione praetermisimus vel per hebetiorem aciem minus recte legimus, subpleta emendataque inveniet lector amicus. Cui hos nostros qualescumque labores aliquam adferre posse utilitatem votis omnibus exoptamus.

Reliquum est ut quos quisque nostrum libros recensuerit indicemus. Iohannes Mercati descripsit codd. 2. 243-248. 254-257. 259-277. 279-283. 285-287. 291. 293. 297-329; Pius Franchi de' Cavalieri, codd. 1. 3-242. 249-253. 258. 278. 284. 288-290. 292. 294-296. Sed, ut suum unicuique reddatur, id quoque lectorem monitum volumus, schedas, quas P. Franchi paraverat, Ioh. Mercati (si primam voluminis partem excipias) singulas ad singulos codices quanta potuit diligentia exegisse.

D. kl. april. a. MDCCCCXXIII.

LEGES QUAS PROCURATORES BYBLIOTHECAE VATICANAE
IN CODICIBUS GRAECIS RECENSENDIS SIBI CONSTITUERUNT

Singulorum codicum descriptionem in tres partes dividimus, quarum prima de externo libri habitu praecipua docet, altera auctores et opera recenset, tertia codicis faciem et cultum distinctius exponit.

I. In prima parte, quam, numero excepto, litteris minoris moduli inprimimus, haec tantum de codice proferuntur: nota, aetas, materia, amplitudo, foliorum laterculorum linearum numeri.

1. Lineae initio typis crassioribus exscriptum, numerum Arabicum conlocamus, quo codex in praesens signatus cernitur; superiorem notam (qua scilicet liber usque ad Pauli V tempora signabatur) uncis lunatis inclusam adscribimus pone adverbium 'olim'; alias notas antiquiores, quotiens in codice exstant, ultimae descriptionis parti, utpote loco oportuniori, reservamus.

2. Sequitur nota temporis numero Romano, cui praefigimus litteras 'saec.', id est 'saeculi'. Ubi est codicis aetatem finibus angustioribus circumscribere, vocum illarum 'ineuntis', 'medii', 'exeuntis' conpendia subicimus 'in.', 'med.', 'ex.'. Cum volumen obcurrit labente saeculo vel proximo ineunte exaratum, aetatem definimus lineola (–) inter duos saeculorum numeros inserta; e. g. 'saec. XII-XIII'. Codicum vero, qui notationem annorum prae se ferunt, annos, saeculi loco, adferimus, numero Arabico expressos, secundum litteras 'an.,' scil. 'anni', atque inter uncos f(olii) numerum subnectimus, in quo notam librarius adposuit; e. g. 'a. 1284 (f. 125)'.

3. Ad materiam indicandam adiectivis utimur 'membranaceus' (contracto 'membran.' vel 'membr.'), 'chartaceus' ('chart.'). Cum liber partim in membrana, partim in charta exaratus est, signamus materiam qua pleraque folia constant, notas numerales plagularum ex altera materia inter uncos lunatos subiungimus; e. g. 'membran. (ff. 1. 40-50. 67. 89 chart.)'.

4. Libri amplitudinem per longum et latum millimetris, quae vocantur, damus, altitudinis mensuram constanter praemittentes; e. g. ' mm. 280 × 198 '.

5. Foliorum (ff.) praeviorum numerum prodimus nota Romana, cui, puncto seiunctum, adscribimus notis Arabicis foliorum numerum in codice signatorum e. g. ' ff. V. 148 '.

6. Notas Arabicas, plerumque ubi textus desinit intermissas, foliis vacuis sequentibus ad finem usque adponimus.

7. Si quae folia medio codice obcurrunt sine numero, ea signamus folii praecedentis nota, adicientes dextrorsum superius litterulas [a], [b], [c] etc.; in recensione autem adscribimus signo + uncisque includimus. Similiter folia bis numerata notamus. Numeros vero a librario omissos, uncis conprehensos addimus pone signum —, adiectis verbis ' librarii neglegentia omissis '. E. g. ' ff. 150 (+ 24[a]. 53[a-b])'; ' ff. 170 (+ 20. 30. 50 bis numeratis)'; ff. 200 (— 21. 30 librarii neglegentia omissis)'.

8. Plagulas vacuas ab eo adiectas, qui nostra fere aetate codicem glutinavit, silentio praeterimus.

9. Librum duobus laterculis exaratum conpendio indicamus ' coll. 2 ' pone foliorum numerum; e. g. ' ff. 240, coll. 2 '. Codices vero lineis plenis descriptos haud notamus.

10. Linearum, quas singulae codicis paginae conprehendunt, numerum, foliorum laterculorumque numeris adicimus, pone conpendium ' linn. '; e. g. ' linn. 28 ', ' linn. 28-32 '.

11. Si codex ex parte vel totus palimpsestus est, linearum numero adponimus notam ' rescriptus ' aut ' totus rescriptus ', litteris crassioribus.

II. Auctorum et operum recensio.

1. Singulos auctores numeris ordinalibus crassioris formae signatos ad novam lineam reducimus, nisi eos titulus generalis conplectatur, vel eorum orationes et epistulae iaceant in codice confusae ac permixtae.

2. Si codex plures auctores continet, singula eorum opera nova linea recensenda non ducimus, sed brevibus interiectis spatiis discernenda notulisque numeralibus supra lineas adscriptis signanda.

3. Quotiens codicem offendimus conplura unius auctoris opera exhibentem, scriptura quidem utimur continuata, sed opera singula spatiis vacuis distinguimus et numeris crassioribus notamus.

4. Opuscula quae volgo in alterius auctoris operibus adnumerantur (ut e. g. Libanii oratio pro saltatoribus, quae inter Luciani opera haud raro legitur), nova linea non recensemus.

5. Auctorum nomina typis crassioribus inprimimus. Opera spuria asterisco indicamus.

6. Titulorum Graecorum, quibus opera sine auctoris nomine inscribuntur, verba praecipua damus litteris diductis.

7. Auctorum nomina operumque inscriptiones, quotienscumque in codice omissa sunt, uncis angulatis ⟨ ⟩ conprehendimus.

8. Singulis auctorum nominibus pone numerum ordinalem praefigimus, inclusam uncis lunatis, notam numeralem f(olium) in quo eorum opera incipiunt indicantem, e. g. ' **1** (f. 1) **Aristidis** monodia de Smyrne. **2** (f. 30) **Luciani Samosat.** Prometheus '. Numerus, nullo addito signo, folium rectum significat; litterula [v], iuxta apicem ultimae numeri notae adiecta, folium versum indicat.

9. Si codex duabus est columnis descriptus, conpendio ' col. 1 ' columnam sinistram significamus, ' col. 2 ' dextram.

10. Prolegomena, praefationes, dedicationes post titulum recensemus; cum vero operis initium et finis dantur, post finem.

11. Quotiens aliqua ex codice sumimus verba, librariorum scripturam adcurate exprimimus, orthographiam et vitia servantes, sed communiora conpendia solventes et nominibus propriis initialem litteram grandiore forma adhibentes. Charactere minusculo, qui dicitur, constanter utimur, etiam cum librarius notis uncialibus scripsit.

12. Opera singula iis inscribuntur titulis Latinis, quibus volgo circumferuntur. Scriptorum vero ineditorum tituli Graece volgantur prout in codice prostant, omissis tamen (quotiens pretium operae non visum est integros exscribere) verbis minus necessariis.

13. Capitum, quae typis inpressa non exstant, initia proferimus primi et ultimi, cui, si fieri potest, ordinis quoque numerum anteponimus.

14. Vitarum auctorum et hypotheseon, quae passim obcurrunt, prima vocabula titulo subicimus, ut lector de quibus scriptis agatur prima fronte agnoscat. E. g. 'Theocriti idyllia, praemissa vita Θεόκριτος ὁ τῶν βουκολικῶν (1 Westermann)', 'Aristophanis Ranae, praemissa hypothesi Διόνυσός ἐστι μετὰ θεράποντος (1 Duebner).

15. Versuum numeros, quos stichometrias vocant, notamus.

16. Scholiorum, cum operae pretium videtur, primum vel prima exscribimus et ultimum.

17. Quae saepenumero in spatiis vacuis ab alia manu adiecta sunt et quae in custodiae foliis ex aliis codicibus avolsis leguntur, ea contentorum recensioni subiungimus nullo praefixo numero, at titulus nova linea litterisque diductis prodimus.

18. Editiones ad solam fidem codicum nostrorum exactas semper memoramus.

19. In operibus satis notis divulgatisque recensendis initium et finem numquam damus, sed unam alteramve editionem omnibus perviam signamus. Classicorum tamen, qui dicuntur, auctorum editiones laudare minus utile visum est.

20. Operum haud satis cognitorum editionem conmemoramus principem aut quae ad artis leges exacta sit.

21. Cum vero opus recensendum parum innotescit et editiones rariores haud facile adeundae sunt, prima verba et extrema describimus, editionem illam laudantes, quam ob oculos habere potuimus.

22. Fragmentorum operum quae typis inpressa exstant prima et extrema verba adferimus, editionis paginas lineasque, uncis circumscriptas adponentes.

23. Fragmenta operum quae tantum manu scripta exstant designamus exscribendo titulos et initia primi et ultimi capitis integre servatorum.

24. Numeros librorum et libellorum, in quos opera non raro sunt dispertita, notis Romanis exprimimus; numeros vero epistularum, notis Arabicis.

25. Numeros, quibus singulae epistulae indicantur, virgula distinguimus, numeros librorum, quibus opera constant, puncto et virgula lineolaque; e. g. 'Libanii epistolae [1] (f. 15) 43, [2] (f. 15^{v}) 44'; (f. 20) Plutarchi de placitis philosophorum lib. I; – (f. 40^{v}) lib. II; – (f. 50) lib. III'.

III. Tertia descriptionis pars, litteris minutioribus inpressa, de codicis facie et cultu, ut supra dictum est, distinctius agit, ea omnia continens quae in prima parte consulto neglextimus.

1. Ibi *a*) fasciculos quibus liber constat adcurate distinguimus; *b*) officinarum chartariarum signa indicamus; *c*) foliorum seriem interdum turbatam restituimus; *d*) stemmata, imagines, ornamenta, quae litterae initiales foliorumque margines interdum distinguunt, brevibus verbis perstringimus; *e*) plagulas indicamus initio, medio codice et in fine vacuas relictas; *f*) notas exscribimus librariorum, possessorum etc., vitia omnia servantes, conpendia haud dubia inter uncos lunatos solventes, scripturae versus linea derecta distinguentes, Latina litteris inclinatis inprimentes; *g*) opuscula, libellos etc., in quibus de codice agitur, quotiens satis prodesse videtur, referimus pariter atque observationes philologicas et historicas; *h*) aetatem denique declaramus qua codex conpactus est, nisi illa eruatur e scutis Summorum Pontificum et Cardinalium bybliothecariorum in tegumento plerumque inpressis.

2. Si qui codex e plurium codicum reliquiis constat, descriptionem ad singulas partes seu reliquias pertinentem subiungimus, uti litterae minoris moduli lectorem docebunt.

ADDENDA

Cod. 1.

Pag. 1 lin. 6 ab imo, post *inter impressos* adde: (2ª Racc. 18676-18677, hodie Racc. Gen., Class. I 25).

Pag. 2 lin. 3 *adde:* De codice cf. A. E. Clark *The descent of MSS.*, Oxford 1918, p. 395-398.

Cod. 2.

Pag. 2 lin. 16 ab imo, *post* a. 1135 *adde:* ed. S. Gassisi *Oriens christ.* IV, 1904. p. 364.

Cod. 3. 4.

Pag. 3 lin. 5 *adde:* Subplementa manu illa descripta sunt, quae lexicographorum indicem digessit et codicis Vat. gr. 476 postremum folium exaravit. De codice cf. J. Bidez *La tradition manuscrite du lexique de Suidas* in *Sitzungsber. d. k. preuss. Akad. d. Wissensch.* 1912, p. 852 s.

Pag. 3 lin. 11-12, *post* + 1449 circ. *adde:* Fuit Garatonus secretarius apost. sedente Eugenio IV (vide sis W. von Hofmann *Forschungen zur Geschichte der kurialen Behörden* etc. II, Romae 1914, p. 111), dein episcopus Coronensis (v. Eubel, hierarchia cath. medii aevi II 154).

Cod. 8.

Pag. 5 lin. 21 *adde:* Integumentum vetus (saec. fort. XVI) ex tabulis corio rubro signato obductis catenaeque vestigia servans, nuper reppertum est. In altera tabulae anterioris pagina manus saec. XVI scripsit *N° XVI*, al. atram. add. *8* (?); inferius *N° 54*, dein add. *8 Plu:* haec nota duabus scidulis chartaceis fuerat contecta, e quibus quae subest numerum *488* prae se fert, superior vero num. *489*.

Cod. 11.

Pag. 7 lin. 11, *post* mensis apud Romanos divisio *adde:* et mensium nomina apud Aegyptios.

Pag. 7 lin. 17 ab imo *lege* ⟨*Ἀντίοχος ὁ μονάσας ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Σάββα καὶ συγγράψας τὴν βίβλον οὕτω καλουμένην παντέκτην*⟩. Inc. *τοῦ ἁγίου Ἡσαίου* etc. (auctoris nomen et tit. vid. subplenda ex Vat. gr. 663 f. 170).

Pag. 7 lin. 15 a. i. *post* elementorum humorumque communio *adde:* carmina sacra (*ὦ θεογενῆτορ ἐλπὶς πιστῶν – τοὺς θίους κορυφέους ⟨ὕ⟩μνης τημίσομεν*).

Cod. 12.

Pag. 9 lin. 10 ab imo *in fine adde:* et Daremberg, *Œuvres de Rufus d'Ephèse*, Paris 1879, p. 236.

Cod. 15.

Pag. 13 lin. 2 *adde:* Cf. Cramer, an. Oxon. IV 274 ss.

Pag. 13 lin. 10 *adde:* A. Heisenberg, Niceph. Blemmydae curriculum vitae etc., p. LXXVI ss., opus Nicephori Gregorae esse contendit.

Pag. 13 lin. 19 *adde:* Cf. P. Egenolff *Die orthographische Stücke der byzantinischen Litteratur* (Progr. d. gr. Gymnasiums Heidelberg für das Schuljahr 1887-1888) p. 32.

Pag. 13 lin. 29-32 *sic lege:* **23** (ff. 297. 296. 295. 298) ⟨**Prochori Cydonis** εἰς τὸ περὶ φωτὸς ζήτημα⟩. Inc. *Περὶ μὲν οὖν τῶν τῆς ἐνεργείας τοῦ θεοῦ εἰδῶν.* Des. τὴν προσωπικὴν καὶ κατ' ἐνέρ|⟨γειαν⟩.

Cod. 16.

Pag. 14 lin. 17 *adde:* Cf. P. Egenolff *Die orthographische Stücke* etc., p. 32.

Pag. 14 lin. 10 ab imo *adde:* Cf. Papadimitrios, Theod. Prodr., Odessae 1905, p. 252-254.

Pag. 15 lin. 17 *adde:* ed. Foerster VIII 460-468. 470-472. 273-277. 483-501. 504-507. 502-504. 508-516. 468-470. 479-482. 472-477.

Pag. 15 lin. 18 *lege* διηγήμ. 1-3.

Pag. 15 lin. 19 *adde:* ed. Foerster VIII 24-28. 33-34.

Pag. 16 *in fine tertiae codicis descriptionis partis adde:* Codicem descripsit Foerster, Libanii opp. VIII 10.

Cod. 17.

Pag. 17 lin. 11 *adde:* Cf. P. Egenolff *Die orthographische Stücke* etc. p. 32.

Cod. 18.

Pag. 17 lin. 20 *insere:* (f. 59) E p i c u r i apophthegma quod ed. Sternbach in *Wiener Stud.* X, 1888, p. 246.

Pag. 18 *in fine tertiae descriptionis partis adde:* Obcurrit codex in indice a. 1475 (Müntz et Fabre *La bibl. du Vat. au XVe siècle* p. 227) « Prothon et Imagines Philostrati. Ex papiro in nigro », immo iam in bybliotheca Nicolai V (ib. p. 338) « Item aliud ex papiro eiusdem (comunis) forme, copertum corio nigro, et intitulatur Gramatica Protum inscripta ».

Cod. 19.

Pag. 19 lin. 1 *praemitte:* Codex eadem est manu exaratus qua 21 et Urbinat. gr. 154 (an. 1423), 155 (an. 1433-1434), 156. *In fine autem descriptionis adde:* Codex fuit iam in bybl. Nicolai V: « Item aliud ex pergameno eiusdem forme, copertum corio rubeo, et intitulatur gramatica quod Prothon inscribitur » (Müntz-Fabre p. 338).

Cod. 20.

Pag. 19 lin. 14 f. II *lege* ff. IV.

Pag. 20 lin. 9 *lege* **6** (ff. III. IV. 127) ⟨**Moschopuli** scholia in Homeri Iliadem⟩. Inc. παρακείμενος ποιητικὸς μὲν εἶμαι (A 148). Abrump. πολεμήϊα ἔργα etc.

Folia III. IV nuper reposita sunt ex cod. 2315 (v. *Rhein. Mus.* LXIII 419 n. 1). F. IV A. Mai perperam notavit *Pertinet ad Eustathii codicem in Homerum.*

Cod. 21.

Pag. 20 lin. 8 ab imo *pro* ff. II. 114 *legendum:* ff. II. 118, nam ff. 115-118, quae, avolsa a glutinatore, iniecta fuerant cod. 2301 (ff. 12-15), nuper in loco suo reposita sunt.

Pag. 21 lin. 8 *adde:* Ex eodem codice discerpta sunt ff. 121. 122. 125. 126 cod. Urb. 154. **5** (ff. 115. 116) fragmenta martyrii s. A c i n d y n i et socior. (v. III 15; II 10 ss., ap. Acta SS. Bolland. I nov. 476 C ss.; 471 B s.) saec. XI-XII exarata. **6** (f. 117) *ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις* saec. XII exaratae (... *Ἐὰν φθάσῃ δεσποτικῶν ἑορτῶν παραμονῇ ἐν τετράδι ἢ παρασκευῇ. χρὴ | καταλύειν τὴν παραμονὴν διὰ τὴν ἑσπέραν; ἀπο. οὐχί* etc.). **7** (f. 118) de s a n c t i s PP. fragmenta (inc. | *κόσμου πολλοὶ τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ἑλόμενοι, μοναχοὶ καὶ ἅγιοι γεγόνασι. συνεγράψαντο καὶ οὗτοι βίβλους θεοπνεύστους οὐκ ὀλίγας καὶ εἰσὶν, οὕτως· Ἡ τοῦ ὁσίου Παλλαδίου πρὸς Λαῦσον* etc.).

Pag. 21 lin. 15 *post* δοῦλα λ (an δ?) *adde:* ex cod. in quo legebatur s. I o h. C h r y s o s t o m i de inconprehensibili.

Pag. 21 lin. 17 *add.:* 115^r *Arcintia.* | *Amami et doungue i pe(n)sier ouer la solitudine te ristrengga, fa ne la tua p(re)sentia che desiatamente mi veggi. Christophorus Gara.*

Cod. 22.

Pag. 21 lin. 13 ab imo *ante* Krumbacher *lege:* Bergk ap. Nauck, lex. Vindobon., p. VI.

Pag. 21 lin. 11 a. i. *lege:* περὶ ὀνομάτων auctore, ut vid., Man. Moschopulo (v. *Ὁ ἐν Κπόλει φιλολ. σύλλογος* XVI, 1885, *παλαιογρ. δελτ.* p. 43).

Pag. 21 lin. 10 a. i. *post* ἀφιᾶσιν *adde:* Cf. Bergk p. VI s.

Pag. 21 lin. 5-4 a. i. *lege:* ἐν τῷ ͵ς ω ν α' (p. Chr. 1342-1343, sed nota ω scriptum esse in ras.).

Pag. 22 lin. 18 *adde:* Ff. 1. 3^a. 250 ss. recentiora sunt.

Cod. 29.

Pag. 28 lin. 6 *post* capitalibus *adde:* post rasuram.

Pag. 28 lin. 7 *adde:* In sectura folior. legitur litt. cap. ομηρου ιλιας.

Cod. 36.

Pag. 33 lin. 9 *adde:* V. *L'Argonautica di A. R. tradotta e illustrata* II, Roma 1794.

Cod. 38.

Pag. 34 lin. 13 ab imo *adde:* et scholia in Theocritum vetera, Lipsiae 1914, p. X. Huius libri conlatio exstat in cod. d'Orville (Oxon.) X, 1 inf. 35 pariter atque codicum 39. 40. 42. 44. 50. 53.

Cod. 39.

Pag. 36 lin. 12 *sic lege:* 108^v in duobus frustulis chart. adglutinatis *Hesiodus Oppianus et Pindarus* (!). Ita omnino et in indice an. 1475 (ap. Müntz-Fabre p. 226), nec non in indice bybl. Nicolai V (ib. p. 338). Folia Pindarum continentia ex codice avolsa esse videntur ante Pauli V tempora, nam de illis in indicibus Ioh. a S. Maura et L. Allatii altum est silentium.

Cod. 42.

Pag. 38 lin. 9 *adde:* Scholia in Theocr. vet., Lipsiae 1914, p. IX s.

Pag. 38 lin. 17 a. i. *post* *χείρονος ἔξεως* *adde:* evolgavit Sophronius Eustratiades, Alexandriae 1910, s. nn. λα'. λβ'.

Cod. 43.

Pag. 40 *in fine tertiae descriptionis partis adde:* Vetus codicis tegumentum corio rubro signato obductum, in quo aquilae et dracones conspiciuntur, in altera prioris tabulae pagina haec scripta exhibet *Theocritus Oppianus i(n) isto uol(u)m(in)e | C. Garatonus:* praeterea *N° 53 8 Plu* (numero *43* postea superadglutinata est scidula chart. inscripta *487*, quae altera scidula contecta fuit numerum prae se ferente *488:* hic denique numerus cancellatus est, eiusque in locum positus *74*).

Obcurrit codex in indice an. 1475 (ap. Müntz-Fabre, p. 226) « Theocritus et Oppianus. Ex papyro in rubeo », immo iam in indice byblioth. Nicolai V (ap. Müntz-Fabre, p. 338) « Item unum volumen eiusdem forme (comunis) de papiro, copertum corio rubeo, et intitulatur Theocritus et Opianus ».

Cod. 48.

Pag. 44 *in fine descriptionis adde:* Schedula membranea, quae nuper repperta est et in suo loco (f. I^r) reposita, syllabum continet saec. XVI med. rec. *Sophoclis trag. tres et Pin|dari Olympia cu(m) annotationib(us) | . 61.*

Cod. 51.

Pag. 47 lin. 20 *lege:* *τόπ(os) πδ^{ος} Locus 84* (conr., nisi fallor, ex *4*): unde patet codicem card. Bessarionis fuisse: ap. Omont tamen sub nn. 4. 20. 84 non conparet.

Pag. 47 lin. 25 *adde:* In fine, m. saec. XV ex., *Euripides.*

In schedula membranea, quam postea repperimus et f. II^r adglutinandam curavimus, legitur, manu saec. XVI med. rec., *Euripidis Hecuba Orestes | et Phoenissę et Hesiodi | georgica cum expositio(n)e. | . 67.*

Cod. 53.

Pag. 48 lin. 16 *lege:* praevia (f. 1^r) poetae vita.

Cod. 54.

Pag. 49 lin. 10 *post* F. I^r *adde:* *ὦ χ(ριστ)ὲ βοήθει τῶ σῶ δούλω ἰωάν(νη)...*

Cod. 60.

Pag. 54 lin. 2 *lege:* *μαγιδιότης* (vel *γιδιότης*, cancellatis litteris *μα*)

Cod. 62.

Pag. 57 lin. 14 *adde:* Ed. R. Sabbadini *Epistolario di Guarino Veronese* I, 1915, p. 310 s.; qui codicem nostrum ignorat, ut ut memoratum in indice Allatiano s. v. *Γουαρ.*

Pag. 57 lin. 15 *lege:* ⟨Manuelis Chrysolorae⟩ de orthographia *et lin.* 16 *adde:* Cf. codd. Vat. gr. 1368 f. 113-119; 1862 f. 37-45 = Erotemata ed. Aldin. 1549, p. 93, 6-101, 8.

Cod. 64.

Pag. 58 lin. 10 ab imo *post* Euagoras *adde:* (cf. E. Drerup, Isocratis opera omnia I, Lipsiae 1906, p. XIII).

Pag. 59 lin. 7 *adde:* Ed. Max. Treu, Theodori Pediasimi eiusque amicorum quae exstant, Potisdamiae 1899, p. 44-48: cf. p. 51.

Pag. 59 lin. 12 *adde:* Cf. N. Terzaghi *Synesiana* in *Studi it. di filol. cl.* XX, 1913, p. 470.

Pag. 59 lin. 8 ab imo *adde:* Cf. *Die handschr. Ueberlief. d. Reden d. Aeschines* I, Ohlan 1912, pp. 2. 13-16.

Pag. 60 lin. 12 ab imo *post* p. XI nota 2 *adde:* Cf. *Hermes* XXVII 7-10; *Revue des bibliothèques* XIII, 1903, p. 73 nota 2.

Pag. 60 lin. 9 ab imo *post* Libanii opp. II, 446-447 *adde:* qui Foerster monet codicem iam fuisse in Vat. bybl. an. 1475 (v. Müntz-Fabre p. 231).

Cod. 65.

Pag. 61 lin. 16 ab imo *adde:* De codice eiusque vicibus v. Drerup, Isocratis opera omnia I p. XIV ss. Scripturae exemplum (f. 133^r) dedit Drerup, op. cit. I tab. II.

Cod. 70.

Pag. 66 lin. 11 *lege:* *πηγωνίτη* (non *πηδωνίτη*). Cf. Treu in *Byz. Zeitschr.* I 92.

Pag. 66 lin. 18 *post* *υἱόν* *adde:* ... *τὸν κλεινὸν παλαιολόγ...*

Cod. 72.

Pag. 67 lin. 7 *lege:* Opercula saec. XVI antiquiora.

Cod. 80.

Pag. 87 lin. ult. *lege:* 2 (f. 56) **Michahelis Pselli.**

Cod. 81.

Pag. 89 lin. 23 *lege:* notis partim cancellatis; ad oram *ἔσφαλται.*

Pag. 89 lin. 24 *post* *μανικαίτης* *adde:* (cf. Treu in *Byz. Zeitschr.* I 92).

In fine tertiae descriptionis partis adde: Exstat vetus integumentum stemmata praeferens Pauli V et Sc. Borghese card. byblioth.

Cod. 82.

Pag. 89 lin. 10 ab imo *lege:* Saec. XIV in. vel XIII.

Pag. 90 lin. 14 *adde:* Foerster VIII 414-416.

Pag. 91 lin. 17 a. i. *post* *ταῖς σκιαῖς* *adde:* ed. Lampros, *Νέος Ἑλληνομν.* IX, 1912, 398; cf. Jorio n. 272 ⟨ad Lascarim⟩.

Pag. 91 lin. 19 *post* quarum I *adde:* ⟨Demetrii Cydonii⟩ (Jorio n. 200).

Pag. 91 lin. 22 *post* III *adde:* quae Cydonio tribuitur in Vat. gr. 639, f. 174^v et in Burneiano (Jorio n. 283); *post* *⟨Ἀ⟩σάνη* *adde:* Constantino *et post* *ἡμᾶς* *adde:* (ed. Lampros, *Νέος Ἑλληνομν.* I, 1907, 207-208).

Pag. 91 lin. 2 ab imo *post* III[r] *adde:* nota emortualis *μηνὶ δε˙? (!)ν. δ' ἔτους ,ςωιδ'* (p. Chr. 1305) *ἡμέρα σαββα˥ τῶν πατέρων ἀπέθανεν ἡ μ(ήτ)ηρ μου:* sequitur epistula nescio cuius ad Carteriam, *ὅτι καὶ γράφουσα καὶ σιγῶσα ὁμοίως περὶ ἡμᾶς διακεῖσθαι ἐσπούδακας.*

Cod. 83.

Pag. 93 lin. 10 ab imo *adde:* 1587. 1592. 1593 it. ed P. Maas in *Berlin. Sitzungsber.* 1912, p. 993-995; 1587. 1593 sub nom. Gregorii Nyss.; 1592 vero sub nom. Stagirii. Omnes repperies ap. Foerster, Libanii opp. X-XI.

Pag. 94 lin. 3 *post* F. I[r] *adde:* manu ipsa Demetrii Cydonii.

Pag. 94 lin. 4 *post φιλεῖν* etc. *adde:* quae leguntur et in cod. Urb. 133, f. 316[v], sic retractata *μὴ θέλε σφόδρα φιλεῖν τὸ μὴ φιλοῦν παραμένειν. ἀπιὸν γὰρ ἀντὶ τῆς πρὶν ἡδονῆς, πικρόν σοι τὸ τῆς λύπης κέντρον ἐγκαταλιπὸν οἰχήσεται.*

Pag. 94 lin. 4-5 *pro* pauca – perspeximus lege: *de se dar a misser Chidoni in...*

In fine descriptionis adde: Reppertum est nuper vetus codicis tegumentum tesseris gentiliciis exornatum Pauli V et Sc. Borghese card. byblioth.

Cod. 84.

Pag. 95 lin. 9 *adde:* Cf. cod. 100, ubi aliud chrysobullae, diversae tamen, fragmentum exstat.

Pag. 95 lin. 17 *post* librarius *adde:* i. e. Georgius Chrysococces (cf. cod. Vat. gr. 1007).

Pag. 95 lin. 25 *post* p. 415-417 *adde:* ac vidit in bybl. Vat. inlatum fuisse iam Nicolai V temporibus (Müntz-Fabre, p. 335), non vidit exaratum esse a G. Chrysococce.

Cod. 85.

Pag. 96 *in fine descriptionis adde.* Vetus tegumentum insignia exhibens Pauli V et Sc. Borghese card. byblioth. nuper repperimus.

Cod. 87.

Pag. 98 lin. 9 ab imo *adde:* Variantes lectiones ex hoc cod. enotavit F. Mercuri *Le pitture dei Filostrati*, Roma 1828, II, 165.

Pag. 99 *in fine descriptionis adde:* Codex, sedente Nicolao V, Isidoro cardinali Rutheno commodatus fuit (Müntz-Fabre, p. 340: « Item Lucianus heroica Philostrati in papiro »). Obcurrit etiam liber in indice an. 1475 (Müntz-Fabre p. 231).

Cod. 89 (olim 95).

Pag. 101 lin. 8 *adde:* Cf. cod. Vat. gr. 1904. f. 150-155.

Cod. 90.

Pag. 101, 13 ab imo *post* saec. XV *adde:* ⟨ab Isidoro monacho dein. card. Rutheno⟩.

Pag. 102 lin. 8 ab imo *adde:* Quae sequuntur usque ad finem dial. 26 proiecta fuerant et Vat. gr. 1904 (ff. 163-166) inserta.

Pag. 103 *in fine descriptionis adde:* Codicem illum esse putamus, qui in ind. a. 1475 describitur « Lucianus. Ex membr. in rubeo » (Müntz-Fabre p. 230).

Cod. 91.

Pag. 103 lin. 25-26. Folia 142. 143 post descriptum codicem repperta sunt et in locum suum reposita.

Pag. 104 *in fine descriptionis adde:* Obcurrit codex in ind. an. 1475 (Müntz-Fabre p. 232) « Sinesii et Iunonis (!) Opera varia. Ex papiro in rubeo ».

Cod. 93.

Pag. 106 lin. 11 *post νόμω adde:* Cf. L. de Stefani *Una epitome Laurenziana della ‘ Sylloge Constantini ’* etc. in *Studi it. di filol. class.* XX, 1913, p. 202.

Pag. 106 lin. 20 *adde:* Cf. Cramer, an. Oxon. IV 274 ss.

Cod. 94.

Pag. 107 lin. 20 *pro* manus saec. XIV epistulam quandam *lege:* Isidorus mon., dein card. Ruthenus, epistulam ad propinquum suum (v. cod. 914 f. 59).

Pag. 107 lin. 22 *post* graece *adde:* eiusdem Isidori manu.

Pag. 107 lin. 24 *adde:* qui W. Fritz eum saeculo tribuit XV et membraneum perperam dicit.

In fine descriptionis adde: Codex is esse videtur qui in ind. an. 1475 (ap. Müntz-Fabre, p. 232) describitur « Sinesii Epistolae et alia opuscula. Ex papiro in viridi ».

Cod. 95.

Pag. 108 *in fine descriptionis adde:* Vetus codicis tegumentum, saeculi scil. XV, perelegans, ex tabulis corio nigro signato obductis, catenae praeferens vestigia, nuper reppertum est.

Cod. 97.

Pag. 109 lin. 4 ab imo *post* (f. 84) *adde* ⟨Manuel Moschopuli⟩ (v. cod. Chalcid., de quo ad cod. 98).

Pag. 110 lin. 4 *adde:* Edd. Leunclavius in fine Annal. Constantini Manassis, Basileae 1573; Lambecius-Kollar VI 93; Sp. Lampros, *Νέος Ἑλληνομν.* XV, 1921, p. 294.

Cod. 98.

Pag. 112 lin. 13 ss. *sic lege:* grammatica conplura: [a] (f. 75) ⟨Tryphonis⟩ (v. cod. Vat. gr. 1881, Vossian., insulae Chalcis [*Ὁ ἐν Κπόλει φιλολ. σύλλ.* 16, *παλαιογρ. δελτ.* 14] *⟨Τ⟩ὰ τῆς λέξεως πάθη. ἢ ἀπὸ πλεονασμοῦ γίνονται ἢ ἀπὸ ἐνδείας – αἰμηπόται καὶ τὰ ὅμοια* (excerpta *περὶ παθῶν* ed. R. Schneider, Lipsiae 1895, p. 17-21); [b] (f. 76[v]) *ῥητέον δὲ καὶ περὶ ἀλληγορίας καὶ αἰνίγματος. Ἀλληγορία ἐστὶ φράσις – ὅτι ἐκείνη σαφεστέρα τούτου πολλῷ* (cf. Walz VIII 815-816); [c] (f. 77, 5) ⟨de dialectis peregrinis⟩. *Εὐβοεῖς τοῖς θηλυκοῖς ὀνόμασιν – ἀντὶ τοῦ ἀναστάσαν* (recensionem breviatam ed. Cramer, an. Oxon. IV, 270-272; *Λεσβώνακτος περὶ σχημάτων* rec. Rudolf Müller, Lipsiae 1900, p. 33-53). [d] (f. 78) *ἐπεξήγησίς ἐστιν ἀσαφοῦς λέξεως – εἶπον πρὸς αὐτὸν. ὡς ἀδικεῖς τὸν πέλας* (Choerobosci *περὶ τρόπων*, ap. Walz VIII 819, 4-820).

Cod. 100.

Pag. 113 lin. 9 ab imo *post* μὴ στοχάζεσθαι δύνασθαι *adde:* (epp. 1-10 ed. Sigfrid Lindstam, Upsaliae 1910, p. 3-22).

Pag. 114 lin. 15 ab imo *adde:* Epimerismos epistular. 1-10 ed. Lindstam, op. cit. p. 25 ss.

Pag. 115 lin. 16 *lege:* epistulam neograece nescio cuius ad principem autographam continet, quae mutila inc.

Pag. 115 lin. 18 *adde:* (eiusdem auctoris epistula ad eumdem, ut vid., principem exstat initio cod. 166).

Pag. 115 lin. 21 *adde:* Codici adsutum fuisse vid. fragmentum chrysobullae pro monasterio S. Michahelis archangeli in Anaplo occid. (v. Du Cange, Constantinopolis christ. IV 187; J. Pargoire in *Bull. de l'Institut russe de CP* 3, 1898, p. 86 ss.).

Cod. 101.

Pag. 116 lin. 18 *post* epistulam auctor delevit *adde:* ff. exciderunt, post f. 9, saltem quattuor

Pag. 117 lin. 9 *post* γενομένης σοι λύπης *adde:* sequitur gnomicon Οὐδὲν ἕτερον χρὴ νομίζειν – ἣν ἠμέληται, quod Jorio p. 286 in uno Urbinate 133 observavit.

Pag. 118 lin. 13 *post* καὶ τῆς ἡδονῆς *adde:* (epistulam hanc ad Ioasaph mon. ed. Matthaei, varia Gr. 250-252; cf. Jorio n. 137).

Pag. 118 lin. 10 ab imo *pro* conplura *lege* duo.

Pag. 118 lin. 9 ab imo *post* γνωμικά *adde:* 'Αμήχανον ἑκάστης ἡμέρας...

Pag. 119 lin. 8 *post* ἀπαίδευτον *adde:* (in marg. f. 69^{v} legitur epist. anepigr. sine numero inc. Ἡμεῖς ᾠόμεθα τὴν ἐπάνοδόν σοι, quae cancellata fuit et infra [f. 78] denuo scripta).

Pag. 119 lin. 10 ab imo *post* τῆς σιωπῆς *adde:* abrump. vv. τί μὲν πέπρακται, folio uno deperdito, [143a] (f. 86) ep. quae in cod. Urb. ρμθ' inc. ἰοὺ ἰοὺ τῆς δυνάμεως (ap. Jorio n. 248) initio mut., scil. inde a vv. νοῦν ἔχων.

Pag. 120 lin. 1 *dele* vv. des. mutila – post 91, *nam post descriptum codicem folium reppertum est, quod exciderat. In eo sequitur ep. 154ᵃ anepigr. inc.* Ὁρμῶντι γράφειν σοι βασιλεῦ (Jorio n. 52).

Pag. 120 lin. 11 *post* ἀνδράσι φίλοις *adde:* sequuntur γνωμικά: Δεῖ γὰρ οἶμαι τὸν τῷ ὄντι etc.

Pag. 120 lin. 20 *in fine adde:* (post 105 ff. exciderunt, desideratur fors. epist. inc. 'Αδικεῖς ὠγαθὲ πέτεσθαί με κελεύων [Urbin. f. 176, ap. Jorio n. 163]).

Pag. 120 lin. 21 *in fine adde:* [175a] (ibid.) 'Αλουσι(άνῳ) inc. Ὅτι μὲν τῆς μακρᾶς ἀποδημίας (Jorio n. 84).

Pag. 121 lin. 20 *pro* anepigrapha – περὶ τῶν *lege:* epist. quae in Urb. 133 inc. 'Επανήκοντα τὸν 'Ραδηνὸν, initio mutila, sc. inde a vv. ἅπερ εὐξαίμεθ' ἂν περὶ τῶν: sequitur sententia Μὴ θέλε σφόδρα φιλεῖν.

Pag. 121 lin. 10 ab imo *post* μέχρι νῦν *adde:* usque ad vv. χεῖρον πράττειν ἀλλὰ μὲν καὶ (cod. Urbin. 133, f. 288^{v}, 13). Ff. 144-150, quae continent epist. 231-237, reponenda sunt inter f. 60 et 61.

Pag. 121 lin. 7 ab imo *pro* ἐπισκόπῳ *lege* ἀρχιεπισκόπῳ.

Pag. 122 lin. 12 *pro* gnomica *lege* ἀργή.

Pag. 122 lin. 6 ab imo *post* τῶν ὑγιαινόντων *adde:* [278a] (f. 175^{v}) anepigr. inc. Εἰ μὴ σφόδρα φροντίζειν τῆς ἀληθείας (in marg. ἀργή).

Pag. 122 lin. 4 ab imo *post* πρότερον καὶ *adde:* [280a] (f. 177) anepigr. inc. Καὶ τὸ διὰ χρόνον δέξασθαι (in cod. Urb. n. σϙη'), [280b] (f. 177^{v}) anepigr. inc. ὢ τίς τὰς συνεχεῖς (ad marg. α' ex β'; in cod. Urb. n. σϙθ').

Pag. 123 lin. 19 ab imo, *adde:* M. Vogel p. 184 n. 5 adfirmat exstare in hoc cod. possessoris nomen ('Ιωάννης ὁ Πανάρετος δοῦλος Ἰυ̅ Χυ̅); voluit, puto, scribere Vat. Urb. 133.

Cod. 102.

Pag. 123 lin. 8 ab imo, *post* W. III 1-145 *adde:* ed. H. Rabe, Hermogenis opera, Lipsiae 1913, p. 28-456.

Cod. 103.

Pag. 124 lin. 22 *adde:* et Lämmer, Melet. Rom. mant. 101 n.

Pag. 125 *in fine descriptionis adde:* Reppertum est vetus codicis integumentum, sc. saec. XV(?)-XVI corio rubro signato obductum catenaeque servans vestigia.

Cod. 104.

Pag. 125 *in fine adde:* Exstat vetus tegumentum saec. XV(?)-XVI corio rubro signato obductum, cuius in dorso legitur *Rhetorica ermogenis.*

Cod. 105.

Pag. 126 lin. 7 *post* εἶναι δόξω *adde:* Ex hoc cod. ed. Pitra, anal. sacra et class. II 310-313. It. ed. Camphausen (†) in Rhet. gr. XIII (1922).

Cod. 106.

Pag. 126 lin. 6 ab imo *adde:* Editionem ex hoc codice paraverat ac libro V Συμμίκτων destinaverat L. Allatius (v. indicem an. 1658 ab Aem. Legrand denuo excusum in op. quod inscribitur *Bibliogr. hell. du XVIIe siècle* II 226).

Pag. 127 lin. 16 ab imo *insere:* 112^{r} in marg. sup. † ἡ βίβλος ἥδε τοῦ βαλσαμὼν τοῦ δοῦκα.

Pag. 127 lin. 11 ab imo *post* ζ ex ξ *adde:* an legend. ͵ςψξγ'? (= 1355 p. Chr.).

Cod. 109.

Pag. 129 lin. 17 ab imo *pro* ff. II *lege:* ff. IV (III. IV membran. palimpsesta, post descriptum codicem suo in loco reposita sunt ex Vat. gr. 2315).

Pag. 129 *in fine adde:* **6** (ff. III. IV, quae olim folium 1 efficiebant) **Nicandri** theriacae fragmenta saec. XIII exarata: [a] (ff. III^{v}-IV^{r}) vv. 61-66. 71-97; [b] (ff. III^{r}. IV^{v}) vv. 98-117. 122-139 cum scholiis (1 ad v. 60 ὡς αἱ τρίχες τῶν ἀνθρώπων, ult. ad v. 135 μόνη γὰρ, ed. Schneider p. 9-15. Cf. Rabe in *Rhein. Mus.* LXIII, 1908, p. 419 nota 1). Subest catenae exegeticae in 2 Cor. fragmentum saec. IX exaratum (f. IV^{v} ad IX, 7 ἢ ἐξ ἀνάγκης ἱλαρὸν γὰρ etc.). Scriptura sacri contextus magni est moduli; auctorum nomina, quorum excerpta adferuntur, rubra (*ΙΩΑΝΝΟΥ* bis, *ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ*).

Summo f. III quaedam leguntur (*δεῖ τὸν εἰσερχόμενον εἰς τὴν ῥητορικὴν γινώσκειν ἐπιγραφ...*) quae spectare videntur ad Aphthonium.

Pag. 130 *in fine descriptionis adde:* Vetus codicis tegumentum, fors. saec. XIV, corio castaneo signato obductum, postea reppertum est, in quo animantium imagines conspiciuntur. Pagina altera tabulae ant. indiculum exhibet perevanidum.

Cod. 110.

Pag. 130 lin. paenult. *adde:* Cf. cod. Vat. gr. 1266; Urb. gr. 130 f. 223r.

Pag. 131 lin. 9 *adde:* Cf. Walz VI 507 s.

Pag. 132 *in descriptionis fine adde:* De codice vide sis Siebenkees, anecd. 105; qui perperam illum Palatino-Vaticanum dicit.

Cod. 111.

Pag. 132 lin. 9 *post* Iosephi Pinari Rhacendytae *insere:* (de quo M. Treu in *Byz. Ztschr.* VIII, 1899, p. 1 ss.).

Pag. 132 lin. 11 *adde:* De huius operis fontibus agit N. Terzaghi in *Studi it. di filol. class.* X, 1902. 121 ss.

Pag. 133 lin. 13 *adde:* Opusculum idem omnino ac Nicephori Blemmydae lib. de corpore, ed. Lipsiae 1784, III 1-29. Cf. Jan, musici scriptores gr. p. LXIX s.

Cod. 112.

Pag. 134 lin. 16 ab imo *adde:* Monodiam conmemorat Krumbacher *B. L.*² p. 498.

Pag. 135 lin. 10 *post* Gregorae *adde:* an Matthaei Ephesini? V. Treu *Matthaios Metropolit von Ephesos*, Potsdam 1901, p. 44 (Programm d. Victoriagymnasium).

Pag. 135 lin. 20 *post ὕστερον γεγονότος adde:* Ignotus est hic archiepiscopus; v. Petit in *Echos d'Orient* V 1902, pp. 32 s., 90 s.; XVIII, 1919, p. 248.

Pag. 135 lin. 26 *adde:* V. Krumbacher in *Sitzungsber. d. bayer. Akad.* 1892 p. 360.

Pag. 135 lin. 5 ab imo *adde:* Contulit a. 1608 Ioh. a S. Maura, v. Vat. gr. 2305.

Pag. 135 lin. 4 ab imo *sic lege:* Nicephori Blemmydae orationis qualem oporteat esse regem paraphrasis ⟨a Georgio Galesiota et a G. Oenaeota facta⟩ (M. 142, 612-657). Inscriptio prior rubra *λόγος παιδευτικὸς καὶ παραινετικὸς εἰς αὐτοκράτορα.*

Cod. 113.

Pag. 139 lin. 1 *post* ⟨**Man. Moschopuli,** *adde:* vel **Georgii Cyprii**⟩ (cf. M. 142, 44 c).

Pag. 139 lin. 14-13 ab imo *post τῷ ἀνάρχῳ* etc. *adde:* ed. in M. 63, 923 et ap. Dmitrijevskij 2, 499.

Cod. 114.

Pag. 140 lin. 14 ab imo *post καρκῖνοι* conplures *adde:* vide S. Pétridès in *Echos d'Orient* XII, 1909, 90.

Pag. 140 lin. 13 a. i. *post καλὸς εἶ adde:* (M. 107, 665). *Post σῶσον) adde:* Tres (scil. *νῆψον, ἱερά, σὺ ὃς*) leguntur sub nomine Theodori Prodromi in *ἱερογρ. ἁρμονία* ed. Constantinopoli an. 1802, p. 102; quartus (*ἔλε*) in Vat. gr. 1357 Ioh. Tzetzae tribuitur.

Cod. 115.

Pag. 142 lin. 23, *post* Aristotelis operum conplurium epitomae *adde:* manu Georgii Scholarii (v. Ioh. Mercati *Appunti Scolariani* in *Bessarione* XXXVI, 1920, p. 121).

Pag. 142 lin. ult., *post* des. abrupte *adde: ταῦτα δὲ ἐν τῷ πάσχειν θεωρεῖται* (IV 1, ap. Bekker 378b, 25).

Ff. 237. 236 (metaphys. IV 16-25, ap. Bekk. 1021-1023) inter 139 et 140 reponenda sunt.

Pag. 143 lin. 2 *sic lege:* Scholarius confecit: ac re quidem vera f. 153 insiticio habes addit. *Γενναδίου. Ὁ φιλόσοφος τῷ δέει τῶν χυδαίων καὶ πεπλανημένον... οὕτω μὲν ἐγὼ νομίζω ὁ δὲ δεσπότης ἡμῶν Ἰς̅ Χς̅ οἶδε τί σοι γέγονε.*

Cod. 116.

Pag. 144 lin. 11 *post* ib. 647 *adde:* nec non codd. 100 n. 2; 113 f. 203.

Pag. 144 lin. 18 *post Ἀλέξανδρον φασὶν ἐκεῖνον adde:* ed. M. 149, 657 initio mut.;

Pag. 145 lin. 20 *post* 351-356 *adde:* et in M. 149, 521-530.

Pag. 145 lin. 8 ab imo *pro* cf. Fabric. VII 643 *lege:* M. 149, 1067-1074.

Pag. 148 lin. 11 ab imo *lege:* ἐξώτροχος (cf. *Acta et diplom.* I 345 et 549, II 447).

Pag. 148 lin. 10 a. i. *lege:* in Synesii librum de providentia, ut videtur.

Cod. 121.

Pag. 151 lin. 4 ab imo *adde:* Dionysii conlationem habes in cod. d'Orville (Oxon.) X 1, 3, 5 n. 2; pariter atque Pindari (X 1, 3, 7 n. 2) et Arati (ib. 3, 5 n. 1).

Cod. 123.

Pag. 154 lin. 12 *post* latinae *adde:* maiusculae ... *iuliu d r d* (?) *ulterius nollis* (= *Iulium deridere ulterius noli?*). *Post* exercitationis gratia *adde:* In fine reponendum curavimus fragmentum folii membranei, avolsi ex codice binis columnis saec. X-XI exarato, ubi legitur comment. in Eph. VI 14-17.

Cod. 124.

Pag. 154 *in descriptionis fine adde:* Codicem ex bybl. Nicolai V mutuatus est card. Ruthenus: « Item unum librum Polibii in pergameno forme folii historiographus, Historia comunis » (Müntz-Fabre p. 341).

Cod. 126.

Pag. 155 *in descriptionis fine adde:* Codex ex bybl. Nicolai V mut. datus vid. Isidoro card. Rutheno: « Item alter liber in pergameno parve forme vocatus Historia Tucidides Atheniensis » (Müntz-Fabre p. 340). In indice an. 1475 (ib. p. 228) « Tucydes (sic). Ex membr. in semialbo et gillo (sic) ».

Cod. 127.

Pag. 156 lin. 23 post *γαβριηλοπούλου adde:* (cf. *Acta et diplom.* I 543. 546).

Cod. 129.

Pag. 157 *in fine descriptionis adde:* Vetus integumentum, quod nuper reppertum, scutis ornatur Pauli V et Sc. Borghese card. byblioth.

Cod. 130.

Pag. 158 *in fine descriptionis adde:* Exstat vetus integumentum scutis Pauli V et Sc. Borghese card. bybl. distinctum.

Cod. 133.

Pag. 159 lin. 12 ab imo post *Cum esset profecturus ex Venetiis* adde: ed. Th. Frommann, *Kritische Beiträge zur Geschichte d. Florentiner Kircheneinigung*, Halle a. S. 1872, p. 156, n. 1; (cf. Pierling *La Russie et le Saint-Siège* I 63-64).

Pag. 160 lin. 1 post vv. *Gratum nobis est quod crebro* adde: ed. Frommann op. cit. p. 162 n. 3. Cf. Pierling *La Russie et le St-Siège* loc. cit.

Cod. 134.

Pag. 160 lin. 14 ab imo *lege:* alter, scil. Isidorus card. Ruthenus, reliqua omnia.

Pag. 160 *in descriptionis fine adde:* Codex memoratur in ind. an. 1475 ap. Müntz-Fabre p. 228: « Dionysius Alycarnasseus de Antiquitate Romanorum. Et Appianus Alexandrinus de rebus gestis Romanorum. Ex papiro in rubeo ».

Cod. 136.

Pag. 162 lin. 10 *post* 101^v *insere:* 216^r (delet.).

Pag. 162 *in fine descriptionis adde:* Codex ex Nicolai V byblioth. commodatus fuit Isidoro card. Rutheno: « Item alter liber in pergameno medie forme, vocatus optimus historicus Çonara (Zonaras) » (Müntz-Fabre, p. 340).

Cod. 144.

Pag. 169 *in fine descriptionis adde:* Repperta nuper est et in loco suo reposita (f. I^r) scidula membranea saec. XVI med. posterior cum syllabo *Dionis historiae.* | . *132.*

Cod. 151.

Pag. 173 lin. 2 ab imo *pro* subpleta sunt saec. XVI *lege:* subpleta sunt saec. XV manu Isidori qui fuit card. Ruthenus (cf. cod. Vat. gr. 1896).

Pag. 174 *in fine descriptionis adde:* Codex obcurrit in indice anni 1475 ap. Müntz et Fabre, p. 228: « Agatius historicus. Ex membr. in albo ».

Cod. 152.

Pag. 175 *in fine descriptionis adde:* Codicem hunc (« Agathium Historicum ex banco VIII cum cathena ex papyro in gilbo ») mutuatus est Christophorus Persona S. Balbinae Prior, Agathiae historiar. interpres d. 24 mai, « restituit » 20 octob. 1481; iterum mutuatus est d. 25 oct. (« Procopium historicum ex papyro in nigro cum Catone! »). V. Müntz-Fabre, pp. 286. 287.

Cod. 154.

Pag. 177 lin. 8 *adde:* Cf. M. 110, 20.

Pag. 177 *in fine descriptionis adde:* Codicem hunc, pariter atque 155, 979 et Palat. gr. 246 (nunc 395), mutuatus est Ioh. Iac. Boccardus (Bouchard) deprecatore F. A. Barberino card., cuius litterae ad card. byblioth. exstant in archivo Barber.

Cod. 158.

Pag. 180 lin. 11 *adde:* Historiarum Chalcocandylae lib. I-IV iterum edidit Eugenius Darkó, Budapestini 1922.

Cod. 161.

Pag. 182 lin. 12 adde: *Bullettin de l'Institut archéol. Russe de Constantinople* IV 2, 1899, p. 2. Ibid., p. 4-5 epitomae initium.

Pag. 182 *in fine descriptionis* post *La bibl. du Vat.* p. 340 *adde:* « Item alter liber in forma mediocri compendium historiarum vocatus, in papiro »). Certe obcurrit in ind. a. 1475 ap. Müntz-Fabre p. 229, 6: « Seylaz historicus recens. Ex papiro in rubeo ».

Cod. 163.

Pag. 186 lin. 14 *adde:* Iam typis volgaverat C. Neumann *Griechische Geschichtschreiber und Geschichtsquellen im zwölften Jahrhundert*, Leipzig 1888, p. 102: qui p. 83 s. nostrum codicem describit, idemque in n. descriptionem laudat *nicht ganz zuverlässig* a Wilkeno editam, Rerum ab Alexio I gestarum libri IV, 1811, p. xviii n. 17.

Pag. 187 *adde:* Quae in ff. 201, 215, 219 exstant contra Ioh. Cinnamum edita sunt in *Zapiski imperatorskago Novarossijskago Universiteta* XXVI, Odessae 1879, p. 383 n. 1.

Cod. 165.

Pag. 189 lin. 7, *post* M. 45, 248-276 D 7 *adde:* ed. Jaeger I, Berolini 1921, p. 20-48, 14.

Pag. 189 lin. 12, *post* ἀποφαίνεσθαι *insere:* (ed. Jaeger I 182, 6-183, 12; 196, 29-197, 21; 199, 9-12; 206, 12-19; 211, 26-212, 21; 213, 4-7).

Cod. 166.

Pag. 191 lin. 16 s. *lege:* fragmentum est autographum epistulae neo-graece pessime scriptae saec. xv ad principem quendam ab eodem cuius est epist. cod. 100 f. I. Qua re codd. 100 et 166 eiusdem possessoris fuisse veri est simillimum.

Cod. 167.

Pag. 191 lin. ult. *post* Bonnae 1838 *adde:* M. 109, 15 ss.

Cod. 171.

Pag. 195 lin. 4 ab imo *lege:* qui ex bybl. Nicolai V commodatus fuit Isidoro card. Rutheno (Müntz-Fabre p. 341: « Item unum librum in papiro forme mediocris, vocatus de

Gestis Alexandri Magni »), aut ille est (quod tamen minus probabile existimamus) qui pro bybl. Vat. etc.

Pag. 196 *in fine descriptionis adde:* Tegumentum vetus saec. xv ex tabulis corio castaneo abductis, in quo inpressa exstant lilia et animantium imagines, praefert catenae vestigia.

Cod. 172.

Pag. 196 lin. 4 ab imo *adde:* M. 155, 9-13; 149, 681.

Pag. 196 lin. 3 ab imo *post* tribuebat *adde:* Debuit scribere Eugenico (de quo v. *Byz. Ztschr.* XXIII, 1914, p. 160). In folii 180^{r} marg. τοῦ νομοφύλακος τοῦ εὐγενικοῦ (Ioh., fratris Marci Ephesii).

Pag. 197 lin. 2 *lege:* *αὐγούστῳ ιθ' ἡμέρα δ'* et lin. 3 *adde:* ed. in *Echos d'Orient* XVIII p. 239.

Pag. 197 lin. 8 *adde:* G. Scholarii autographon est.

Cod. 174.

Pag. 198 lin. 21 *pro* Saec. xv *lege:* ante med. saec. xv.

Pag. 199 *in fine descriptionis adde:* Codex fuit Isidori card. Rutheni, a quo commodatum habuit Guarinus, Nicolao V pont. (cf. Müntz-Fabre p. 346). Sunt manu Isidori ornatus et inscriptiones lib. I-X, κεφάλαια lib. X (f. 212^{r}). In ind. an. 1475 memoratur: « Strabon in Geographia. Ex papiro in rubeo » (Müntz-Fabre p. 228).

Cod. 175.

Pag. 199 lin. 14 *adde:* Cf. F. Boll *Eine arabisch-byz. Quelle des Dialogs Hermippos*, in *Sitzungsber. d. Heidelberger Akad.* 1912, 18 Abhandl. p. 3.

Pag. 199 lin. 15 *lege:* ⟨ζωδιακὸς⟩ manu Isidori card. Rutheni, excepto titulo.

Pag. 199 lin. 16 *lege:* Inferius quaedam ipsius Isidori manu

Pag. 200 lin. 10 *lege:* In marginibus exstant scholia partim coaevae, partim recentioris manus, scil. Isidori.

Pag. 200 lin. 16 *adde:* Ff. 79^{v}-80^{v} sunt manu Isidori.

Pag. 202 lin. 7 s. *sic lege:* F. 1^{r} notas quasdam historicas inseruit Isidorus, ubi annus conmemoratur etc.

Pag. 202 lin. 12, *post* (= 1322 p. Chr.) *adde:* ed. Boll, op. cit. p. 4.

Pag. 202 lin. 13 *adde:* F. Schumacher, de Iohanne Katrario Luciani imitatore, Bonnae 1898: Boll op. cit. p. 3-4. Specimen scripturae Ioh. τοῦ *Κατράρη* an. 1309 in Graux et Martin tab. XIV n. 51.

Pag. 202 *in fine adde:* Imis ff. 8^{v}. 9^{r} $\overline{\rho\nu\eta}$; in f. 159^{r} summo $\frac{\overline{\beta}}{\rho\nu\eta}$, in imo $\frac{\overline{\rho\nu\eta}}{\beta}$: an chartarum summa?

Cod. 176.

Pag. 203 lin. 1 *lege:* ut docet nota f. 100^{v} et 158^{r}.

Cod. 177.

Pag. 204 lin. 8 *adde:* I. Fischer *Ptolemäus und Agathodämon* in *Denkschr. d. k. Akad. d. Wissensch. in Wien* LIX, 1916, 4 Abh., 71 ss.

Pag. 204 lin. 20 ab imo, post *Andronico Yneote*, adde: cf. M. 19, 1279.

Pag. 204 lin. 14 ab imo *scribe:* Oenaeotae nomen... ad quem Isaac Argyrus a. 1372 misit libellum de pascha ed. a Petavio in Uranologio p. 359 ss.; M. 19, 1279 ss.

Cod. 178.

Pag. 205 lin. 9 ss. ab imo *sic lege:* (f. 213^{v}) ⟨excerpta ex Dioscuridis de mat. med. V, scil.⟩ *περὶ σώρεως* (*τὸ δὲ σῶρι ἔνιοι ὑπέλαβον μελαντηρίαν* etc. i. e. V 102, ed. Wellmann III 71, 15-72, 15), – (f. 214) *περὶ τοῦ ἀρμενίου* (*'Αρμένιον δὲ, προκριτέον τὸ λεῖον καὶ τὸ χρῶμα* etc., V 9, p. 63, 16-20), (ibid.) *περὶ χρυσοκόλλης* (*χρυσοκόλλα δὲ διαφέρει ἡ ἀρμηνιακὴ τῇ χρόα*, V 89, p. 62, 22-63, 15), – (f. 214^{v}) *περὶ χαλκίτιδος* (*Χαλκίτιν προκριτέον τὴν χαλκοειδῆ*, V 99 ed. Wellm. III 69, 14-70, 20), – (f. 215) *πεσὶ διφρυγοῦς* (*Τοῦ δὲ διφρυγοῦς τρία οἰητέον εἴδη*, etc., V 103, p. 72, 16-73, 24), – (f. 215^{v}) *περὶ δοκιμῆς μίσυος* (*Μίσυ δὲ, παραληπτέον τὸ κύπριον – λείπεται τοῦ προειρημένου*, V 100, p. 71, 1-7).

Cod. 179.

Pag. 206 *in fine descriptionis adde:* Veteris tegumenti tabula prior tantum superat corio castaneo signato obducta saec., ut vid., XVI: qua de re scutum Pauli V postea auro impressum censendum est. Supra scutum numeri cuiusdam (*189?*) vestigia conspiciuntur.

Cod. 180.

Pag. 207 *in fine descriptionis adde:* Reppertum est vetus integumentum, saeculi scil. XV, ex corio nigro signato. In tabula priore aversa sup. legitur *n° 677;* sequuntur quaedam abrasa *... co n° 677;* inferius, manu saec. XV, *Κλαυδή⟨ου πτολε⟩μα⟨ίου⟩ μαθη⟨ματικὴ?⟩ σύντα⟨ξις⟩...* In tabula posteriore *n° 16*, add. *6 Plu.* Numerum 16 frustulo chart. adglutinato contectum fuit, ubi legebatur n. *20*, quod frustulum postea alia est chartula contectum numerum prae se ferente *356*. In tegumento duae laciniae membran. exstant, exsectae e cod. quodam lat. saec. XI grandioris formae, qui continuisse vid. homiliam s. Gregorii Magni de ss. Nereo et Achilleo.

Cod. 181.

Pag. 207 lin. 13 ab imo *post ἡμῶν σπουδῆς adde:* (prohoem. hoc ed. Sathas, *Μεσαιων. βιβλιοθήκη* I *ρι η'* s.).

Cod. 182.

Pag. 208 lin. 17 *post τις adde:* ed. Sathas, *Μεσαιων. βιβλιοθ.* I *πε'–ρια'*. Ib. *οδ'–ος'* pars c. 1.

Pag. 208 lin. 19 *post οἱ ἀστρονόμοι* etc. *adde:* (ed. Sathas ib. *ριγ'–ριη'*).

Cod. 184.

Pag. 210 lin. 7 ab imo, *lege:* (f. 12^{v}) ⟨*ἀναμέτρησις τῆς γῆς*⟩ (tit. subplevimus ex cod. Vat. 2326):

Cod. 187.

Pag. 217 lin. 20 *adde:* Ed. Ioh. Franz, commentatio de musicis Graecis, Berolini 1840, e cod. Borb. III c. 3; cf. Boll *Studien über Ptolemaeus* (in *Jahrbücher f. class. Philol.* XXI Supplementband) p. 100 s.

Cod. 190.

Pag. 220 *in fine descriptionis adde:* Vetus integumentum, saec. XVI, ex corio castaneo signato, catenae retinens vestigia, habet, dorso adglutinatam, scidulam chart. rotundam cum litt. *A*.

Cod. 191.

Pag. 222 lin. 5 ab imo, *adde:* Cf. Müller, Cod. Vaticanus nr. 191 in *Hermes* XV, 1880, p. 300-305.

Pag. 225 lin. 12 *lege:* 22 (f. 249) ⟨**Apomasar** (v. f. 285ʳ) i. e. Abū Ma'šar el-Balkhî [† 886] de revolutionibus nativitatum ex arabica in graecam linguam translat.⟩ (versionem latinam ex graeca, sub titulo Hermetis philosophi de revolutionibus nativitatum incerto interprete, ed. H. Wolfius in Ptolemaei Tetrabiblo, Basileae 1559).

Pag. 225 lin. 19 *adde:* Cf. Boll *Eine arabisch-byz. Quelle des Dialogs Hermippos* etc. p. 5 s. Ib. p. 13-17 ed. c. 7 e nostro cod. f. 251.

Pag. 226 lin. 3 *lege:* pp. XV. 409-415.

Pag. 227 lin. 4 *lege:* a pluribus librariis exaratus est (ff. 1-98 eadem forte manu ac Vat. 202 ff. 56-98).

Fasciculorum enumerationis antiquae vestigia tantum superant, scil. ad angulum inf. ext. ff. 10 (*Γ*), 42 (Θ), 46 (*I*), 68 (*IΘ*), 126 (*KB*) alibi; enumeratio rec. litteris latinis interdum et ipsa excidit, desecto membranarum margine. Tituli (praeter *H. N*) et ornamenta titulis superinposita purpureo colore picta sunt. Alia manus minio adscripsit in marginibus lemmata illa quae f. 1 colore fere eodem, sed, opinor, aevo recentiore, conlecta sunt; praeterea litteras initiales non nullas adiecit, quae omissae fuerant aut non bene scriptae. Hypotheses et scholia exarata sunt ut plurimum atramento flavescenti, quod interdum (ff. 32^v. 60. 62^v. 63 ss., alibi) aversa folia viridi colore adumbravit. Passim correctiones obcurrunt serioris aetatis manu. Scripturam hic illic evanidam, praesertim initio codicis, nescio quis ff. 1^r. 126^v retractavit. Margo extera ff. 67. 68. 71. 89. 98. 99. 115. 133 forfice excisa. Folia pauca offendes nova membrana refecta. Series, inde a f. 119 turbata, sic restituenda 119. 121. 128-130. 124. 126. 122. 120. 125. 123. 131.

In tegumento priore antiqua codicis nota legitur *N° 4. 8 Plu* et in chartula, quae numero *4* olim adglutinata fuit, *439.* Huic numero linea deleto superscribitur *N° 22.* Ff. III^r πίναξ Allatianus. I. II. III^v. IV vacua. 3^r *Emptu(m) in Vtino. 1453. Iunij octauo*| *Expositio vocabulo(rum) Homerj et sensus declara(tus) opti(m)e. | Didimj Opus in Home-r(um), Notarij Aristarchj fuit* (delet.) *optimus sequax.* 4^r summo marg. rubr. litt. εἰς τ(ὴν) ἀρχ(ὴν) λύπ. (i. e. λείπ.) ὀλιγόν. In marg. dextro sigillum byblioth. Nationalis Paris., quod iteratur in pagina codicis extrema. 9^v in marg. inf., 10^r in marg. sup. rubr. litt. λύπ. Folium 139, foliis duobus constans libri vix antiquioris, cuius scripturam studio deletam ad scripturam aliam recipiendam, non legimus, continet in priore pagina notam manu saec. fort. XIV † *ἐγράφη ἐν αρκαδία ἐν τῆ πελοποννήσω: διὰ χειρὸς | τοῦ φιλοσόφου προφήμου τοῦ ῥήτορο(s) . ἐν ἔτει ,ςχε'* (a. 1196-1197. Cf. Vogel-Gardthausen p. 390-391). ‖ *οὗτος εὗρον ἐν τῷ τέλει . χάρτ(ην) παλαιὰν κεκαρμέν(ην): | νικόλαος ἁμαρτωλὸς τάχα ζωγράφος ‖ τέλος ὁμήρου λεξικόν ‖ νικόλαος ἅπας γηγεν(ής) ‖ ὄνομα καλ(όν), καὶ σφόδρα θαυμάσιον, ἡ βίβλος ἔκτιστω, μεγαλεμπορία γὰρ τοῖς φιλολόγ(οις) οἶδα κληθήσεται | πάντ(ων) τῶν δυνῶν λέξεων . ἐπ'ἐξαπλοῦνται τρανός . τοῦ ὁμήρου, οἵτιν(ες) ἐπέρχωντε, μετὰ πόθου . χέρον(ες) | θελξίνον . καὶ τὸν νοῦν ἐπευκόλος δοξάζουσι . ‖ δόξα σοι θ(ε)ὲ δι οὗ κ(αὶ) διηγύσατο φιλοτέχνημα πάνυ ὀφέλημον . ὁ σὸς ἱκέτης . ῥῆτορ | ὁ πρόφημος . ἀρκαδινὸ(s) πέλοπος τοῦ κρεοῦργου, βλέπεται οἱ θέλωντ(ες), οἱ τὰς λέξ(ει)s σοφ(ῶs) | ἀριώμενοι. καὶ πλουτοῦντες τὸν νοῦν ἐπάρδέβεσθ(αι).* In eodem f. averso scriptum est litt. cap. *διδυμος . γραμματικος | ο του . αρισταρχου . αριστος | ακολουθος .* ‖ *didimus* (ex - *i*) *notarius aristarchi | optimus sequax.*

Tegumentum, corio castaneo signato obductum saec. XV, fibularum et catenae vestigia retinet: tabula prior fracta.

33 (olim 21). Saec. XI, membran., mm. 332×252, ff. I. 191, linn. 34.

Scholia minora in Homeri Iliadem. Praemittuntur hypotheses (ff. 1. 24^v. 48^v. 60^v. 71^v. 87. 92^v. 96^v. 103. 112. 119. 125^v. 129^v. 136. 142^v. 149. 155. 159^v. 165^v. 169^v. 173^v. 178. 181^v. 186^v) omnino ut in cod. 32.

Fasciculi, numero 24 (quaterniones, praeter ultimum folior. 7), a librario sine nota relicti sunt. Folia singula numeravit in ang. infer. ext. manus recentior (num. tamen ρπδ', purpureo colore scriptus in f. 184^v, pictoris manu videtur). Ornamenta initio librorum, tituli, litterae grandiores purpurea; textus atramento flavo eleganter exaratus. Margines ff. 1. 190. 191 nova membrana non nihil refecti. Folium I^r πίνακα Allatianum continet; I^v vacuum est. 1^r in marg. summo adscripti sunt hebetato calamo versus *λαβε καλὴ τ(ῶν) θεῶν λάβε καλὴ τὸ μῆλον· | σὴ, τη καλῆ τῶν θεῶν ἔστω τὸ μῆλον δῶρον,* quibus alia manu adscriptum legitur † *τοῦ χρυσολωρᾶ μαν(ου)ήλ.* Infra, *p(rae)cii flor. X.* 191^v initium sermonis cuiusdam (*παρασκευὴ ἄγε δὴ τὴν* etc.) quod deletum fuerat, remediis chemicis resuscitavit, ut opinor, A. Mai. De codice cf. Philologus XLIX, 1890, p. 428.

In tegumenti dorso scuta Pii IX et A. Mai card. byblioth.

34 (olim 42). Saec. XV, chart., mm. 234×165, ff. I. 50, linn. 14.

Orphei * Argonautica (Orphica ed. Abel p. 3-53). Versibus 1-3. 52-65. 72-249 iniecta est a manu coaeva interpretatio latina.

Codex quiniones conprehendit quinque, alphabeti latini litteris signatos ad ang. infer. ext. primae singulorum paginae (excepto fasciculo *α* qui notatus est ad ang. inf. int. paginae extremae). Officinae chartariae signum, tuba cornea (cf. Briquet n. 7834). F. I^r *πίναξ* Allatianus. 49^v, opere absoluto, legitur *Ἀμήν | τέλος τοῦ ἀργωναυτικοῦ. Solue quęso mi hieronime.* I^v. 50 vacua.

In operculis scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. byblioth.

35 (olim 43). Saec. XV, chart., mm. 202×142, ff. IV. 135 (+ 53^{a-c}. 92^{a-b}. 103^{a}. 110^{a-55}) linn. 13. 19. 20.

1 (f. 1) **Orphei** * Argonautica (Orphica ed. Abel p. 3–53). In marginibus lemmata graeca et notulae latinae perpaucae.

2 (f. 54) **Leodrisii ⟨Crivelli⟩** Orphei Argonauticon interpretatio latina (exstat inpressa post Valerii Flacci Argonautica ed. Ald. 1523 et alibi; cf. Fabricius-Harles I 150).

3 (f. 93) **Manuelis Chrysolorae** grammaticae (quae edita est Venetiis an. 1549) conpendium (*ἐπιτομὴ βραχίστη τῶν εἰς γραμματικὴν ἀρχῶν συντεθεῖσα παρὰ Ἐμμανουὴλ τοῦ Χρυσολωρᾶ*). Inc. *Εἰς πόσα διαιροῦνται τὰ εἴκοσι τέσσαρα γράμματα.* Des. *κατὰ τὴν πέμπτην κλίσιν κλίνονται· οἷον ἡλιὰς ἡλιάδος· τέλος.* In marginibus exstant explicationes latinae non nullae, manu saeculi XVI diversa ab ea quae pauca verba inter lineas latine reddidit ff. 131^v. 132^r.

Constat liber quaternionibus 7, signatis, litteris numeralibus graecis, in marg. inf. medio primae et extremae paginae + quaternionibus 5 sine numeris + fasciculis 6 (I. II, folior. 6; III-V, folior. 10; VI, folior. 5) notatis in marg. inf. medio primae paginae numeris romanis: ex quo perspicuum est librum tribus codicibus esse conflatum, quorum primus ff. 1-53^c conplectitur, alter ff. 54–92^b, tertius reliqua. Idem docent officinarum chartariarum signa: in ff. 1–53^c stella octo radiorum circulo inscripta; in ff. 54–92^b (vide sis e. g. ff. 69–72) galerus praelaticius (cf. Briquet n. 3390); in ff. denique 93-135 sagittae duae decussatae e circulo exstantes (cf. Briquet n. 6303).

F. I^r derecte scriptum est *henricus winner notarius | et scriba;* in parte sup. *argonautica de orpheo;* inferius vero codicis nota antiquior *N° 245*. F. III *πίναξ* Allatianus. IV^v *χριστοφόρος | Dominus Jouianus de Sancta maura preceptor | meus, et deus meus siquidem ἄνθρωπος | ἀνθρώπῳ δαιμόνιον ut est in p(ro)uerbio gręco | donauit me hoc codice. bononię.* 135^r articulus *ὁ ἡ τό* et nomina non nulla declinantur. I^v. II. IV^r. 53^v. 53^{a-c}. 92^v. 92^{a-b}. 113^v. 114^r. 134^v. 135^v vacua.

In tegumenti dorso scuta Pii IX et A. Mai card. byblioth.

36 (olim 72). Saec. XV, chart., mm. 288×197, ff. V. 235, linn. 30 et (inde a f. 141) 23.

1 (f. 3) **Apollonii Rhodii** Argonauticorum lib. I-IV cum scholiis quae volgavit e cod. Laurentiano H. Keil in Apollonii ed. Merkel II 303-532. Libris

II-IV (ff. 40. 73^v. 102^v) praemittuntur hypotheses (Keil pp. 387–388; 449–450; 484–485); libro I praeeunt etiam poetae vita *Ἀπολλώνιος ὁ τῶν Ἀργοναυτικῶν ποιητής, τὸ μὲν γένος ἦν – τιμῆς ἠξιώθη· καὶ τὰ μὲν τοῦ γένους ταῦτα* (Westermann 1) et Argonauticorum argumentum *Ἡ δὲ ὑπόθεσις – ὑπῆρχε χρυσόμαλλον* (Keil p. 532–534). Textus hic illic emendatus. Scholia maxima ex parte textui inserta sunt lineis plenis, alia in marginibus addiderunt librarius ipse et manus, ni fallimur, duae recentiores.

2 Orphei * [1] (f. 141) Argonautica, [2] (f. 172) hymni I-LXXXVIII, praemissa (f. 171) *εὐχῆι πρὸς Μουσαῖον* (Orphica ed. Abel pp. 3-53; 57-102). Subduntur, nulla distinctione facta,

3 (f. 197) **⟨Procli⟩** hymni I-VII (Orphica ed. laud. p. 276-283).

4 (f. 201^v) **Callimachi** hymni I-VI (p. 1-67 ed. O. Schneider).

In ff. 226-227 minoris moduli et rubro exaratis a manu coaequali, verba aliquot explanantur litteris *η, ει, οι* incipientia (*Ἦν ἀντὶ τοῦ ὑπῆρχον – Ἦχι ἀντὶ τοῦ ὅπου τοπικοῦ ἐπιρρήματος*).

Fasciculi (quaterniones omnes, excepto 9 quinione) sunt numero 28, notati ad angulum inf. ext. primae et ultimae paginae. Librarius numeravit etiam folia singulorum fasciculorum (e. g. f. 172 *β' τοῦ κβ'*), sed huius modi notae, margine decurtato, saepius effluxere. Officinae chartariae signum, galerus praelaticius (cf. Briquet n. 3387); in ff. 221-224, canis gradiens. Tituli, ornamenta titulis superinposita, litterae maiores et maximae rubro scripta. Ff. III-V continent indicem graecum Allatianum. I. II (quae sunt membranea, pariter ac duo ff. extrema), 225^v. 228-235 vacua. Codicis facies summa dextra ima ornamentis perquam mediocribus distinctae sunt, calamo delineatis.

Asseres, ipso ut vid. saec. XV, corio nigro inpresso cooperti, fibularum et catenae vestigia exhibent.

37 (olim 73). Saec. XV, chart., mm. 285×198, ff. XI. 151 (+ 119^a), linn. 25.

1 (f. 1) **Apollonii Rhodii** Argonauticon lib. I-IV. **2** (f. 120) **Orphei** * Argonautica (Orphica ed. Abel p. 3-53).

Liber quaterniones conprehendit 15 + 5, signatos litteris numeralibus graecis in marg. inf. primae singulorum paginae, dextrorsum. Ornamenta titulis praefixa, tituli, litterae grandiores et maximae, lemmata (quae tamen non nisi ff. 1-5 invenies) roseo colore picta sunt. Ff. I^v. II-IX. X^v. XI. 28^v. 119^v. 119^a. 148-151 vacua. Officinar. chartariar. signa: scala, cui superstat stella sex radiorum; scala, stellae radiis et ipsa conlustrata, circulo inscripta (cf. Briquet nn. 5920. 5922. 5923). F. I, membraneum, in priore pagina titulum exhibet ipso saec. XV adpositum *Amonii poe. Opus. | al(ia)s Apomonij rodij argonautica | Orphei argonautica* et in summo angulo ext. numerum *18* lineola deletum. X^r legitur *πίναξ* Allatianus.

In tegumento priore averso, codicis nota antiquior *73*. Tabulae, quae saeculo, ut vid., XVI corio nigro obductae sunt aureisque ornatibus inpressae, fibularum et catenae vestigia tantum retinent.

38 (olim 52). An. 1323, chart., mm. 234×150, ff. IV. 291 (+ 144^{a}. 145^{a}. 146^{a}. 147^{a}).

1 (f. 1) **Hesiodi** Opera et dies cum glossis Procli Tzetzae Moschopuli et scholiis Procli (ed. Gaisford in Poetarum graecorum minorum vol. II, Lipsiae 1823).

2 (f. 53^{v}) Pythagoreorum versus aurei (Mullach I 193-199).

3 (f. 61^{v}) **Oppiani** Halieutica cum scholiis (primum inc. *Ἔθνεα τοὺς ἰχθύας εἶπε. καὶ διὰ τί εἶπεν ἔθνεα καὶ οὐκ εἶπεν πλήθη* [cf. Duebner p. 260 col. 2, 30]; ultimum, ad V 496, inc. *ἐφετμὴ λέγεται ἡ ἐντολὴ καὶ γίνεται ἀπὸ τοῦ τέμνειν*). Praecedunt (f. 55) poetae vita (1 Westermann; Duebner p. 243) et (f. 55^{v}) *ὑπόθεσις τῶν Ὀππιανοῦ Ἁλιευτικῶν κεφαλαίων*. Libris II-V (ff. 83^{v}. 101. 117. 134^{v}) capita praemittuntur.

4 (f. 148) **Theocriti** idyllia I. V. VI. IV. VII. III. VIII-XIII cum scholiis in marginibus. Praemittuntur (f. 147^{v}) poetae vita (1 Westermann; Duebner p. 1, 3-16: in cod. des. *ὠνομάσθη*) et prolegomena, scil. ⟨*εὕρεσις τῶν βουκολικῶν*⟩ (Duebner ibid. col. 1, 29 - col. 2, 17, sed inde a vv. *λοιπὸν ποτὲ εἰσελθόντες* aliquantum diversa), ⟨*περὶ διαφορᾶς τῶν βουκολικῶν*⟩ (ibid. 20-39), (f. 147^{v}) ⟨epigrammata Artemidori et Theocriti⟩ (quorum alterum in cod. des. *μοῦσαν δ' ὀθνείην ὄντιν' ἐπεκτησάμην*), ⟨*Περὶ τῆς τῶν βουκολικῶν ἐπιγραφῆς*⟩ (sola vv. *ἰστέον - εὐφραίνω, σημείωσαι - συῶν συβόσια*, Duebner p. 2 col. 1, 21-23; col. 1, 31-2, 1), ⟨*περὶ τῶν τῆς ποιήσεως χαρακτήρων*⟩ (ibid. p. 2 col. 2, 10-20), vv. *εἰδύλλιον λέγεται - εἴρηται εἰδύλλιον* (ibid. col. 1, 24-25). Scholiis in singulos libros praemittuntur (ff. 147^{v}. 154. 160. 161^{v}. 164^{v}. 172. 175. 178. 179. 182. 184. 185^{v}) hypotheses quas legere est ap. Duebner pp. 3. 37. 46 (a cod. div.), 32. 50. 27. 62. 66. 69. 71. 77. 80. Post idyll. XIII legitur (f. 188^{v}) Theocriti Syrinx cum (f. 189^{v}) commentario **Ioh. Pediasimi** (Duebner p. 110-111; cf. C. Wendel in *Byz. Ztschr.* XVI, 1907, p. 464).

5 (f. 187^{v}) *ὀνοματοποιΐα τῆς τοῦ ἀνθρώπου θέσεως* (Daremberg-Ruelle *Oeuvres de Rufus d'Ephèse*, Paris 1879, p. 599-600).

6 Aristophanis [1] (f. 192) Plutus, [2] (f. 219) Nubes, [3] (f. 253^{v}) Ranae. Nubibus praemittitur hypothesis VIII ⟨*Θωμᾶ τοῦ μαγίστρου*⟩, Ranis (f. 253^{r}) hypoth. III ⟨*Θωμᾶ τοῦ μαγ.*⟩ usque ad v. *ἀνῆλθε* (Scholia in Aristoph. ed. Duebner 274 col. 1, 11).

7 (f. 286) **Theocriti** idyllia II. XIV. XVI, praeviis (ff. 286. 288^{v}. 289^{v}) argumentis (Duebner p. 18 col. 1, 4-11; p. 84 col. 2, 30-35; p. 93 col. 2, 20-32).

Fasciculi 37 (7 ternio; 27 quinio: in fine duernio additur sine nota), signantur in marg. inf. medio primae paginae, non tamen litteris, sed nominibus numeralibus cardinalibus, minio exaratis. Ornamenta titulis superinposita ff. 1^{r}. 55^{r}. 117^{r}. 147^{r}. 192^{r} pictor atramento delineavit, deinde rubro flavoque colore distinxit. Rubro exarati sunt tituli, nec non glossae interlineares litteraeque grandiore forma. In pagina altera folii I, quod chartae recentiori adglutinatum est, diversae manus saec. XV-XVI scripserunt *73 | 8 Plu.; Hesiodus cum expositionibus procli | Oppianus | Theocritus | Aristophanes;* (in marg. inf.) *esiodus cu(m) commento | Item oppianus de natura piscium cum comento | Item theocritus cum commento | Item Aristophanes omnia completa.* In eadem pagina media legitur Aristophanis epigramma * in Oedipum regem et ⟨*τὸ αἴνιγμα τῆς Σφίγγος*⟩ (Sophoclis tragoediae ed. Mekler, Lipsiae 1889, pp. 105. 106). Ff. II-IV *πίνακα* Allatianum continent. In marg. ext. folii 53^{v} manus saeculi XV derecte scripsit colore viridi *πυθαγόρου σαμίοιο ἔπη τάδ' ἐάσι χρυσᾶ* eademque eodem colore duo notabilia adposuit ff. 40^{r}. 41^{r}. Margo extera folii 104 rec. subpleta. Inter 191 et 192 duae chartae exciderunt. 191^{v}. 218^{v}. 252^{v} vacua: 286-291 (cuius margo extera ferro desecta est) ab alio sunt scriba exarata eiusdem fere aevi. 285^{v} imo margine *ἐγράφη τὸ παρὸν βιβλί(ον), κατ' ἔτος ,ϛωλα'*: atramento nigriore add. *μηνὶ νοεμβρίῳ* †: superius nescio quis duas aves inter se concurrentes pueriliter pinxit. 289^{r} in marg. sup. *χαρίτων ὀνόματα ἀγλαΐα. εὐφροσύνη. καὶ θάλεια.* De codice cf. U. von Wilamowitz *Textgeschichte d. Bukoliker, Philol. Untersuchungen* XVII, Berlin 1906, p. 8; H. Schultz *Die handschriftliche Ueberlieferung d. Hesiod-Scholien* in *Abhandl. d. k. Gesellschaft d. Wissensch. zu Göttingen* N. F. XII, 1910, 24.

In tegumenti dorso scuta Pii IX et A. Mai card. byblioth.

39 (olim 53). Saec. XV, chart., mm. 220×144, ff. III. 108 (+ 44^{a-d} — 56), linn. 17-21 et (inde a f. 46) 17-18.

1 (f. 1) **Aristophanis** Ranae inde a versu 1516. In margine exstant scholia ad verss. 1528. 1531. 1532, sed ita madore evanida, ut magna ex parte difficillima lectu sint. Ult. des. *ἀπελθόντες εἰς τὰ πάτρια, ταύτην τὴν γνώμην ἐχέτωσαν.*

2 (f. 1^{v}) **Hesiodi** Opera et dies cum Moschopuli glossis et scholiis (ed. Gaisford, Poetae graeci min., Lipsiae 1823, vol. II; cf. H. Schultz *Die handschriftl. Ueberlieferung d. Hesiod-Scholien* p. 24). Des. mut. in versu 743.

3 (f. 25) **Theocriti** idyllia I (inde a versu 116), II-VIII cum scholiis. Primum inc. *ὁ βωκόλος ὔμμιν ἐγὼ ὁ Δάφνις* (Duebner p. 15 col. 2, 37). Ult., ad VIII 89, *ἐταπεινώθη κατὰ τὸν λογισμὸν ὑπὸ τῆς λύπης* † | † *γυνὴ ἄρτι πρῶτον εἰς γάμον ἐλθοῦσα* (v. Duebner p. 66 col. 1, 5 ss).

4 (f. 46) **Oppiani** Halieuticon lib. I-III usque ad vers. 617, praemissa (f. 45) vita (1 Westermann; Duebner p. 243; ordine tamen paullum inmutato). Glossae inter lineas exstant et in marginibus scholia, quorum primum inc. *Τολμηρὰ λέξις. διατί εἶπεν ἔθνεα καὶ οὐκ εἶπε πλήθη* (cf. Duebner p. 260 col. 2, 30), ultimum, ad III 486, inc. ⟨*Μ*⟩*ίνθη θυγάτηρ ἦν τοῦ Κωκυτοῦ. τοῦ Αἰδωνέως δὲ ἐρῶντος* (cf. Duebner p. 342, 8 ss.).

Fasciculi, numero 14, quaterniones sunt, praeter 7 ternionem. Eorumdem notae, quas librarius adposuit margini inf. medio primae et ultimae paginae, superant inde tantum a f. 51^{v} (scil. *κ'-κη'*). Quibus e notis cognoscimus fasciculos excidisse in princ. 14 continentes Aristophanis, ut vid., Nubes, Plutum, Ranas usque ad vers. 1515; certe Hesiodi Operum finem (post f. 24) et initium Theocriti idyllii I. Id etiam velim animadvertas, numerum *κα'* omissum fuisse in enumeratione, quae a *κ'* ad *κβ'* transilit. Chartas permultas madore maculatas, interdum non sine scripturae damno (v. praesertim ff. 27-30), saepe inscite refectas invenies. Officinarum chartariarum signa quae vidimus: tuba cornea (e. g. f. 27-30; cf. Briquet n. 7709), basiliscus (e. g. f. 47-48), cor (? e. g. ff. 57. 68), circuli duo hasta crucigera divisi (e. g. ff. 104-107; cf. Br. n. 3169). Ff. I^{v}. III^{v}. 44^{v}. 44^{a-d}. 45^{v} vacua. I^{r} in membranula adglutinata titulus legitur *Hesiodi dies et operae et | alia aliorum | 53.* II-III *πίναξ* Allatianus. 108^{v} *Hesiodus Oppianus et Pindarus* (!) | *C. Garatonus* (cf. cod. 3 f. 1^{r}).

In tegumenti dorso scutum Pii IX.

40 (olim 54). Saec. XIII-XIV, chart., mm. 231×159, ff. I. 129, linn. ut plurimum 24.

1 (f. 1) **Theocriti** idyllia V (inde a versu 26) - VIII cum glossis interiectis et scholiis, quorum primum, ad V 28, *ἀπὸ τοῦ πέποιθα πεποίθω ἐνεστὼς . ὡς ἀπὸ τοῦ δέδοικα δεδοίκω* (Duebner p. 39 col. 1, 53-54), ultimum, ad VIII 84, *εἰ δὲ θέλεις - τὴν μιτύλαν* (Duebner p. 65 col. 2, 37-40). Tituli (ff. 3^{v}. 4^{v}. 7^{v}) desiderantur.

2 (f. 10) **Pindari** Olympia I-XIV, sine titulis, praemiss. (f. 9) *κυροῦ Μανουὴλ | τοῦ πρώτου εἴδους ἡ στροφὴ καὶ ἀντίστροφος κώλων δεκαεπτά* (inc. *Τὸ α' ἀντισπαστικὸν ἀκατάληκτον λεγόμενον γλυκώνειον*, des. *τὸ ιζ' φαλαίκειον ὅταν τὸ α' ἀντίσπαστον τὰς δ' ἄλλας ἰαμβείας ἔχῃ*). Exstant in marg. scholia rec. Inc. f. 10 *⟨ἄ⟩ριστον τὰ μὲν* etc. (cf. Boeckh II 23, 19 ss.). Des. schol. ad XIV 28 *τὸ λεγόμενον ἀποτείνει* (Boeckh II 295, 13). In fine legitur *ἐνταῦθα τέρμα τῆς Πινδάρου πυξί⟨δος⟩*.

3 Sophoclis [1] (f. 37) A i a x cum indice personarum et scholiis, quorum primum, ad vers. 14, inc. *τὸ ὑπερτεθικὸν οἰκεῖται τὴν γενικήν*, [2] (f. 67) E l e c t r a (sine duobus versibus extremis), glossis interlinearibus scholiisque instructa, praeviis (f. 66^{v}) argumento *Ὑπόκειται ὧδε τροφεὺς* (Mekler p. 52) et dramatis personis, quibus subiciuntur *Περὶ τῆς ἐνταῦθα ματαιότητος ἡρωϊκοὶ στίχοι* (Boissonade, An. gr. II 471), [3] (f. 99) O e d i p u s r e x usque ad vers. 1491 cum glossis interlin. et scholiis non nullis in marg. non una manu exaratis.

Fasciculorum enumerationis vestigia superant: f. 8^{v} (*ιδ'*), f. 91^{v} (*ζ'*), f. 106^{v} (*θ'*), alibi: unde conligitur aut librum ex duobus codicibus conflatum esse, aut ff. 37-129 olim foliis 1-36 praeisse. Folia paene omnia a tineis perterebrata, nova charta foede refecta

sunt; non nulla exciderunt (unum post 98, alia in fine; tria ferro excisa sunt post 36). Ff. 26-28 post 36 conlocanda esse notavit in marg. inf. f. 26^{r} manus illa recentissima, quae singulis Pindari Olympiis numeros plumbo adposuit. Scripsere codicem manus saltem duae. F. I continet *πίνακα* Allatianum; 28^{r} figuram astronomicam rudi manu delineatam. 66^{v} Aegistus ante Orestem subplex adumbratur eiusdemque interfectio. Aegisti interfectionem manus inperitior etiam in f. 67^{r} delineavit colore rubro.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. byblioth.

41 (olim 55). Saec. XIV, chart., mm. 285×176, ff. III. 91.

Pindari **1** (f. 2) Olympia et **2** (f. 44^{v}) Pythia, cum scholiis vett. quae incipiunt *οὐδὲν ἕτερον τι αὐτῷ* (A. B. Drachmann, Schol. vett. in Pind. I, Lipsiae 1903, p. 17, 21), dess. *κλασθέντος τοῦ καλάμου* (Drachmann II, Lipsiae 1910, p. 270). Praeit (f. 1^{v}) poetae vita T h o m a e Mag. vulgo adscripta, manu paullo recentiore (Drachmann I 4-8), cuius vitae extrema pars (scil. a vv. *ὁ δὲ ἐπινίκιος*, p. 7, 14) in eodem folio recto repperies.

Folium 1 continet ⟨**Dionysii** Periegeseos⟩ versus 308-335, manu saec. XV. In folio vero 91^{v} B a t r a c h o m y o m a c h i a e versus 1-29 (inscriptos *ἀρχὴ τῆς μυοβατραχομαχίας. αὕτη δέ ἐστι Τίγρητος τοῦ Καρὸς*) ipse codicis librarius exaravit.

Quaterniones 11 litteris numeralibus graecis signavit librarius in angulo inf. int. ultimae paginae; numerationem litteris latinis adiecit, in ang. inf. ext. folior. 1-4 unius cuiusque fasciculi, manus saec. XV, eademque duo folia in fine addita insignivit litteris *m* et *n*. Numeri et glossae interiectae minio scripta sunt; in ff. vero 21^{v}-38 minio exaratus est ipse Pindari textus (Ol. VII-XI). Chartae omnes plus minusve madore inquinatae. In pagina altera folii I legitur *μουσούρου κτέαρ ἦν εὖτε τάδ' ἐγράφετο.* II^{r} *πίναξ* Allatianus; inferius nota *Supradictus Pindarus* (sequitur delet. v. *code⟨x⟩*) *cum scholiis impressus fuit Romę anno 1515 in ędibus Augustini Chisij.* 91^{v} *εἰσὶν ὀλύμπια μὲν ιγ' μετὰ τοῦ τόκου: πύθια δὲ ἕνδεκα*: subicitur epigramma Anth. Palat. IX 357. Pauca de hoc cod. ap. Drachmann, Schol. in Pind. I p. IX.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. byblioth.

42 (olim 75). Saec. XIII-XIV, chart., mm. 239×156, ff. II. 153 (+ 1^{a}. 2^{a-b}).

1 (f. 3) **Theocriti** idyllia I-XVIII cum scholiis, praemissis (f. 1) poetae vita (1 Westermann; Duebner p. 1 col. 1, 3-16), *⟨περὶ τοῦ ποῦ καὶ πῶς εὑρέθη τὰ βουκολικά⟩*, (f. 1^{v}) *⟨περὶ διαφορᾶς τῶν βουκολικῶν⟩*, Artemidori et Theocriti epigrammatis, *⟨περὶ τῆς τῶν βουκολικῶν ἐπιγραφῆς* et *περὶ τῶν τῆς ποιήσεως χαρακτήρων⟩* (Duebner p. 1 col. 1, 29 - col. 2, 17. 20-39; p. 2 nn. IV. V; p. 2 col. 1, 21-23. 31 - col. 2, 1. 10-20); praeterea vv. *εἰδύλλιον λέγεται - λέγεται*

εἰδύλλιον, hypothesi (Duebner p. 2 col. 1, 24-25; p. 3 col. 1, 4-29, col. 2, 23-46) nec non (f. 2v) epigrammate *εἰς βουκολικήν* (Duebner p. 2 n. VI). Singulis idylliis, I excepto, praemittuntur hypotheses ff. 8v. 12. 14. 16v. 20v. 22. 26v. 28v. 29v. 31v. 33. 35. 36v. 39. 42. 44v. 47v. In fine (f. 49) epigramma *σιμιχίδα Θεόκριτε σοφῶν οἴων ποιμάντορ.* Subicitur (f. 50) Syrinx cum (f. 49) Maximi Holoboli commentario (Duebner p. 112 col. 1), in breviorem tamen formam contracto, et synopsi eiusdem, inde a vv. *τὸ ἐπιγραμμάτιον* (ibid. col. 2, 8. Cf. C. Wendel in *Byz. Ztschr.* XVI, 1907, p. 465-466).

Sequuntur (f. 50v) quaedam parvi momenti, scil. ⟨de tribus *διηγήσεως* speciebus⟩ (*τῶν ῥητόρων οἱ τρόποι τῶν διηγήσεων τρεῖς εἰσὶν - ἀπιθάνως λέγειν ἢ ἀδύνατα παντελῶς*), *περὶ τῆς τῶν στίχων τεχνεύσεως* (*Γυνή τις καλουμένη ὡς μέν τινες Σιβύλλα - τὰ περὶ τοῦ στίχου*), *τὰ τοῖς θεοῖς ἀνατεθημένα ζῶα* (*ἡ γλαὺξ τῇ Ἀθηνᾷ - καὶ ἰχθὺν εἰς Ἑλλήσποντον*).

2 (f. 51) **Dionysii** Periegesis auctoris vita instructa (GGM. II 427 col. 1, 1-3. 5-7; 428 col. 1, 1-6; 427 col. 1, 3-5) et paraphrasi (ibid. 104-176; 409-425).

3 (f. 73) Pindari vita Thomae Mag. vulgo adscripta (in cod. *γένος Πινδάρου τοῦ λυρικοῦ.* Drachmann, Schol. vett. in Pind. I 4-8) et (f. 74) *Πινδάρου γένος δι᾽ ἐπῶν* usque tantum ad vers. 3 (ibid. p. 8).

4 (f. 74v) epistulae duae ⟨**Georgii**⟩ *τοῦ Κυπρίου τῷ Νεοκαισαρείτῃ* (I [31] inc. *Πάντες σε πλὴν ὀλίγων,* des. *μὴ ἀληθεύοντα ἐπιστήσονται;* II [32] inc. *Ἦν ὅτε λέγων,* des. *τῆς χείρονος ἕξεως* [cf. M. 142, 425]) et epistula una *τοῦ χαρτοφύλακος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τοῦ Κυπριανοῦ πρὸς τὸν ἰατρὸν Εὐαγέλιον* (? inc. *Ἔνθα δὴ ἀγάπης ἐστὶν εἰλικρίνεια,* des. *ὑγιᾶ τε καὶ εὔθυμον*).

5 Pindari [1] (f. 75) Olympia I-XIV (IV abrump. f. 88v in versu 16 vulg., V inc. f. 89 versu 6), [2] (f. 120) Pythia I-IV 495, praevia (f. 119v) hypothesi. Exstant in marginibus scholia, quae incc. *Γέγραπται ὁ ἐπινίκιος οὗτος Ἱέρωνι* (I 15, 21 Drachmann), dess. in vv. (ad. Pyth. IV 89) *σοὶ δὲ τούτων αἱ Χάριτες* (II 164, 19 Drachmann). Scholiis praemittitur (f. 75) de novem lyricis (Drachmann I 11, 7-13).

Fasciculorum notas repperire nobis haud contigit. Tituli, ornamenta, litterae grandiores, numeri lineaeque versibus singulisve vocabulis haud raro subductae, rubro colore picta sunt. Folia conplura humore maculata; margines passim nova charta refecti. F. I-II *πίναξ* Allatii tempore digestus. Ff. 1-3, quae continent Theocriti vitam et idyllium I usque ad vers. 12 (verss. 9-12 nescio quis plumbo cancellavit, exstant enim et in f. 4 a prima manu descripti), subpleta sunt saec. XV (officinae chartariae signum, currus; cf. Briquet n. 3528). F. 35 post 32 conlocandum est; 34 post 9; 68-72 post 58; 73 post 67, ut etiam monent notulae in marg. adiectae. Excidit charta una post 88 . Ff. 2a-b. 148-153r

vacua sunt. 153v legitur veterum scriptorum indiculus quidam a manu recentiore digestus (*θεόφραστος ἐν τῷ περὶ εὑρημάτων | τίμαιος ἐν ταῖς οἰκοδομίαις - κλέανδρος ἐν δευτέρῳ παροιμιῶν*).

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. byblioth.

43 (olim 74). Saec. XV, chart., mm. 215×145, ff. II. 201, linn. 13.

1 (f. 1) *διδασκαλία εἰς τὴν κυριακὴν τῶν βαΐων.* Inc. *Πρὸς ἡμᾶς ἀγαπητοὶ καὶ πάντας χριστιανούς.* Des. *τοῦ ἐπὶ πώλου ὄνου καθεσθῆναι σήμερον καταδεξαμένου καὶ τὴν ἡμῶν... ἀμήν.*

2 (f. 6) **Theocriti** idyllia I-VIII cum glossis interlinearibus, usque ad f. 20v minio scriptis, deinde atramento. Praemittuntur [a] (f. 5) poetae vita *Θεόκριτος ὁ τῶν βουκολικῶν* usque ad v. *ἐκλήθη* (1 Westermann; Duebner p. 1 n. I 3-16), [b] (ibid.) ⟨*περὶ τοῦ ποῦ καὶ πῶς εὑρέθη τὰ βουκολικά*⟩ (Duebn. ibid. n. II, sed in cod. brevius), [c] (ibid.) ⟨*περὶ τῆς τῶν βουκολικῶν ἐπιγραφῆς*⟩ a vv. *τὰ μέντοι* ad v. *ἐπωνυμίας* (Duebner n. VIII, p. 2 col. 2, 2-6), [d] (f. 5v) hypothesis inc. *Ἰστέον ὅτι οἱ Δωριεῖς,* des. *ποιησοῦμαι* (ibid. p. 3 col. 1, 30, 1-2; 43 - col. 2, 16). Praeterea idyllia II-VIII hypotheses praecedunt (ff. 11v. 18. 20v. 23. 29. 31. 37). Scholia, quae in ff. 6-10 abundant, deinde rarescunt, postremo deficiunt, incc. *Τήνα δω(ρικῶς) οὕτω λέγεται ἀπὸ τοῦ κείνει* (cf. Duebn. p. 4 col. 2, 4 ss.).

3 (f. 45) **Pindari** Olympia I-XIII (usque ad vers. 92), praemissa (f. 40v) poetae vita Th. Magistro vulgo adscripta (Drachmann, Schol. in Pind. I 4-8), quae etiam legitur in f. 44. Olymp. I versus 1-42 iterantur f. 42-43. Singulis carminibus, exceptis I. XI-XIII, praemittuntur (ff. 52v. 60. 63. 64v. 67. 74v. 81v. 86v. 93) hypotheses et scholia non nulla, scil. quae legere est ap. Drachmann, Schol. in Pind. I 58, 12-18; 60, 19-61, 2; 59, 6-13; 106, 4-13; 129, 21-130, 7; 139, 1-3. 17-20. 22-140, 4; 154, 3-19; 153, 18 ss.; 197, 16-198, 7; 195, 11-15; 237, 4-13. 18-20; 267, 1-13; 308, 15-18. 21-309, 4; 308, 7-8; 309, 9-13. 5-8. Versibus glossae interiectae sunt vel minio vel atramento exaratae. Scholia in marg. obcurrunt pauca.

4 (f. 105) **Homeri** Batrachomyomachia* cum glossa interlin. et scholiis perpaucis in marg., quorum primum, ad vers. 5, inc. *εὔχω δ᾽ σημαίνει· εὔχω τὸ καυχῶμαι:* ultimum, ad vers. 79, = Apollod. III 2-5 (p. 106, 6-107, 12 Wagner). Cf. A. Ludwich, de codicibus Batrachomyomachiae dissertatio, Königsberg 1894, p. 9.

5 (f. 116) **Oppiani** Halieuticon lib. I-III. Praeeunt (f. 115) poetae vita (1 Westermann; Duebner p. 243), (f. 115v, 4) Perioche (Duebn. p. 260, 5-34) et (f. 116) *στίχοι τοῦ Τζέτζου* (Duebn. p. 260). Glossa interlinearis

et scholia in principio tantum repperies. Obcurrunt in marginibus lemmata circulis rubris inscripta, pariter atque tituli librorum II. III (ff. 147. 173v), quibus etiam capita praemittuntur.

Liber tribus codicibus constat, quorum primus fasciculos conplectitur 5, alter 9, tertius 11, signatos in marg. inf. medio primae et ultimae paginae (quaterniones omnes, praeter 7 et 11 qui ff. 7 tantum habent; in princ. vero duernio additus est sine numero). Officinar. chartariar. signa conplura: f. 2 trimontium (cf. e. g. Briquet n. 11689); f. 15 ss. cervi caput (cf. Br. n. 3273 ss.); f. 22 ss. forfex (cf. e. g. Br. n. 3655); f. 50 ss. corona (cf. e. g. Br. n. 4616); f. 69-72 canis gradiens (cf. Br. n. 3644); f. 78 ss. arcus (cf. Br. nn. 788. 797); f. 115 ss. unicornuus (cf. Br. n. 15803); f. 140 ss. lilium (cf. Br. nn. 7259-7260). Ornamenta titulis superinposita, tituli, litterae initiales, haud raro etiam glossae interlineares (scil. ff. 6-20. 45. 54-67. 69v. 76-82. 116-118r) minio picta. Ff. IIv. 4v. 199-201 vacua: I-II indicem exhibent Allatianum. 40v legitur *τέλος θεοκρίτου · τῶ θεῶ δόξα: ~ ἀμὴν: ~ | Τῶ συντελεστὴ τῶν καλῶν θ(ε)ῶ δόξα: Τῶ δακτύλ(οις) | γράψαντι · Τῶ κεκτημένω · Τῶ ἀναγινώσκοντι | μετ' εὐλαβεί(ας) · Φύλαττε τοὺς τρὶς, ὦ τριὰς, τρισολβία:* 115v *χ(ριστ)ὲ προηγοῦ τῶν ἐμῶν πονημ(ά)τ(ων): ~ | ὦ τριᾶς ἁγία . βοήθει καὶ φύλαττε | τῶ σῶ δούλω . ἰω(άνν)η τῶ ταρχανιώτη . καὶ | ἀναγνώστει τῆς ἁγιωτάτης τοῦ θ(εο)ῦ | μεγάλης, ἐκκλησίας: ~ ὦ χ(ριστ)ὲ βοήθει μοι.* 198v *τέλος ποιητοῦ ὀππιανοῦ βιβλίου: ~ | τῶ συντελεστῆ τῶν καλῶν θ(ε)ῶ χάρις: ~ | κἀνταῦθα δόξαν τῶ θ(ε)ῶ προσοιστέον: ~ | τὸν δακτύλοις γράψαντα · τὸν κεκτημένον · | τὸν ἀναγινώσκοντα σὺν προθυμία. | φύλαττε τοὺς τρεῖς ὦ τριὰς | τρισολβία † τέλος: ~ | ἐτελειώθη τὸ παρ(ὸν) βιβλίον, | διὰ χειρὸς ἐμοῦ ἰω(άνν)ου τοῦ ταρχανιώτου | καὶ ἀναγνώστου τῆς ἁγιωτάτης, | τοῦ θ(εο)ῦ μεγάλης ἐκκλησίας: ~ | ὦ χ(ριστ)έ βοήθει τῶ σῶ δούλω | ἰω(άνν)η τῶ, | ταρχανιώτη: ~ δόξα, | τῶ θ(ε)ῶ: ~ τέλος, ἀμήν* (cf. Vogel-Gardthausen p. 201).

In tegumenti tergo scuta Leonis XIII et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

44 (olim 59). Saec. XIV-XV, chart., mm. 223×146, ff. IV. 238 (+ 96a), linn. 16-21.

1 Sophoclis tragoediae tres, sc. 1 (f. 2) Aiax, 2 (f. 35v) Electra, 3 (f. 77) Oedipus rex, cum glossis inter lin. rubro scriptis. Aiax et Electra habent etiam scholia in margin. Singulas tragoedias praecedunt *τὰ τοῦ δράματος πρόσωπα,* Electram hypothesis *ἀπόκειται ὧδε* (p. 52 Mekler), Oedipum *στίχοι τὴν ἔννοιαν τοῦ τῆς Ἠλέκτρας δράματος καὶ περιέχοντος* (Cougny, Anth. Palat. append. III 198) et argumentum *Ἐλθὼν Ὀρέστης εἰς πόλιν Μυκηνίδα - συνεργὸν. τῆς σφαγῆς τοῦ συμβίου.* In fine scriptum legitur (f. 109r) † *ὥσπερ χαίρονντες* (!), *ἰδεῖν πατρίδα. | καὶ οἱ θαλαττεύοντες ἰδεῖν λυμένα* (!), *| οὕτως οἱ γράφοντες, ἰδεῖν βιβλίου | τέλος.* Eadem iterantur inferius et in marg. ext. f. 237r, alia manu.

2 (f. 114) **Hesiodi** Opera et dies cum glossis Tzetzae, interlin. usque ad vers. 807, marginal. usque ad f. 123v. Praecedit (f. 110r) fragmentum introductionis Tzetzae ad Hesiodi Opp. et dies (Gaisford, Poet. gr. min., Lipsiae 1823, II 12, 13-18, 23). Cf. H. Schultz *Die handschriftl. Ueberlieferung d. Hesiod-Scholien* p. 24.

3 (f. 144) menses et caeli signa, pauca quaedam de pedibus metricis, (*δάκτυλος ἐκ μακροῦ καὶ δύο βραχειῶν* etc.), modus cuiuslibet diei inveniendi (*τὰ τοιαῦτα ψηφίδια δηλοῦσι ∴ τὰς ὅλας ἀρχημηνίας* etc.).

4 (f. 146) **Theocriti** idyllia I-XVIII cum glossis inter lin. Singulis idylliis praefixa sunt argumenta (quae cum edd. ap. Duebner, Schol. in Theocr., plus minusve consentiunt), exceptis tamen I. IX. X (quae nulla distinctione facta praecedentibus subiunguntur) et XVII (ubi invenies [ff. 198r. 198v] scholia in verss. 82. 103). Praecedunt (f. 145) poetae vita (Duebner p. 1 col. 1, 3-16), ⟨*περὶ τοῦ ποῦ καὶ πῶς εὑρέθη τὰ βουκολικά*⟩ (ibid. 29, col. 2, 17) et (f. 145v) ⟨*περὶ διαφορᾶς τῶν βουκολικῶν*⟩ (ib. col. 2, 20-39).

5 (f. 201) **Dionysii** Orbis descriptio usque ad vers. 842.

6 (f. 228) **Hesiodi** Opera et dies usque ad vers. 364.

Folium 238, ex cod. saec. XIII-XIV avolsum, continet fragmentum Thucydidis Historiar., sc. a vv. *οἰκειοτάτη ἐς τὸ πράσσειν* ad vv. *Πελοπόνησον πορθεῖν, ἀδυνάτων* (I 70, 6-73, 4) cum scholiis in marg. (v. Thucyd. ed. Haasii, Paris 1884, 26 col. 2, 38-27 col. 2, 36-37). F. 1 membran. exhibet fragmentum Canonis saec. XII-XIII exaratum.

Quaterniones signantur *Σοφοκλ. ις'* (1, folior. 5; 4. 13, folior. 6; 16, folior. 4) + *Ἡσίοδος δ'* (praecedit duernio sine numero, sc. ff. 110-113; folia 4 desiderantur) + *Περιηγ. ε'* (1 quinque folior.). Folia, madore pessum data, passim nova charta refecta sunt. Officinarum chartariarum signa animadvertimus: f. 8-13 folium quoddam trilobatum; f. 69 ss. duos gladios decussatos; f. 91 ss. chirothecam ferream (cf. Briquet nn. 7428. 7429), f. 204 ss. scutum quadripartitum (cf. Br. n. 890). Tituli, glossae interiectae, personarum nomina rubro picta.

F. IIr exstat indiculus quidam graecarum lectionum saec. XVI-XVII confectus, qui ad alium codicem spectare videtur. III-IVr *πίναξ* Allatianus. I. IIv. IVv vacua. 115r imo marg. bis legitur *γεωργίος*. 144v non nulla conscribillata sunt, quae inter precatio *καὶ ταύτης ἀξίωσον με κ(ύρι)ε τῆς ἐκ δεξιῶν σου παραστάσεως* etc. 220v in marg. salutationem angelicam et alia pauca latine nescio quis scriptitavit exercitationis gratia.

In tegumenti dorso scutum Pii IX.

45 (olim 60). Saec. XV, chart., mm. 197×272, ff. II. 136, linn. 11-17 (ut plurimum tamen 17).

Sophoclis dramata tria. **1** (f. 2) Aiax, praemissa (f. 1) hypothesi *Τὸ παρὸν δρᾶμα τῆς Τρωϊκῆς - καὶ τελευτή* (Sophoclis tragoediae septem excudebat P. Stephanus, Genevae 1603, p. 3), cui subicitur (f. 1v) *Δράμα ἡ ὑπόθεσις παλαιὰ, δι' ἔργων ἐμπράκτως ἐνεργουμένη . Τραγωδία, τὰ θρηνώδη καὶ ἄξια θρήνου πράγματα, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ποιητῶν* cum personarum indice. **2** (f. 46) Electra, praevia (f. 45v) hypothesi *Ὑπόκειται ὧδε* (p. 52 Mekler) et indice

personarum. **3** (f. 92) Oedipus rex (usque ad vers. 1523 *καὶ γὰρ ἀκράτησας*). Praeeunt (f. 91) *Ἀριστοφάνους ἐπίγραμμα εἰς τὸν τύραννον Οἰδίπουν, Διατι τύραννος ἐπιγέγραπται, αἴνιγμα.*

Inter lineas glossa rubro exarata, in marginibus ⟨Thomae Magistri et Manuelis Moschopuli⟩ scholia, quorum I, in verbum *δέδορκα* (vers. 1), inc. *Οἰκείως ἔχουσιν οἱ παρακείμενοι ἀντὶ ἐνεστώτων λαμβάνεσθαι*: ultimum, in v. *δακρύων* (vers. 1515), inc. *⟨μ⟩ετοχὴ ἐστιν ἐνταῦθα τὸ δακρύων . τὸ ὄνομα γὰρ ἀεὶ βραχὺ ἔχει τὸ υ* (ed. Stephani 1603 p. 375).

Quaterniones, numero 17, sine notis reliquit scriba. Officinae chartariae signum, trimontium circulo inscriptum (cf. Briquet n. 11849). F. 1r, in charta adglutinata manus saec. XV adnotavit † *ἠγοράσθη ἐν τῇ μιτυλήνῃ*: † ; inferius, *Sophocles poeta pro eante.* Iv vacuum: IIr continet *πίνακα* Allatii aetate insertum: IIIv in marg. superiore, indiculum graecum rubro scriptum ab ipso librario. Foliorum enumerationem inde a f. 90 (perperam librarius scripserat *70*) alia correxit manus.

In tegumenti dorso insignia Clementis XI et B. Pamphili card. byblioth.

46 (olim 58). Saec. XIV, chart., mm. 288×145, ff. II. 146 (+ 59a), linn. 15-17.

Sophoclis tragoediae tres. **1** (f. 2) Aiax cum glossa interlin. et scholiis in marg., quorum primum, ad vers. 769, inc. *σπῶ τὸ λαμβάνω καὶ συντάσσεται γενικῇ.* Praemittitur hypothesis quae des. *ὁ δὲ καὶ Αἴας πέπονθε τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων ἀποτυχών.* **2** (f. 46) Electra cum scholiis et gloss. inter lin., praeviis hypothesi et indice personarum. **3** (f. 96) Oedipus rex paucis glossis interiectis, praemissis (f. 95) argumentis I. II et aenigmate.

Fasciculi 1-3 (1, folior. 7; 2 quaternio; 3, folior. 9) saeculo XV subpleti sunt (pariter atque ff. 45. 146) pro totidem fasciculis qui perierant, ut docet numeralis littera *δ'* adposita margini inf. med. folii 32v. Quaterniones duodecim qui quaternionem *ε'* subsequuntur, scil. f. 35 ss., aliam enumerationem (*α'-ιβ'*) prae se ferunt in marg. inf. med. paginae unius cuiusque fasciculi extremae. In fine ternionem invenies sine numero. Officinarum chartariarum signa exstant: fructus quidam (e. g. f. 60-61; cf. Briquet nn. 7347. 7349); circuli duo linea recta divisi (e. g. f. 101-103); unicornui caput (e. g. ff. 126. 127; cf. Br. n. 15815); in foliis vero subpletis, trimontium circulo inscriptum, hastulam habens superinpositam. Conplura folia madore maculata sunt, conplura turpiter refecta charta flavi coloris. Tituli, litterae maiores, personarum nomina, in foliis subpletis etiam glossae interlineares, minio scripta sunt. Schema quoddam cernitur f. 76r rubro et viridi colore pictum. Ff. Iv. IIv. 24v. 146v vacua. In frustulo adglutinato f. 2r exstat nota codicis antiquior *Nº 5. 6 Plu secr.* IIr *πίναξ* Allatianus. 44v inter ornamenta quaedam calamo delineata exercitationis gratia, legitur *ὁ λάζαρος τέθνηκε φύσεως νόμῳ | τοῦτον δὲ χ(ριστὸ)ς ἐξανιστᾷ τοῦ τάφου | ἄψυχον ὄντα.*

In tegumenti dorso scuta Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

47 (olim 62). Saec. XIV, chart., mm. 141×215, ff. III. 156, linn. 14-15.

Sophoclis, praemissa (f. 1) vita *Σοφοκλῆς τὸ μὲν γένος ἦν Ἀθηναῖος* (1 Westermann), tragoediae tres glossis interlinearibus instructae et scholiis Thomae Magistri et Manuelis Moschopuli. **1** (f. 3v) Aiax, praeviis (f. 2) hypothesi *Τὸ δρᾶμα τῆς Τρωϊκῆς* (Sophoclis tragoediae septem excudebat P. Stephanus, Genevae 1603, p. 3) et (f. 3r) indice personarum, cui subditur tit. *Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Θωμᾶ τοῦ Μαγίστρου. καὶ τοῦ Μοσχοπούλου* (del.) *κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Μοσχοπούλου, σχόλια . ἴσθι δὲ ἔνθά ἐστι σταυρὸς, εἰσὶ τοῦ Μοσχοπούλου· ἔνθα δέ ἐστι κεφάλαιον, εἰσὶ τοῦ Μαγίστρου*: ~ *Μανουὴλ* † (fors. ipsius Moschopuli manu). **2** (f. 50v) Electra, praemissa (f. 50r) hypothesi *Ὑπόκειται ὧδε* (p. 52 Mekler) cum indice personarum. **3** (f. 104) Oedipus rex, cui praeeunt ⟨Aristophanis grammatici⟩ hypothesis *Οἰδίποδος διὰ στίχων*, alia hypothesis *Ὁ τύραννος Οἰδίπους πρὸς ἀντιδιαστολὴν* (pag. 106 Mekler), index personarum.

Codicis fasciculi 1-14 perierunt; qui superant 15-26 (quaterniones, praeter 1, folior. 7) notati sunt ad ang. inf. int. tum primae et ultimae, tum primae vel ultimae paginae, si tamen excipias quaternionem 16, nota destitutum. Hunc recentius subpleverunt manus forsitan duae, quarum prior (ff. 16-21) eadem esse videtur quae partem codicis extremam, scil. ff. 104-156, exaravit. Fasciculi quibus haec libri pars constat (quaterniones 6, additis ff. 4) nullis numeris distincti sunt. Officinae chartariae signum, cervus (cf. Briquet n. 3289); in quaternione 16, circuli duo linea recta divisi, quae una tantum ex parte excurrit (vide f. 16-18); in parte ultima, postea adiecta, bucranium. Litterae grandiores, pariter atque glossae interiectae, minio scriptae sunt. Ff. I. II. IIIv. 138v. 139r vacua. In tegumento priore verso legitur † *τοῦτο τὸ βιβλίον ἔνι* (sequebatur *αι* nunc delet.) *θεοδώρου τοῦ ἀθηναίου, † ὦ χ(ριστ)ὲ βοήθει τῷ σῷ δούλῳ θεοδώρῳ τῷ ἀθηναίῳ, † ὦ χ(ριστ)ὲ βοήθει τῷ σῷ δούλῳ νικολάῳ τῷ καλοειδῆ* et similia. IIIr index graecus Allatianus. 1r in marg. inf. notae codicis antiquiores exstant *N. 56, Nº 31. 6 Plu. secr.* 148v in marg. inf. monocondylion *...αρις καὶ ἑκάτη* (?). In fine (f. 156r), post vv. *τέλος σοφοκλέους ἰοκάστης* bis scripta, leguntur versus 1-2 ⟨Pseudophocylidis⟩. 156v † *ὦ χ(ριστ)ὲ βοήθει τῷ σῷ δούλῳ θεο⟨δώρῳ⟩*; deinde ⟨Pseudophocylidis⟩ verss. 1-24. In tegumento posteriore invocationes illae iterantur *ὦ χ(ριστ)ὲ βοήθει* etc.

Tabulae corio castaneo obductae saeculo, ut opinor, XV, fibularum vestigia tantum retinent.

48 (olim 61). Saec. XIV, chart., mm. 217×144, ff. II. 187.

1 Sophoclis tragoediae tres cum glossis interlinearibus et scholiis ⟨M. Moschopuli⟩. [1](f. 2) Aiax, praemissis (f. 1) hypothesi *Τὸ δρᾶμα τῆς Τρωϊκῆς* (Mekler p. 3-4) et indice personarum. [2](f. 44) Electra, praeviis (f. 43v) paucis de metro iambico, quae memorasse tantum sufficiat, et hypothesi *ὑπόκειται δὲ ὧδε* (Mekler p. 52) cum indice personarum. [3](f. 87) Oedipus rex, cui (f. 86) praemittuntur [a] Aristophanis grammatici argu-

mentum *λιπὼν Κόρινθον,* b *Διατί τύραννος ἐπιγέγραπται,* c aenigma, d index personarum.

2 (f. 134) **Pindari** Olympia I-XIV cum glossa interlin. et scholiis rec., quorum primum, ad I 11, inc. *τὰ μὲν ὑπερθετικὰ χωρὶς ἐκείνων* (Boeckh II 1 p. 23, 19), ultimum, ad XIV 28, des. *ὅτε πρὸς τὸ λεγόμενον ἀποτείνει* (Boeckh p. 295, 13). Praecedit (f. 132v) poetae vita Thomae Magistro vulgo adscripta, usque ad vv. *θέσιν συνέβη* (Drachmann, Schol. I 7, 10).

Fasciculi, numero 23, notati sunt in marg. inf. medio primae singulorum paginae (1, folior. 7; 17.23 terniones; rell. quaterniones). Officinarum chartariarum signa cernuntur, crux graeca, quae dicitur (e. g. f. 49; cf. Briquet n. 5420); cassis (e. g. f. 143; cf. Br. n. 2884); norma (f. 160 ss.; cf. Br. n. 5973). Folia madore non nihil laesa, hic illic ad margines foede refecta sunt. Tituli, litterae maiores, saepe et glossae interlineares, minio picta. Folio Ir adglutinata sunt frustula tria chartacea, quorum primum continet indiculum graece saeculo XV exaratum et infra *Molsę,* manu ipsius Molsae; in altero legitur *Ego mathurinus est possessor Em.* (?), manu saec. XV; in tertio, codicis nota antiquior *467.* IIr *πίναξ* Allatianus. Iv. IIv vacua; 24-27 post 31 conlocanda.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

49 (olim 758). Saec. XV, chart., mm. 211×143, ff. II. 185 (— f. 45), linn. 13.

1 **Sophoclis** dramata tria cum glossa interlin. et scholiis. 1 (f. 4) A i a x, praeviis (f. 2) vita *Σοφοκλῆς. τὸ μὲν γένος ἦν ἀθηναῖος. υἱὸς δὲ* (1 Westermann), prolegomen. de comoedia VI (*ὅτι ὁ γέλως τῆς κωμῳδίας - ὡς ὁ Ξάνθος εἰς Ἡρακλέα,* Duebner p. XVI-XVII), (f. 3) hypothesi *Τὸ δρᾶμα τῆς Τρωϊκῆς - Αἴαντος μνία καὶ τελευτή* (Sophoclis tragoediae septem excudebat P. Stephanus, Genevae 1603, p. 3). 2 (f. 59) E l e c t r a, praemissis hypothesi *Ἐλθὼν Ὀρέστης εἰς πόλιν Μυκηνίδα,* altero argumento *ὑπόκειται ὧδε* (Mekler p. 52) et personarum indice. 3 (f. 117) O e d i p u s r e x, praefixis a (f. 116v) epigrammate *λέαιναν ἢ δράκαιναν* (Anthol. Pal., append. Cougny III 198), b hypothesi metrica Aristophanis grammatici, c aenigmate, d *διατί τύραννος ἐπιγέγραπται* (Mekler p. 105-106), e indice personarum.

2 (f. 176) **Homeri** B a t r a c h o m y o m a c h i a* cum glossis interlin. In principio minio scripti sunt versus † *Ὅμηρος αὐτοῦ γυμνάσαι γνῶσιν θέλων | τῶν βατράχων ἔπλασε καὶ μυῶν μάχην ἔνθεν παρορμῶν πρὸς κίνησιν τοὺς νέους.*

F. 1 continet ⟨**Aristophanis** Pluti⟩ versus 1-11 cum scholiis, quae inc. *ὁρῶν ὁ Καρΐον* (!) *τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην* (Duebner, Schol. gr. in Aristoph. p. 324 col. 1, 18).

Efficiunt codicem quaterniones 23, quorum 3-21 in prima pagina (ad marg. inf. med.) rubro colore et in ultima atramento signati sunt. Fasciculus primus (qui nunc ff. 7 tantum conplectitur) et extremus numero carent; 2 non nisi in fine, 22 non nisi

initio notatus est. Officinarum chartariarum signa animadvertimus: f. 4 ss. cervum (cf. Briquet n. 7685); f. 117 ss. stellam sex radiorum, superinposita cruce (cf. Briquet n. 6044). Litterae grandiores, tituli, hypotheses non nullae et non nulla scholia, glossae interiectae, colore rubro scripta sunt. F. Ir margini summo adscripta est nota *185,* inferius *N 5* (haec postea inducta) *N 47.* | *N°. 20. 6 Plu secr.* (alia manus delevit *20. 6 Plu secr.,* supra lin. addidit *758*). II *πίναξ* Allatianus. Iv. 1v (quae nova charta contecta sunt), 175v vacua.

In tegumenti dorso scuta Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

50 (olim 66). Saec. XIV, chart., mm. 266×166, ff. IV. 231.

1 **Euripidis** tragoediae tres cum glossis interlin. et scholiis, praemissis (f. 1) poetae vita ex Suida *Εὐριπίδης Μνησάρχου ἢ Μνησαρχίδου* (1 Westermann), *περὶ εἰδώλου,* (f. 1v) altera vita *Εὐριπίδη τῷ ποιητῇ - πολλοῦ τινὸς ἄξιον.* 1 (f. 3) H e c u b a, cui praefigitur (f. 2) hypothesis usque ad v. *Χερρονήσῳ* (Nauck I 138, 12) et index personarum (in rasura. F. 2v repperies etiam indiculum in totum codicem). 2 (f. 33v) O r e s t e s, praefixa hypothesi *Ὀρέστης τὸν φόνον* (Nauck II 243-244) cum indice personarum. 3 (f. 5) P h o e n i s s a e, praevia hypothesi *Ἐτεοκλῆς παραλαβὼν* (Nauck II 391-392) et indice personarum.

2 (f. 81) **Theocriti** idyllia I. II (inde a versu 49), III-VI, scholiis instructa. Praecedit (f. 80) *εὕρεσις τῶν βουκολικῶν,* cui subnectuntur ⟨*περὶ διαφορᾶς τῶν βουκολικῶν*⟩, A r t e m i d o r i epigramma, nec non ⟨*περὶ τῆς τῶν βουκολικῶν ἐπιγραφῆς*⟩ (Duebner pp. 2, col. 1, 29-30; 3 col. 2, 23-26; 2 col. 1, 26-27; 3 col. 2, 27-33 col. 1, 17 ss.). Sequuntur alia pauca, quae distinctius recensere supersedemus. Praeterea (f. 80v) hypothesis *Ἰστέον - ἐγκλίνεται* (Duebner p. 3 col. 1, 30 - col. 2, 7), *Θεοκρίτου γένος* (v. Duebner p. 3 col. 2, 38-41; p. 2 col. 1, 4-16), hypothesis in idyll. I (ibid. p. 3 col. 1, 4-16). Reliqua argumenta singulis idylliis praefixa invenies ff. 85v. 86v. 87v. 90r.

3 **Sophoclis** tragoediae tres cum glossis inter lineas scholiisque ad margines adscriptis. 1 (f. 92) A i a x, praemisso (f. 91v) argumento *Πεπτωκότος - φιλόμηρος* cum indice personarum (f. 91 Aiacis versus 1-8 iterati sunt). 2 (f. 116v) E l e c t r a, cui praeeunt (f. 116) hypothesis *Ὑπόκειται ὧδε* (Mekler p. 52), personarum index et alterum argumentum (*Ἡ ὑπόθεσις τοῦ παρόντος δράματος· αὕτη - ἐν τῷ δράματι ζητῶν εὑρήσεις*) ab alio scriba adiectum. 3 (f. 143v) O e d i p u s r e x, praeviis (f. 143) hypothesi A r i s t o p h a n i s grammatici (Mekler p. 105), indice personarum et responso *Λάιε Λαβδακίδη* (Mekler p. 106).

4 (f. 171) **Hesiodi** Opera et dies cum glossa inter lin. et ⟨M o s c h o p u l i⟩ scholiis quae ed. Gaisford, Poetae graeci min. II. Alia manus iniecit

f. 170^{v} poetae vitam et introductionem Tzetzae, sed in angustum coactas et inmutatas (*Ἡσίοδος τὸ μὲν γένος ἐστὶν Ἀσκραῖος - τοῦτο γὰρ ἐγκέφαλος, λέγει ὅτι λέγει* = cod. Casan. 306 f. 1, ap. Bancalari *Studi it. di filol. cl.* II 172). Subicitur nominis Hesiodi etymologia quam edidit Schultz *Die handschriftliche Ueberlieferung der Hesiod-Scholien* p. 33; cf. p. 24.

5 (f. 190^{v}) **Pindari,** praevia vita *Πίνδαρος ὁ λυρικὸς - Σιμωνίδου* (Drachmann I 4-7, 13), Olympia I-XIV argumentis scholiisque rec. instructa.

6 (f. 211^{v}) **Homeri** Ilias usque ad *B* 222 cum scholiis (quorum primum *μῆνιν ὀργίζεσθαι. θυμοῦσθαι. χολοῦσθαι, ταυτόν*) et *συντάξει* (quae inc. *ὦ θεὰ Καλλιόπη εἰπὲ ἀκριβῶς ἐν ἐμμελείᾳ ποιητικῇ*. Cf. cod. 30 f. 2).

Constat liber fasciculis 29 (12. 14. 16. 18. 20. 22 ternion.; 13. 15. 17. 19. 21 quinion.; 23, folior. 9; 29 duern.; rell. quatern.: in princ. et in fine 2 ff. adiecta); sed eorum numeri fere ubique exciderunt (excepto scil. *β'* in marg. inf. medio f. 18^{v}). Conplura ff. madore maculata; 1-3. 84-89. 187-194 saec. XV in. subpleta. Officinarum chartariarum signa notavimus: f. 44 ss. fructum quemdam (cf. e. g. Briquet n. 7347); f. 57 ss. malleum (cf. Br. n. 11622); f. 118-119 arcubalistam (cf. Br. n. 707): in ff. postea adiectis, cervum (cf. Br. n. 3278) et (v. f. 188 ss.) basiliscum. Ff. I^{v}. IV^{v}. 194^{v}. 210^{v} vacua. I^{r}, post genealogiam Eteoclis et Polinicis, leguntur *στίχοι τοῦ προδρόμου* (*ὁ φίλος ἡδύς. εἰ δὲ καὶ φίλα λέγει — ῥάστα θελήσας συγκατελθεῖν εἰς ἅδην*) et alia pauca parvi momenti: *τέσσαρσι κεκόσμηται ὁ ποιητὴς· μέτρῳ. μύθῳ. πλάσματι καὶ ἱστορίᾳ.* ‖ *ὅτι εὐριπίδῃ ἔχαιρε σωκράτης γράφει αἰλιανὸς ποικίλης ἱστορίας β^{ω}*. II^{r} in membranula adglutinata manus saec. XVI scripsit *Euripidis Hecuba Ore|stes et Phoenisse et alia | aliorum. | . 66.* Frustulum chartaceum membranulae adglutinatum codicis numerum prae se fert *50*. II^{v} exstat notula nullius pretii, quam memorasse tantum sufficiat. III-IV^{r} *πίναξ* Allatii aetate digestus.

In tegumenti dorso scutum Pii IX.

51 (olim 67). Saec. XIV, chart., mm. 224×142, ff. II. 145.

1 Euripidis tragoediae tres glossis interlinearibus et scholiis instructae. [1] (f. 1) Hecuba inde a versu 28 (excidit enim initio folium). [2] (f. 33) Orestes, praevia (f. 32^{v}) hypothesi *Ὀρέστης τὸν φόνον* usque ad vv. *διεψεύσθησαν τῆς* (II 243, 16 Nauck). [3] (f. 67^{v}) Phoenissae, praev. (f. 66) Aristophanis grammatici hypothesi inde a v. *ἁρπασθείσης* (II 392, 28 Nauck) et personarum indice. Schol. I, ad Hec. 29, inc. *<Τ>ὸ πολλοῖς διαύλοις κυμάτων ὥσπερ ἑρμηνεία ἐστὶ πρὸς τοῦ πόντου σάλῳ* (Scholia in septem Euripidis tragoedias... ab Arsenio archiep. Monembasiae collecta, Basileae 1544, p. 3, 10): ult., ad Phoen. 1067, *τὸ ὠὴ λέγεται καὶ ἐπὶ λύπης καὶ ἐπὶ χαρᾶς ἐνταῦθα γὰρ ἐπὶ λύπης* (cf. ed. laud. p. 372, 12 s.).

2 (f. 110^{v}) **Hesiodi** Opera et dies cum glossis interlinearibus et scholiis Tzetzae. Praeit (f. 105) eiusdem Tzetzae introductio (Gaisford,

Poetae graeci min. II 10 adn. 1-42, 3. Cf. H. Schultz *Die handschriftliche Ueberlieferung d. Hesiod-Scholien*, p. 25).

Subditur (f. 145) *Μετάστασις τοῦ ἡλίου ἀφ' ἕκαστον ζώδιον εἰς ἕτερον ζώδιον*. Inc. *Μηνὶ ἰαννουαρίῳ ιθ'*. Des. *οὔτε κακία ἐστίν † βίβλου τέλος δόσαντι δόξα σοι λόγε † λαβὼν ἐγὼ τέλος τοῦ βιβλίου τούτου, | τὸ δόξα σοι χαίρων ἐκ...*

In f. 104^{v} manus per quam rudis instrumenta agraria rubro colore delineavit adscriptis nominibus graecis, variaque lucubrationum genera enumeravit, in schemata duo tributa.

2 (f. 30) **Lycophronis** Alexandra cum paraphrasi *φράσω τὰ πάντα ἀληθῶς ἅ με ἐρωτᾷς* et Isaaci Tzetzae commentario qui des. *τρόχιν τὸν ἄγγελον: παρὰ τὸ τρέχειν· οἱ δὲ κύριο⟨ν⟩ ὄνομα τοῦτο νοοῦσιν* (cf. Lycophr. ed. Scheer II, Berolini 1908, p. 397, 21 ss.). Manus coaeva praefixit (summo marg. f. 30) sex versus nunc lectu difficillimos *Λυκόφρονες γεγόνασι διάφοροι τὴν κλῆσιν - εἰς ἣν ὁ Τζέτζης ἔγραψεν ἐξήγησιν...* (i. e. Tzetzae Chil. VIII 479 ss., ut etiam docet notula ⟨L. Allatii⟩ autographa): quibus alia manus alios subdidit *ἱστοριῶν τῶν ἔξωθεν ἡ βίβλος αὕτη πλήρης - ἀναγινωσκέτω τὴν καλὴν δέλτον ταύτην: ∼ Λυκόφρονος Ἀλεξάνδρα † † Χριστὸς φύλαττε τοὺς φιλοῦντας σοφίαν.* Ff. 45-46 (verss. 219-241) vacuos exhibent margines, sed nihil in commentario desideratur.

Folia omnia refecta sunt, quam plurima scedis translucidis turpiter superinducta: orae ferro decurtatae interdum non sine scholiorum damno. Fasciculos in marg. inf. numeravit litteris alphabeti latini *a-q* manus saec. XV (*c. i. m. o* ff. 6 habent; *e* 5; *f* 7; *g* 9; *q* 4; rell. 8). I^{v}. II^{v} vacua sunt. I^{r} (quod chartae recentiori glutino inhaerescit) indicem prae se fert latinum saec. XVIII; II^{r} *πίνακα* Allatianum. 1^{r} saeculi XV manus adscripsit *Metaphysica et physica Ar(istote)lis,* quam notulam postea, utpote ad alium librum spectantem, nescio quis atramento delevit. Alexandra binis est laterculis descripta, quorum alter Lycophronis textum continet, alter paraphrasin; scholia autem margines occupant superiorem dextrum inferiorem. In ff. 1^{r}. 113^{v} sigillum exstat bybliothecae Nationalis Paris. Folia 31^{v}-33 hoc ordine legenda: 31^{v}. 33^{v}. 33^{r}. 32. Imo marg. f. 76^{v} *ἁγία τριὰς βοήθει τῷ τὴν βίβλον ἔχοντι.* 77^{r} *τίς σου λυκόφρον τὴν φράσιν ἐπαινέσει ...ἢ μεταστήσησιν* (?) *ἐκ μεγα...* 113^{v} monocondylia tria, quorum primum et ultimum *ἰσαάκιος* (?) *ὁ χρυσοβέργης,* secundum *ἰωάννου τοῦ μελικᾶ.* Ibidem alia conscribillata invenies † *ἀργυρόπουλε χαριτώνυμε στόμα* | *γάνος κατεστάλαξε σὴ γλυκὺ βίκ⟨η⟩?* ‖ *ἀδόκιμος ἄνω τε καὶ κάτω μέθη* | *μία χαριτώνυμος ὀξεῖα φύσις* ‖ *χρύσινος ὄρπηξ χρυσοβεργῶν ἐκ γύνους* | *μελιφραδὴς λόγιος ἀργυροῦς γένος* †.

In tegumenti dorso scutum Pii IX.

118 (olim 76). Saec. XVI, chart., mm. 332×228, ff. III. 117, linn. 30.

1 (f. 1) **Dionysii** periegesis (in fine f. 20^{v} distributio regionum per caeli signa. Caeli signa in marg. iterantur latine).

2 Oppiani ^{1} (f. 21) halieutica (libris II-V, ff. 34. 45^{v}. 56^{v}. 68^{v} praefixa sunt capita rubro scripta), ^{2} (f. 81) cynegetica cum correctionibus in

marg. et inter lin. alia m. diligenter exaratis. Codicem non memorat Vári Rezsö *A ciliciai Oppianus Halieutikájának* etc. I, Budapest 1908, p. 16.

Fasciculos, numero 13 (1. 2. 12. 13 quaterniones; 3 duern.; rell. quiniones) sine notis reliquit scriba, sed in marg. inf. postremae singulorum paginae primum vel prima verba fasciculi subsequentis constanter adscripsit. Officinae chartariae signum, quod vidimus, siren circulo inscripta (cf. Briquet n. 13888). Ff. I^{v}. II. III^{v}. 80^{v}. 117 vacua. I^{r} legitur *N° nuouo 118* (corr. supra lin. ex *119*). III^{r} exhibet solitum πίνακα Allatianum et in membranula adglutinata, manu saec. XVI, *Dionysius de situ Orbis.* | *et Oppianus.* | . *76.* In codicis facie dextra scriptum est litt. cap. *Diony. Oppia.*

Operculum ant. stemma prae se fert Pauli V et, in scidula adglutinata, notam antiquiorem *811*; operculum vero post., stemma Sc. Borghese card. byblioth.

119 (olim 77). Saec. XIV, chart., mm. 220×144, ff. I. 125 (+ 34^{a-b}).

1 (f. 1) **Dionysii** periegesis cum scholiis in marginibus et glossis inter linn. Schol. inc. *Ἀρχόμενος ἀρετῆς καὶ σπουδῆς ὁ ποιητὴς ἐπιμελούμενος, θεοῦ μὲν ποιητικῶς παρητήσαντος.* Des. *ἤγουν ἡ ἀνταπόδοσις ἀναξία γένοιτο* (cf. GGM. II 425 col. 2, paraphr.).

2 (f. 35) ⟨**Aristidis**⟩ de rhetorica orationes I. II (ed. Dindorf II 1-155). Initio orationis II (f. 65) ⟨L. Zacagni⟩ adnotavit *Hęc oratio in editis cum priori coniungitur.* In fine, f. 76^{v}, legitur *τέλος τοῦ ὑπὲρ τῆς ῥητορικῆς λόγου β'.*

3 (f. 78) **Oppiani** halieutica usque tantum ad IV 262, cum glossis interiectis et scholiis ad marg. Libris II-IV, ff. 97. 109. 121, praefixa sunt capita. Libro I subicitur (f. 96^{v}) *ὁμοῦ στίχοι ͵ψ ϙ ζ': ~*

F. 77^{v} fabula inserta est satis evanida *ἵππω ποτὲ ἐν ὄρει τινὶ δυσβάτω - κατεγνωκότες τυγχάνουσι.*

Liber tribus constat codicibus, quorum primus saeculo XIV exaratus fasciculos quinque conplectitur graece signatos in marg. inf. med. primae paginae (1 folia 7 habet, postremus 4; rell. quaterniones sunt: ff. 6-7. 9-14. 31-34 saec. XV-XVI subpleta); secundus, alia eiusdem saec. XIV manu descriptus, fasciculos conprehendit quinque signatos ad ang. inf. int. numeris η'-ιβ' (1 quaternio, 2. 3. 5 quiniones, 4 ternio); tertium a tertio librario, eiusdem tamen aetatis, descriptum quaterniones efficiunt sex notati α'-ϛ' in marg. inf. med. ult. paginae. Ad angulum inf. ext. primae unius cuiusque fasciculi paginae exstat etiam enumeratio latina saec. XV-XVI adposita ⟨*1-5. 8-18*⟩. Numeri 6-7 desiderantur, qua de causa nescimus (excidd. ne inter 5 et 8 duo fasciculi? fasciculi 1-5 repositi ne sunt in locum 7 fasciculorum deperditorum?). Officinarum chartariarum signa vidimus: in codicibus primo et secundo litteram *L* aut normam (cf. Briquet nn. 5973. 5974), in tertio tintinnabulum seu campanam (f. 83 ss.); signum vero in chartis saec. XV-XVI subfectis expressum, parum perspeximus. In primo et secundo codice minio scriptae sunt litterae grandiores, in tertio etiam glossae interlineares. Oppiani librorum initia ornamenta distinguunt atramento rudi manu delineata variisque, pallidis tamen, coloribus picta: iisdem coloribus (sc. rubro, caeruleo, flavo) tinctae sunt litterae initiales capitum, quae libros praecedunt. F. I^{r} solitum πίνακα Allatianum continet: I^{v}. 34^{a-b}. 77^{r} vacua sunt. 30^{v} in marg. inf. monocondylion enodabis πρωτονοτάριος. 34^{v} manus inperita delineavit rosam ventorum. Angulus sup. externus folii 93 abscissus est non sine damno scholiorum in Oppian. I 609 ss.; 633 ss.

Tegumenti dorsus scuta praebet Pii IX et A. Mai card. byblioth.

120 (olim 980). Saec. XV, chart., mm. 239×167, ff. II. 152 (+ 42^{a}), linn. 15 (ff. 1-41), 30 (ff. 42-152).

1 (f. 3) **Dionysii** periegesis cum glossis inter lineas rubro exaratis.

2 (f. 42) ⟨**Eustathii** commentarii in Dionysium⟩ inde a vv. *εἰ δὲ Καρχηδόνα* (GGM. II 208, 18-407).

Ff. 1-2 continent fragmenta ⟨Dionysii periegeseos⟩, versus scil. 596-625; 656-685, qui suo loco (f. 23^{v} ss.) denuo obcurrunt.

Enumeratio quinionum duplex; altera, ad ang. inf. ext. primae paginae, continua (α'-ιε'); altera, quae post fasciculum 4 iterum inchoatur (α'-δ'. α'-ια'), sub littera prima extremae lineae in pagina fasciculi extrema et sub ultima ultimae lineae in pagina fasciculi prima. Folium 152 notas prae se fert ιβ' et ιϛ'. Officinae chartariae signum, gryphus (cf. Briquet n. 7465).

F. I^{r} πίναξ Allatianus. II^{r} manu saec. XVI in. *dionysius periigitis* | *cu(m) expositione* ⟨Nicolaus Maiorani⟩ supra v. *periigitis* fulvo atramento notavit *Alex(andrinu)s de situ orbis*). Superius exstat numerus *3* cancellatus. I^{v}. II^{v} vacua: 1 margines subfectos praebet. 2^{a} tineis aliquantum laesum nova est charta refectum. Ad marg. folior. 74^{v}. 77. 78^{r}. 85^{r}. 86^{r}. 104^{v} pauca latine non una manu saec. XVI in. notata invenies. Ima codicis facie inscriptum est litt. unc. nunc paene evanidis † διονύσιος.

In tegumenti dorso scuta Pii IX et A. Mai card. byblioth.

121 (olim 78). Saec. XIII, chart., mm. 366×256 (olim 290×200), ff. II. 104.

1 (f. 1) **Cleomedis** de motu circulari corporum caelestium (titulus et prima verba minio descripta partim evanuerunt). Ed. Ziegler, Lipsiae 1891, pag. 2-228. In marginibus scholia exstant rubro exarata; in fine, duae figurae.

2 (f. 9^{v}) **Dionysii** periegesis cum paraphrasi *τὰ περὶ τὴν γῆν* (GGM. II 409-425) et glossis interlin. rubris (usque tantum ad f. 14^{v}). Absoluto opere, f. 21, legitur in monocondylio *Ἰωάννης ὁ Μαυρόπους.*

3 (f. 22) **Theodori Prodromi** Rhodanthe (Erotici scriptores graeci ed. Hercher II 289-434). Titulus *Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου τὸ κατὰ Ῥοδάνθην καὶ Δοσικλέα· βιβλίον α'* atramento retractatus est.

4 (f. 29v) **Georgii Pisidae** hexahemeron (M. 82, 1425-1578). Subicitur (f. 31v) litteris rubris *εἰσὶ στιχοι οὗτοι ͵αωλ'.*

5 (f. 33) **Hesiodi** opera et dies cum gloss. interlin. et (f. 31v) Iohannis Tzetzae commentario (v. Gaisford, Poetae graeci minores II 10 adn. 1).

6 **Pindari** [1] (f. 48v) Olympia, [2] (f. 67) Pythia (V abrumpitur [f. 81v] in versu 114 *ποτηνὸς ἀπὸ;* VI excidit; VII inc. [f. 82] a versu 14 *νῖκαι μία*), [3] (f. 88) Nemea I (inde a versu 55 *ἔστα δὲ*) et II, cum scholiis. Olympia praecedunt (f. 48) [a] Pindari vita Thomana *Πίνδαρος τὸ μὲν γένος,* [b] *γένος Πινδάρου διὰ στίχων ἡρωϊκῶν,* [c] *πένταθλον,* [d] *εἰς τοὺς ἐννέα λυρικούς,* [e] *περὶ λυρικῶν ποιητῶν* (Scholia vett. in Pindari carmina ed. Drachmann I 4-11). Pythia et Nemea praecedunt hypotheses (Drachmann II 1-5; Boeckh II 1 pp. 424-426). Scholium I inc. *οὐδὲν ἕτερόν τι* (Drachmann I 17, 21), ult. des. *νοητέον ὑμνήσατε αὐτόν* (cf. Boeckh II 1 p. 439).

7 (f. 89) **Arati** phaenomena (ed. Maass, Berolini 1893, p. 3-61) cum glossis interlin. et scholiis hic illic evanidis (ed. Bekker in sua Arati ed. p. 49-156). Subicitur notis rubris *ἡ νῦν τε πυκτὶς φύλλ' ἀριθμὸν λαμβάνει, | πεντηκοσ... φίλοσ τῇ ἐννάδι.*

Folia omnia, ad quattuor margines consumpta, nova charta refecta sunt: prima et extrema (vide sis praesertim 89 ss.) in parte superiore ext. madore foedata non nullo scripturae detrimento. Cleomedis textus lineis est plenis descriptus; Dionysii periegesis 2 coll., cuius paraphrasis margines occupat sup. ext. inf.; Prodromi Rhodanthe et G. Pisidae hexahemeron 4 coll. exarata sunt; Hesiodus coll. 2, quarum altera textum, altera ut plurimum solum commentarium conplectitur; Pindari carmina 2 coll., scholia vero in marginibus sup. ext. inf.; Arati phaenomena denique 2 coll., quarum altera textum, altera, multo largior, continet scholia. Litteras grandiores et maximas, titulos et ornamenta titulis interdum praefixa rubro picta repperies, pariter atque glossas interiectas; Cleomedis tractatum, scholia et commentaria confertissime exarata litteris minutioribus. Fasciculorum notae in marg. inf. primae singulorum paginae adpictae paene omnes periere (vide tamen ff. 11r β'; 18r γ'; 48r ϛ', qui numerus a glutinatore charta contectus est).

F. Ir in scidula adglutinata ⟨L. Holstenius⟩ notavit *Cleomedis sphaerica doctrina | Dionysij Afri περιήγησις cum scholijs;* inferius manus antiquior, scil. saec. XVI, *commentaria Io. grammatici | sup(er) Esiodo.* IIr legitur *πίναξ* Allatii aetate descriptus. 21v *ἐνδεδυμένος τὴν ὁμηρικήν, ἀρὰν, καὶ λάϊον χιτῶνα:* † | † *ποιητὴς μὲν οὖν εἶπε τίς ἤδη σκώψας εὔξασθαι κατὰ χρυσόκερω λιβανωτοῦ* | † *ἐπιστολαί.* Alia manus quaedam adiecit de sponsae luctu: *τρίτη μὲν ἦν αἰσχίνη κειμένω· ἡ δὲ ἀδελφηδῆ* etc. 104v bis scriptos repperies versus decem precationem ad SS. Trinitatem continentes (*πάνταρχε πάτερ υἱὲ καὶ πνεῦμα φάος – ἔπειτα καὶ σώματος ὑγείαν δίδου*), superius minio, inferius atramento et alia manu. Sequitur precatio ad B. V., et ipsa bis exarata, quam describere supersedemus.

In tegumenti dorso scuta Leonis XIII et A. Capecelatro card. byblioth.

122 (olim 123). Saec. XV, chart., mm. 289×195, ff. III. 297, linn. 28.

Herodoti historiarum (f. 1) lib. I; - (f. 35) lib. II; - (f. 73) lib. III; - (f. 107v) lib. IV; - (f. 145) lib. V; - (f. 170) lib. VI; - (f. 197v) lib. VII; - (f. 243v) lib. VIII; - (f. 271) lib. IX.

In marginibus lemmata et notabilia ipse librarius adiecit, subplementa vero et varias lectiones manus recentior.

Ff. I. 297 membranea, avolsa ex codice latino saec. XIV duabus columnis exarato, continent fragmenta quaestionum dominicalium magistri Bartholomei Brixiensis, scil. quaest. I-III. XXVI-XXX (v. volumen XVII tractatuum ex variis iuris interpretibus collectorum, Lugduni 1549, ff. 31v-32. 37-38).

Conprehendit liber fasciculos 37 (3 tern., 13. 33 quiniones, rell. quaterniones) graece signatos ad angulum inf. externum paginae unius cuiusque fasciculi extremae, interdum etiam ad angulum inf. ext. paginae primae. Hoc vero animum advertas, librarium in ultima fasciculi 3 pagina litteram numeralem β' perperam adpinxisse: unde factum est, ut fasciculum 4 γ' signarit, 5 δ' et sic deinceps. Notandum etiam, fasciculi 13 folium postremum et fasciculi 33 folium octavum forfice excisa esse, nullo textus damno. Officinar. chartariar. signa quae vidimus: f. 2 ss. trimontium crucem habens superinpositam (cf. Briquet n. 11689) et f. 49 ss. tuba cornea (cf. Br. n. 7683). Tituli, lemmata, notabilia, litterae grandiores rubro sunt colore descripta. Folia omnia madore maculata. F. 1r summo margine exstant codicis notae *n. 122 | u. 123;* IIIr index graecus Allatianus. II. IIIv vacua sunt. In facie codicis ima litteris cap. scriptum fuit nomen *ηροδοτος,* quod hodie tamen, atramento evanido, vix legitur.

In tegumenti tabulis stemmata Pauli V et Sc. Borghese card. byblioth.

123 (olim 698). Saec. XIV-XV, chart., mm. 223×145, ff. III. 443 (— 134-139), linn. 27, in II partt.

Herodoti historiarum (f. 12) lib. I; - (f. 57) lib. II; - (f. 120v) lib. III; - (f. 183v) lib. IV; - (f. 244) lib. VI (perperam in marg. sup. *λόγος ε'*); - (f. 287) lib. VII; - (f. 360) lib. VIII; - (f. 402) lib. IX. Desideratur lib. V.

Praecedunt [1] (f. 1) **Dionis** orationes duae, scil. VIII de virtute et VI de tyrannide usque ad vv. *οὐ ῥᾴδιον μὴ ἄλλων ἀφαιρου⟨μενον⟩* (I 93, 14 ed. J. de Arnim, Berolini 1893; cf. p. XII); [2] (f. 9) Anthol. Palat. epigrammata triginta, scil. IX 39. 108; X 106. 72. 73; IX 148. 359. 360. 133; XI 50; X 38. 116; IX 166; X 55; IX 495. 162. 3. 116. 159. 378. 331. 74. 97. 448. 26. 66. 506; X 28; IX 146. 449. Epigrammata manus recentissima enumeravit in marg. notis arabicis.

Codex in duo volumina dispertitur, quorum prius f. 1-243 conplectitur, alterum reliqua. Margines sunt passim charta flavi coloris turpiter refecta. Ff. 1-8 insiticia alia eiusdem aetatis manus exaravit; 9-11. 438-442 subplevit librarius vix recentior. Fasciculi

numero 51 graece signati ad angulum inf. int. extremae singulorum paginae, sunt octo foliorum, praeter 1. 2. 6-12. 14 quiniones; 5. 40. 41, folior. 7; 13, folior. 9; 26 ternionem; 43 binionem. Officinar. chartariar. signa, quae vidimus: ff. 4-5 hircus se proripiens (cf. Keinz n. 269), f. 9-11 duo circuli linea recta divisi (cf. Keinz n. 22); f. 24 ss. hircus exsiliens (cf. Briquet n. 2844); ff. 160-163. 215 ss. clavis (cf. Br. n. 3781); f. 377 ss. forceps (cf. Br. n. 14076), alia alibi. F. IIIr index graecus Allatii aetate descriptus; inferius chartula adglutinata codicis notam exhibet *123* minio pictam. Iv. II. IIIv. 443 vacua. 140r summo marg. *dal 134. al 149. inclusive.* Inter f. 441 et 442 frustulum chartaceum insertum repperies, cuius in parte recta leges epistulae cuiusdam fragmentum ...*μετὰ τὸ δέξασθαί με τὴν ὑμετέραν τριπόθητον γραφὴν – ἡμῖν τοῖς φιλοῦσι σε πάντων ἀναγκαι*...: in parte autem aversa *μὴ ἔστω στύρρον ἡ μοιχεία ἡ πρὸς τὴν τοῦ ἐργαστηρίου προεστῶσαν - ὑπηρεσίαν παρέχουσα*; inferius litterae latinae scriptae sunt exercitationis gratia.

In tegumentorum dorsis scuta Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

124 (olim 126). Saec. X ex., membran., mm. 335×253, ff. I (chart.), 304, coll. 2, linn. 30.

Polybii historiarum (f. 1) liber I; - (f. 62) lib. II; - (f. 106) lib. III; - (f. 180) lib. IV; - (f. 234v) lib. V.

F. 8 continens vv. *νυκ⟨τὸς ἀνεχώρησεν – τῆς ἡμετέρας ἱστορίας ἀρχῇ⟩* (I 11, 15-13, 8) saec. XIV subpletum.

Codex, omnium qui Polybii historiar. libros I-V continent antiquissimus, flavo atramento eleganter exaratus est ab Ephraemo quodam monacho, ut docet subscriptio f. 304r *πολυβίου ἵστο|ριῶν: ε' | εὐτυχῶς | χρῶ | ἐγρά(φη) χειρὶ ἐφραὶμ | μο(να)χ(οῦ) | μ(ηνὶ) ἀπριλ-λίωι ε' ἰνδ. ε'*. Singulae columnae versus conplectuntur, ut supra notatur, 30; singuli versus, litteras 19-21. Folium 8, recentius subpletum, lineis scriptum est plenis, atramento subviridi, charactere parum adcurato. Tituli litteris uncialibus rubris distinguuntur; primo, qui et auro renidet, parva superinponitur *πύλη*, quae dicitur, auro minioque picta. Auro et minio ornata est etiam littera initialis libri I, quattuor reliquae rubro tantum colore tinctae sunt. Quaterniones 38 litteris graecis uncialibus librarius ipse signavit in angulo inf. int. primae et postremae singulorum fasciculorum paginae, idemque textum emendavit, correctiones et (perraro tamen) coniecturas suas marginibus adscribens. Alias correctiones manus tres quattuorve addiderunt, quarum vetustissima librarii fere aequalis. Ceterum de hac re vide sis quae diligenter disputavit Th. Büttner-Worbst in Polybii editione Teubneriana, vol. I, Lipsiae 1882, p. IV ss.

F. Ir continet indicem graecum Allatianum; Iv vacuum est; 304v possessoris notam praebet *Iste liber est Anthonii* (sequitur rasura), manu saec. XV. In facie codicis ima litt. unc. scriptum legitur *πολυβιος*.

Tegumenti dorsum scuta prae se fert Pii IX et A. Mai card. byblioth.

125 (olim 127). Saec. XVI ex., chart., mm. 210×150, ff. V. 221, linn. 21.

Polybii historiarum lib. VI-XVIII excerpta antiqua, ut e. g. in editione Casauboni, Amstelaedami 1670, p. 627-1077, sed sine capitum argumentis. Textus passim in marginibus correctus est a manu librarii coaeva.

Constat liber quaternionibus 27 graece signatis partim in margine superiore medio (*α'-ιθ'*), partim ad ang. sup. ext. (*κ'-κζ'*) primae unius cuiusque fasciculi paginae. Officinarum chartariarum signa quae notavimus, f. 1 ss. galerus praelaticius (superinposita crucula trium bracchiorum) et litterae *L Z*; f. 143 et alibi galerus praelaticius litteraeque *C B* (cf. Briquet n. 3477); f. 201 ss. ancora circulo inscripta (cf. Br. n. 520). F. Ir ang. sup. ext. adscriptus est numerus *46* corr. ex *45*. Vr indiculus graecus Allatii temporibus insertus. Iv-IV. Vv. 143r. 154v (maxima ex parte), 210-221 vacua.

Tegumentum ipso saec. XVI corio subobscuro signato obductum, catenae et ligaminum vestigia praebet.

126 (olim 699). Saec. XI, membran., mm. 265×184, ff. IV (IV chart.), 191, linn. 31.

Thucydidis historiarum (f. 1) lib. I; - (f. 34) lib. II; - (f. 59v) lib. III; - (f. 85) lib. IV; - (f. 112) lib. V; - (f. 129v) lib. VI; - (f. 149v) lib. VII; - (f. 167) lib. VIII.

Exstant in marginibus scholia (I inc. *ἄλλο γράψαι καὶ ἄλλο συγγράψαι*, [ed. Haase p. 13 col. 1, 5], II inc. *τὸ ἐλπίσας οὐ μόνον* [ib. 17]), lemmata et (ff. 37v. 51v) schemata duo, scil. 1 murorum portuumque Athenarum, 2 Plataearum, muri lignei locique ubi pugnatum est.

Folia I. 191 codicis asseribus olim adglutinata, quae desumpta sunt ex libro latino saec. XIV binis coll. exarato, litterisque initialibus instructo ex auro variisque coloribus, continent Digesti fragmenta, scil. 27, 9, 5, 9-27, 10, 1 init.

Codex (de quo vide sis Schoene, praef. ad Thucyd. hist. lib. I-II et C. Hude, Comment. crit. ad Thucyd. pertinentes, Hauniae 1888) eleganter perscriptus est. Tituli librorum I-V et litterae initiales libb. I. II. IV. V rubro picta, pariter atque schema ad marginem folii 37v delineatum. Fasciculos 24 (quaterniones omnes, praeter extremum folia sex tantum conplectentem) graece signatos invenies ad ang. inf. int. primae paginae et ultimae; interdum tamen, decurtata membrana, numeri exciderunt. F. Ir manus saeculi XV scripsit *liber retoricha | n. LXXV;* alia manus *N° II:* inferius nota *N° 9. 6. Plu. secr.* IIIv saec. XVI *Thucidides athenie(n)sis Jstoricus.* IVr *πίναξ* Allatianus. 188v duo leguntur epigrammata in Thucyd. ab ipso codicis librario exarata: 1 *θουκυδίδης ἐλέλιξεν*, 2 *ὦ φίλος, εἰ σοφὸς εἶ* (Anthol. Palat. II 372-376; IX 583; cf. Thucyd. hist. lib. VI-VIII ed. C. Hude, Hauniae 1890, p. 219 in adp.). Inferius illa eiusdem aevi manus, quae scholia adiecit non nulla, scripsit (ut Hudio quidem visum est l. l.) † *Χαῖρε... οφῶν χαῖ..... θουκυδίδη | ὧν... ωττ... εστόμωσα, τοῖς σοφοῖς λόγοις | ἡρόδοτε πρ..... σὺν διοδώρω | τ.....' βραδεῖς γίνεσθε πρὸς προυσίαν.* F. 189r saeculo XIII notatum est † *εἰς τὰς θ' τοῦ ἰουν. μηνὸς ἔχομεν (ὑπέρπερα) δ' καὶ εἰς τὸ ζωνάριν (ὑπέρπερα) δ' καὶ εἰς τὸ δακτυλίδιον (ὑπέρπερα) β' κο(κκία) ιθ'.* Iv. IIr. IIIr. 189v. 190 vacua. Scripturae exemplum (f. 74r) dederunt P. Franchi de' Cavalieri et Ioh. Lietzmann, Specimina codd. Vat. graecor. tab. 26.

Codicis asseres corio subobscuro saec. XVI obducti, fibularum sola vestigia retinent.

127 (olim 124). An. 1373 (f. 306ᵛ), chart., mm. 290×212, ff. IV. 309, linn. 26 et (sc. inde a f. 249) 28.

Thucydidis historiarum (f. 6ᵛ) lib. I; - (f. 48) lib. II; - (f. 86) lib. III; - (f. 123ᵛ) lib. IV; - (f. 166) lib. V; - (f. 199) lib. VI; - (f. 238) lib. VII; - (f. 271) lib. VIII.

Praeeunt 1 (f. 1) Marcellini libellus de Thucydidis vita ex scholiis in Thucyd. depromptus ⟨Τ⟩ῶν Δημοσθένους μύστας et 2 (f. 5) altera vita ⟨Θ⟩ουκυδίδης ἀθηναῖος, Ὀλόρου ἦν παῖς (Schol. in Thucyd. ed. Haase pp. 1-8; 9-11).

Constat codex fasciculis 38 (quatern., praeter 38 quinionem) graece signatis in marg. inf. medio primae et postremae unius cuiusque fasciculi paginae (exceptis 33. 36-38 qui aut in principio aut in fine numeris carent). Ff. aliquot humore inquinata. Tituli et subscriptiones nec non litterae initiales rubro scripta sunt: notandum tamen in altera auctoris vita et in libris VII. VIII titulos, litt. initiales, subscriptiones desiderari. Officinar. chartariar. signa vidimus, arcum (cf. Briquet n. 796; Keinz n. 225) et (f. 164) securim (cf. e. g. Keinz n. 211); in ff. vero additiciis 307. 308 fructum quemdam (cf. Briquet n. 7345 ss.).

F. IVʳ *πίνακα* continet Allatii aetate digestum; 306ᵛ librarii notam † *ἐγράφη ἡ παροῦσα ὀκτάβιβλος τοῦ ῥήτορος θουκυδίδου | συγγραφὴ θείω καὶ προσκυνητῶ ὁρισμῶ τοῦ θεοπρο|βλήτου, θεοστεφοῦς, πανευτυχοῦς καὶ πανυψηλοτάτου | δεσπότου τῶν ῥωμαίων κ(υροῦ) μανουὴλ τοῦ καντακουζηνοῦ, | παρὰ κ(υροῦ) μανουὴλ τοῦ τζικανδύλη* (cf. Vogel-Gardthausen p. 281), *καὶ μαρκιανοῦ ἱερομονάχου. | ἀντεβλήθη δὲ παρὰ τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κ(υροῦ) γεωργ(ίου) | τοῦ γαβριηλοπούλου, καὶ τοῦ αὐτοῦ ἱερομονάχου μαρκιανοῦ. | καὶ διωρθώθη ὅσον ἐς τὴν αὐτῶν δύναμιν: | μηνὶ σεπτεμβρίω, δ'. ἰνδ. ια'. ἔτους ϛωπα'* (= p. C. 1373), Ff. I-III. IVᵛ. 307-309 vacua. In tegumento priore averso, infra non nulla arabica et nomen *δα(υί)δ*, legitur codicis nota antiquior *N° 20 6 Plu.* et (in membranula adglutinata) num. *324*. Facies codicis ima nomen exhibet litt. unc. *θουκυδίδης*.

Singulae tegumenti tabulae corio subobscuro obductae saec., ut opinor, XV, inpressas praebent duas aquilas. Ligaminum et bullarum sola vestigia supersunt.

128 (olim 700). Saec. XV, membran., mm. 284×205, ff. III (III chart.), 169, linn. 30.

Xenophontis opera tria. **1** (f. 1) Cyri institutionis lib. I; - (f. 21ᵛ) lib. II; - (f. 34) lib. III; - (f. 47) lib. IV; - (f. 61ᵛ) lib. V; - (f. 79) lib. VI; - (f. 91) lib. VII; - (f. 107) lib. VIII. **2** (f. 130) Hieron. **3** (f. 140) Oeconomicus.

In marginibus aliquot variantes lectiones ab ipso librario adnotatae sunt.

Quiniones numero 17, quibus codex constat (13 ff. 9 tantum conprehendit), graece signati sunt in marg. inf. dextrorsum. Margini inf. postremae singulorum fasciculorum paginae prima verba sequentis adscripta invenies. Littera initialis prima et ornamentum

primo titulo inpositum rubro et flavo colore picta, reliqui tituli et litterae grandiores rubra. F. Iʳ notam antiquiorem exhibet supra illam qua liber in praesens signatur, *υ 700 | n 128*. III *πίνακα* continet Allatii temporibus digestum. Iᵛ. II. IIIᵛ. 129ᵛ. 168. 169 scriptura vacant. Operculo priori averso membranula adhaerescit tineis perterebrata, in qua saec. XVI scriptum est *Xenophontis Cyripedia | et alia eiusdem. |. 700.*

In tegumenti asseribus corio fusco obductis scuta aurea renident Pauli V et Scipionis Borghese card. byblioth.

129 (olim 701). Saec. XI, membran., mm. 239×152, ff. III (II. III chart.), 196, linn. 23 et (sc. a f. 12ᵛ) 25.

Xenophontis Cyri institutionis (f. 1) lib. I; - (f. 32) lib. II; - (f. 48) lib. III; - (f. 69ᵛ) lib. IV; - (f. 94) lib. V; - (f. 123) lib. VI; - (f. 142) lib. VII; - (f. 165) lib. VIII.

Codicem librarius unus, ut mihi quidem videtur, totum exaravit, manu tamen varia: nam primis in foliis grandiore scriptura usus eademque adcuratissima, conpendiis omnibus fere abstinuit; inde a f. 12ᵛ, factus membranae parcior, conpendia crebra adhibuit, singulis paginis duo scripturae versus adiecit; a f. 64ᵛ denique currenti calamo scripsit. Tituli exarati sunt litt. unc. parvis, pariter ac lemmata illa paucissima quae in marginibus librarius ipse adposuit. Fasciculi 25 (quaterniones, excepto *κε'* folior. 4) signati sunt ab *α'* ad *η'* in principio et in fine, deinde in principio tantum, ab *α'* ad *ιϛ'* prope foliorum angulos inf. int., a *ιζ'* vero ad *κε'* in inf. marg. dextrorsum. Textum hic illic subplevit in marg. manus saec. XV.

F. Iʳ in membranula adglutinata inscriptionem exhibet *Xenophontis Cyripedia. |. 701* manu saec. XVI; inferius *n° nuouo 129,* qui numerus postea retractatus est, additis verbis *Vat. gr.* F. IIIʳ continet *πίνακα* Allatianum. Iʳ summo margini adscriptum habet alphabetum graecum, ad angulum autem externum *N° IIII.* Ff. 194-196 maculata. 196ᵛ post notam Δ *174* et monocondylia quaedam (*ἁγία τριάς - μακάριος μοναχός*) non nulla in Xenophontem scripsit nescio quis saec. XIII († *φεῦ τῆς ἀγνοίας λογιώτατε ξενοφῶν περὶ θεὸν ἣν ἔσχες τὸν ἀληθῆ* etc.), postea lineis delevit. Iᵛ. II. IIIᵛ vacua.

In tegumenti dorso stemmata Leonis XIII et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

130 (olim 703). Saec. X-XI, membran. (ff. I-III. 1 chart.), mm. 256×259, ff. III. 310, linn. 28.

Diodori bybliothecae historicae (f. 2) lib. I; - (f. 79) lib. II; - (f. 126ᵛ) lib. III; - (f. 186ᵛ) lib. IV; - (f. 253ᵛ) lib. V.

Singulis libris, primo excepto, capita praefixa sunt (ff. 78ᵛ. 126ʳ. 186ʳ. 253ʳ). Textum, qui saepe lacunosus est, raro correxit manus illa rec. quae interdum spiritus et accentus atramento nigriore retractavit. Margines glossematis scholiisque scatent a diversis librariis saec. XII-XV adiectis.

Codex (quem Fr. Vogel, perperam, si me audias, saeculo tribuit XII in t. I suae Diodori editionis, Lipsiae 1888, p. XIV) quaterniones conplexus est primitus 38, ut docet antiqua enumeratio litteris uncialibus adscripta angulo sup. ext. primae unius cuiusque quaternionis paginae (vide sis f. 63^{r} *η'*, f. 143^{r} *ιη'*, f. 151^{r} *ιθ'* etc.). Postea ipse librarius adiecit in principio folia quinque, ubi, ex alio codice opinor, descripsit libri I initium (quod in suo exemplari non reppererat) usque ad vv. *βεβαιοῦν ἐγχειρήσομεν* (15, 3). Enumeratio recentior, saeculi scil. XIII, quae in marg. inf. legitur primae et novissimae singulorum fasciculorum paginae, adiectum etiam fasciculum conprehendit. Indices capitum, tituli, subscriptiones litteris uncialibus scripta sunt calamo paene currenti, ut reliquus codex. Summis marginibus ff. 2–297^{r} titulos rubros adiecit (*διοδώρου ἱστορι(ῶν) α'. διοδώρου ἱστορι(ῶν) β'* etc.) manus saeculi, nisi fallor, XV.

F. I^{r} saec. XVII adnotatum est *Diodori siculi libri quinque | 703 | 130.* III^{r} legitur *πίναξ* Allatii temporibus insertus. In pagina aversa f. 1, quod minoris est moduli, manus saec. XIV quaedam de Diodoro ⟨ex Photii byblioth. cod. 74⟩ descripsit † *διοδώρου σικελιώτου ἱστορικὸν πρῶτον. † ὁ παρῶν ἱστορικὸς διόδωρος ὁ σικελὸς κέχρηται φράσει σαφεῖ τε καὶ ἀκόμψῳ – τῶν βρεττανικῶν νήσων ἐν οἷς καὶ ἡ ἱστορία τελευτᾷ* (M. 103, 168–169): inferius alia manus perverse scripsit † *ἐνδοξώτ(α)τ(ε)· φρονιμώτ(α)τ(ε)· ἀνδρικώτ(α)τ(ε) καὶ συνετοτάτε ἐμϊ αὐ|θέντοι καὶ κυρ(ὲ)* (?) *θεοδορε νὰ σε εὕρο.* Margo ext. ff. 2–5. 35. 42. 205; margo inf. ff. 125. 169. 227. 249. 303; margines ext. et inf. ff. 309. 310 sunt nova membrana refecti. Ff. I^{v}. II. III^{v}. IV^{r}. 6^{v}. 35^{v}. 310^{v} vacua. In facie codicis ima *διοδωρου α'* litt. unc. F. 79^{r} phototypa imagine expressum dederunt P. Franchi de' Cavalieri et Ioh. Lietzmann, Specimina codd. Vatt. gr. tab. 27.

In tegumenti dorso scuta Leonis XIII et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

131 (olim 130). Saec. XV med., chart. (ff. I. II. 459. 460 membran.), mm. 289×199, ff. II. 460, linn. 25.

Diodori bybliothecae historicae (f. 4) lib. XI; – (f. 84) lib. XII; – (f. 153) lib. XIII; – (f. 271^{v}) lib. XIV; – (f. 379) lib. XV. Singulis libris capita praefixa sunt (ff. 2. 82. 150^{v}. 269^{v}. 378^{v}).

Fasciculi numero 46 (13 ff. 8 conplectitur; rell., ff. 10) graece signati sunt in marg. inf. primae et ultimae paginae; ad imam chartae oram alia eiusdem aevi manus enumerationem iteravit notis arabicis. Officinae chartariae signum, tuba cornea (cf. e. g. Lichačef n. 2418). Ornamentum initio libri XI superinpositum, librorum et fasciculorum numeri graeci, litterae maiores et maximae rubro picta. Atramenti acor chartam hic illic peredit, praesertim sub fine codicis. Sub fine codicis ff. non nulla etiam tineae aliquantulum laeserunt. F. I^{r} antiquiores notas prae se fert, scil. *N° 28. 6 Plu.* et (in frustulo chart. quod numero 28 olim adglutinatum fuit) *331.* II^{r} *N° nuouo 131.* 1^{r} index capitum libri XI partim rescriptus est: 3^{v} *πίναξ* Allatianus legitur. Ff. I^{v}. II^{v}. 1^{v}. 458^{v}. 459. 460 vacua. In facie sup. litt. cap. *διοδωρου γ'.* Codex paullo ante an. 1455 exaratus est (cf. Müntz–Fabre *La bibl. du Vat.* p. 341).

In tegumenti operculis ligneis scuta exstant Pauli V et Sc. Borghese card. byblioth.

132 (olim 129). Saec. XV med., chart. (ff. I. 321 membran.), mm. 290×200, ff. II. 321, linn. 30.

Diodori bybliothecae historicae (f. 2) lib. XVI; – (f. 63) lib. XVII; – (f. 141) lib. XVIII; – (f. 188) lib. XIX; – (f. 256^{v}) lib. XX. Singulis libris (ff. 1. 60^{v}. 139^{v}. 186^{v}. 255) capita praemittuntur.

Codex ab eodem certe librario exaratus est a quo superior 131, ductu licet aliquantulum diverso. Capita, tituli, ornamenta initiis librorum praefixa minio picta. Quiniones 32, quibus codex constat, graece signati sunt ad angulum inf. int. primae et ultimae paginae; enumerationem imis in oris adiecit notis romanis nigris manus fere aequalis. Officinae chartariae signum, tuba cornea, ut in cod. 131. F. 1^{r} duplex legitur codicis nota *129 | 132.* II *πίναξ* Allatianus. I^{v}. II^{v}. 318^{v}–321 vacua. In facie codicis summa *διοδωρου. δ'* litt. cap.; in ima *διοδώρου βιβλίον δ'* litt. unc.; in facie dextra *Dio(dorus).*

Tegumenti tabulae scuta prae se ferunt Pauli V et Sc. Borghese card. byblioth.

133 (olim 131). Saec. XV, chart. (ff. III. IV. 400. 401 membran.), mm. 289×115, ff. IV. 401 (+ 387^{a}), linn. 30.

Dionysii Halicarnassensis antiquitatum Romanarum (f. 1) lib. I; – (f. 49^{v}) lib. II; – (f. 73) lib. III; – (f. 111) lib. IV; – (f. 148^{v}) lib. V; – (f. 181) lib. VI; – (f. 220) lib. VII; – (f. 254) lib. VIII; – (f. 296^{v}) lib. IX; – (f. 333^{v}) lib. X; – (f. 365) lib. XI (vv. *ἀλλ᾽ὑπὲρ – Μάρκος Γε⟨γάνιος⟩* [ed. Iacobus IV 189, 1–211, 19] librum claudunt f. 392, 4–394).

Exstant in marginibus notabilia et lemmata.

Codicem efficiunt quaterniones 50 graece signati ut plurimum in angulo inf. ext. primae singulorum paginae. Officinae chartariae signum, forfex (cf. Briquet n. 3668). Littera prima initialis auro et minio picta, reliquae litterae grandiores, tituli, lemmata et notabilia in marginibus adiecta rubro exarata sunt.

F. II^{r} *πίνακα* continet Allatianum. In ff. III^{v}–IV^{r} primum exemplar legitur Eugenii pp. IV epistulae, datae Florentiae IV kal. Dec. 1439, qua Isidorum Rutenorum episcopum (v. infra f. 400^{v}–401^{r}) Constantinopolim proficiscentem Iohanni Palaeologo imperatori conmendat (inc. *Cum esset profecturus ex Venetiis*). IV^{r} in membranula adglutinata *Dionysius Halicarnas|seus.* |*.131,* manu saec. XVI, et in frustulo chart. *133.* Folio IV^{v} glutino adhaeret f. 1, cuius aversam paginam occupat imago picta Dionysii prima antiquitatum Romanarum verba in codice scribentis. Hanc imaginem aere incisam volgavit A. Mai in fronte operis quod inscrib. Dionysii Halicarnassei antiquitat. Romanar. pars hactenus desiderata etc., Mediolani 1816, e codice Ambrosiano 55 (v. Martini–Bassi p. 65–66), ubi tamen desideratur inscriptio *διονύσιος ἁλικαρνασσεύς.* Margini sup. f. 1^{r} adpictum est arte satis mediocri scutum Nicolai V a duobus geniis sustentatum: coronae pontificalis apex, charta decurtata, periit. 394^{r} ad finem libri XI adnotatum est in marg. a L. Zacagni *p. 728 in editis* (sc. in ed. F. Sylburgii, Francofurti 1576). Ff. 400^{v}–401^{r} continent primum exemplum litterarum Eugenii IV, datarum Romae III id. Iun. 1445, quibus summus pontifex Isidorum Cardinalem hortatur ut saepius scribat de rebus ad ecclesiasticum et saecularem

statum pertinentibus (inc. *Gratum nobis est quod crebro*). 401^v epistulae inscriptio *Dilecto filio Isidero t(i)t(uli) | sanctor(um) Petri et Marcellini p(res)b(yte)ro Cardinali.* Membranas duas Eugenii IV epistulas (seu Brevia) continentes ipse Isidorus Card. custodiae loco adiecit cum codicem nondum a glutinatore conpactum (*in quinternis*) mutuatus est (v. Müntz-Fabre *La bibl. du Vat.* p. 342). Ff. I. II^v. III^r. 387^a. 394^v-400^r vacua. In facie codicis ima litt. unc. διονύσιος.

Opercula stemmata prae se ferunt Pauli V et Sc. Borghese card. byblioth.

134 (olim 1020). Saec. XV ex., chart., mm. 287×197, ff. VII. 322 (— 2 + 123^{a-f}. 278^a), linn. 35 et (ff. 124-150^r) 32.

1 (f. 1) **Dionysii Halicarnassensis** antiquitatum Romanarum lib. VI; - (f. 28) lib. VII; - (f. 51) lib. VIII; - (f. 79) lib. IX; - (f. 103) lib. X. In marginibus lemmata invenies et emendationes ipsa scribae manu.

2 (f. 124) **Ioh. Eugenici** in Iohannem VIII Palaeologum (a. 1421-1448) senarii octo et quinquaginta, e. g. ut in cod. Pian. 37 f. 1, ap. Stevenson p. 496 (cf. Krumbacher BL^2 p. 424). Inc. *Αὐτοκράτορ κράτιστε πορφύρας γόνε.* Des. *ὁ Εὐγενικὸς τολμηρῶς προσφθέγγομαι, | ὁ καὶ νομοφύλαξ τιμηθεὶς σῷ κράτει.*

3 **Appiani** historiae Romanae hoc ordine: ^{1} (f. 125) praefatio; ^{2} (f. 128^v) Libyca; ^{3} (f. 160^v) Syriaca, praeviis (f. 160^r) subsequentium librorum indice et initiis; ^{4} (f. 173) Parthica * (Appiani opp. ed. Schweighäuser III 1 p. 21-101); ^{5} (f. 183) Mithridatica (cc. 118. 119 in libri exordio leguntur); ^{6} (f. 206) de bellis civilibus lib. I; - (f. 227^v) lib. II; - (f. 224) lib. III; - (f. 270) lib. IV; - (f. 292) lib. V; ^{7} (f. 313^v) Illyrica. Rarae in marg. correctiones obcurrunt ipsius librarii manu.

Codex constat quaternionibus 16 + 24 graece signatis ad angulum inf. ext. ultimae singulorum paginae. Officinae chartariae signum trimontium videtur, diversum tamen, nisi egregie fallimur, ab iis quae edd. Briquet, Lichačef, Keinz. Scripserunt duo librarii, quorum alter ff. 124-150^r, litteris minutioribus, alter reliqua omnia. Tituli et litterae grandiores rubro picta. F. 20^v vacuum est, nihil tamen desideratur, ut monet notula *οὐδὲν λείπ(ει)· ἔμεινε δὲ ἄγραφον ἀπὸ λήθης* ab ipso librario summo margini adposita. Vacua sunt etiam ff. 143^r (ubi notatur *ζήτ(ει)*; desunt re vera Libycorum cc. 55-59 a v. *ὁλκάδας* ad v. *δαιμόνιον*, I 240, 6-243, 20 Mendelssohn) et 278^a, nec non ff. praefixa I (in cuius parte recta legitur tantum nota codicis antiquior *N° 24*), II. III^v-VI. VII^v. 318^v-322. In f. III^r Appiani fragmentum exstat (prima manu scriptum) de rebus Punicis, sc. a vv. *⟨Λα⟩κεδαιμόνιοι λύοντες* ad vv. *ἄλλο τε πλῆθος* (I 299, 10-302, 3 Mendelssohn); VII^r *πίναξ* Allatianus. Codicis facies summa dextra ima ornamenta exhibent calamo delineata; facies ima continet praeterea inscriptionem *διονύσιος*. Pauca de libro perstrinxit Mendelssohn I p. xx; folium 128^r photographice expressum edidit H. White *The Roman history of Appian*, New York 1899 (tab. inter p. 146 et 147 inserta).

Asseres corio subobscuro signato contectae saec. XV, praebent, inter alia ornamenta, aquilas bicipites. Ligaminum et bullarum sola vestigia superant.

135 (olim 155). Saec. XIII, chart., mm. 331×255, ff. V. 311, linn. 36-39.

Ioh. Zonarae annales inde a vv. *συνθήκαις καὶ φράσεσιν* (I p. 6, 2 Dindorf). Praefatio des. vv. *καὶ τὴν γένεσιν* (I p. 11, 13 Dind.), ut in ceteris codd. praestantioribus. Rubricae passim in marginibus obcurrunt, ibique etiam Iosephi Flavii locos interdum descriptos repperies. Cf. U. Ph. Boissevain *Zur handschriftl. Ueberlieferung d. Zonaras* in *Byz. Ztschr.* IV, 1895, p. 225 ss. (praesertim p. 270).

Fasciculos, quibus codex, hodie initio mutilus, constat, enumerare nobis haud contigit: eorum notae, ad angulum sup. ext. primae paginae olim adscriptae, omnes paene effluxerunt (vide tamen f. 168^r *κγ'*, unde erui posse videtur fasciculum unum tantum in principio desiderari). Conplurium foliorum margines tineis aliquantum pessum dati, alii (praesertim folior. 210 ss.) maculati. F. I^r legitur *N° nuouo 135;* in frustulo chart. adglutinato *Joan(n)es Zonara* manu saec. XVII et stilo plumbeo; in scida membranea pariter adglutinata *Hist. a principio mu(n)di | usq(ue) ad Alexium Imp(er)atore(m) et al(i)a.* |. *155* manu saec. XVI; tertia manus add. *Jo Zonarae.* III-V *πίναξ* Allatii temporibus descriptus. 1^r in marg. sup. ⟨L. Allatius⟩ notavit *Principiu(m) habes Cod. 136.* Margines folii 7 foedissime renovati sunt; integra ff. 256. 257 librarius saeculi XV subplevit. In pagina aversa postremae chartae misere laceratae ideoque nuperrime refectae litteris satis evanidis scriptum est *σύνοψις περὶ μετρήσεως καὶ μερί...* Quod sequebatur folium abscissum fuit. In ima codicis facie legitur ferro incisum nomen *ζωναρᾶς*.

In tabulis exstant scuta Pauli V et Sc. Borghese card. byblioth.

136 (olim 152). Saec. XIII, membran., mm. 266×196, ff. II. 216, linn. 34-50.

Ioh. Zonarae (f. 2) annales in duas partes divisi, quarum prior lib. I-IX conplectitur, altera reliquos (librorum tamen distinctio nulla est in codice). Prooemium usque ad vv. *καὶ πρὸς τὸ φιλοτιμότερον* (I 3, 22 Dindorf) iterum scriptum exstat in f. 1^r. Cf. U. Ph. Boissevain op. l. sub num. 135 (praesertim p. 270).

F. 33^v in marg. sup. ipse librarius sex versus cuiusdam *Κω(νσταντίν)ου* descripsit (inc. *βαβαὶ σκάφη καὶ μάκτρα σαρκὸς οὐ ζύμης,* des. *σκώληκας οἴμοι τοῦ ταφέντος τοὺς φάγους*); alios sex anonymi repperies in marg. inf. f. 61^v (inc. *τεκνοκτόνος φεῦ ὁ πρὸ τοῦ βρεφοκτόνος,* des. *ὦ καὶ λεόντων ἀγριωτέρα φύσις*). F. 101^v exstant Constantini versus novem et viginti in laudem operis Ioh. Zonarae (inc. *χάρις μακρά σοι τῶν μακρῶν πόνων χάρις | Ἰωάννη τὸ θαῦμα τῶν χρονογράφων,* des. *ποῦ ποῦ τὸ λεῖπον τῆς μελιρροίας λάβω*), quos in cod. Barb. gr. 74 (olim I 74) Leo Allatius manu sua ex nostro codice descripsit (cf. Krumbacher BL^2 p. 376).

Codicem efficiunt fasciculi 13 (quorum extremus ff. 5 tantum conprehendit, reliqui ff. 8) + 14 quaterniones, additis ff. 3. Numeri in marg. inf. primae et ultimae singulorum fasciculorum paginae adpositi fere omnes hodie desiderantur (v. tamen ff. 33^r. 40^v *ε'*;

88^{v} *ια'*; 110^{r} *β'*; 125^{v} *γ'*). Membranae conplures madore inquinatae, praesertim 30–32. 50–55. 58^{v}. 59. 62. 63. 65. 68. 69. 160^{v}. 161^{r}. F. 1^{r} summo marg. scriptum legitur † *χ(ριστ)ὲ προηγοῦ τῶν ἐμῶν πονημάτων*; inferius *ζωναρᾶς* et codicis nota *136:* 1^{v} quaedam lectu difficillima adnotata sunt atramento evanescenti, quae describere supersedemus; inferius † *ὁ κορεύσης · ἀπὸ τῆς μέντ.* (?) *ὡς λέγουσιν ἀπέστειλε τὸν μονοπατᾶν ὅστις εὑρίσκεται... λιχνοὺς εἰς τ(ὴν) γη⟨ν?⟩ | τοῦ λουκαΐτου. καὶ ἀπῆρεν σιτ συ μοδ. λ'. ἀφ' ὧν ἔστρεψα τοὺς δ'.* Inter ff. 1 et 2 duae chartae insertae sunt, quarum altera vacua, altera continens in priore pagina *πίνακα* Allatianum. 57^{r} in marg. inf. legitur nota *ἐν τούτοις τοῖς σπηλαίοις ὡς ἰώσηπος ἱστορεῖ* etc. scripta atramento fulviore, sed manu librarii aequali. 1^{r} (imo marg.) monocondylion *γρηγόριος διάκονος ... ας.* 1^{v}. 2^{r} (in marg. inf.), 101^{v}. 216^{v} monocondylia repperies, ubi saepius recurrit *ὁ πεπαγωμένος*: 101^{v} legi... *τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν αὐθέντου καὶ βασιλέως,* cetera frustra temptavi. 216^{v}, praeter pauca nullius sane momenti, methodos inveniendi Pascha iniecit manus saec. XV. In facie codicis ima *ζωναρᾶς.*

Tegumenti dorsum scuta praebet Pii IX et A. Mai card. byblioth.

137 (olim 1024). Saec. XIV, chart., mm. 277×205, ff. IV. 589, linn. 26–28.

Plutarchi vitae parallelae. [1] (f. 3) Phocio inde a vv. *Πλάτωνος πολιτεία* (c. 3) et [2] (f. 15^{v}) Cato, [3] (f. 48) Dio et [4] (f. 71) Brutus, addita syncrisi, [5] (f. 94^{v}) Aemilius Paulus, praemisso prooemio vitae Timoleontis, et [6] (f. 113) Timoleon, subfixa syncrisi, [7] (f. 130^{v}) Sertorius et [8] (f. 143) Eumenes, addita syncrisi, [9] (f. 154^{v}) Philopoemen et [10] (f. 165) Titus, addita syncrisi, [11] (f. 177) Pelopidas et [12] (f. 193) Marcellus, subdita syncrisi, [13] (f. 209^{v}) Alexander et [14] (f. 244^{v}) G. Caesar usque tantum ad vv. *ἰδιώταις τισὶ χρημα⟨τίζων⟩* (c. 60), [15] (f. 268) Demetrius et [16] (f. 293^{v}) Antonius, addita syncrisi, [17] (f. 333) Pyrrhus et [18] (f. 355) G. Marius, [19] (f. 381^{v}) Aratus, [20] (f. 406) Artoxerses, [21] (f. 421) Agis, cui subicitur, nulla distinctione facta, [22] (f. 430^{v}, 14) Cleomenes, [23-24] (f. 450) Tiberius Gracchus et, nulla facta distinctione (f. 460^{v}, 5) Gaius Gracchus, addita syncrisi, [25] (f. 472) Lycurgus et [26] (f. 488^{v}) Numa, subdita syncrisi, [27] (f. 506) Lysander et [28] (f. 520) Sulla, subfixa syncrisi, [29] (f. 543) Agesilaus et [30] (f. 562) 'Pompeius usque ad vv. *καὶ τοὺς κατειλεγμένους πρότερον ἐν τάχει* (c. 60).

In f. 471 manus eiusdem fere temporis scholia descripsit in ⟨Aristidis or. Panathen.⟩. Inc. *Φίλιππος τὲ γὰρ εὐτυχήσας* (Arist. orationes ed. Dindorf I 297, 23) *ἀμφοτέρους γὰρ ὁμοῦ ἐν τῇ Χαιρονείᾳ νενίκηκεν.* Des. *τῶν ἐπωνύμων· ἐπωνύμων λέγει ἀφ' ὧν* etc. *εἶχον τὰ ὀνόματα· λέγει οὖν τὴν αἰαντίδα φυλὴν ἀπὸ τοῦ Αἴαντος* (cf. Schol. in Arist. ed. Frommel p. 109, 7 a. i. ss.).

Liber tribus codicibus constat in unum coactis, quorum I (in fine mancus) ff. 1–267 conplectitur, II ff. 268–471, III (pariter ac primus in fine mutilus) ff. 472–589. Enumeratio quaternionum in marg. inf. med. primae vel primae et postremae paginae triplex invenitur: I totum volumen conplectitur (*α'–οε'*), II ff. 268–471 (v. f. 275^{v} *α'* etc.), III ff. 472–589 (v. ff. 503^{v} *δ'*; 504^{r} *ε'*; 551^{r} *ια'* etc.). Fasciculorum numeri conplures ideo exciderunt, quod foliorum omnium margines plus minusve refecti sunt. Conplura folia humore maculata. Tituli, ornamenta titulis adiecta, litterae maiores, minio picta. Officinarum chartariarum signa conspeximus: f. 1 ss., duas claves (cf. Briquet n. 3810); f. 254 ss., pondus (cf. Br. n. 12402); f. 269 ss., crucem dimidiatam dimidiato lilio aptatam (cf. Br. n. 1644); f. 473 ss. fructum quemdam (cf. Br. n. 7371).

F. I^{r} in chartula adglutinata manus saec. XV scripsit *Plutarchi paralila,* quibus verbis alio atramento additus est numerus *XXVIII.* II *πίναξ* Allatianus. III^{v} IV^{r} tabula astronomica novilunia et plenilunia per totius anni circulum continens, manu saec. XIV. IV^{v} index graecus antiquior, sc. codicis librario subpar.

In tegumenti dorso scuta Pii IX et A. Mai card. byblioth.

138 (olim 705). Saec. XI, membran. (ff. II-IV. 27–32; 258–273 chart.), mm. 303×228, ff. IV. 174 (— 2), linn. 32 (in ff. 27–32 linn. 30; in ff. 258–272 linn. 40).

Plutarchi vitae parallelae conplures. [1] (f. 1) Theseus et [2] (f. 14) Romulus, [3] (f. 31) Solon et [4] (f. 46) Publicola, [5] (f. 57^{v}) Themistocles et [6] (f. 71) Camillus, [7] (f. 90) Aristides et [8] (f. 104^{v}) Cato, [9] (f. 120^{v}) Cimon et [10] (f. 130) Lucullus, [11] (f. 156) Pericles et [12] (f. 173) Fabius Maximus, [13] (f. 187^{v}) Nicias et [14] (f. 203) Crassus, [15] (f. 223) G. Marius et [16] (f. 238) Alcibiades, [17] (f. 257) Demosthenes et [18] (f. 262^{v}) Cicero.

Ff. 1. 274, quae avolsa sunt ex eo ipso codice latino ad quem pertinuerunt ff. 1. 297 codicis 122, continent fragmenta quaestionum dominicalium Bartholomei Brixiensis, scil. qu. XV-XIX. XXII-XXVI (v. volumen XVII tractatuum ex variis iuris interpretibus collectorum, Lugduni 1549, ff. 35–35^{v}. 36^{v}–37).

Quaterniones numero 32 signati sunt (plerumque librarii manu) in marg. inf. primae singulorum paginae, sinistrorsum: notae *κη'–λ'* exciderunt. Ff. chartacea 27–32, pariter ac duo quaterniones in fine adiectos (quorum prior litt. *α'* signatur, alter nota caret), librarius saec. XV exscripsit, idem fortasse qui cod. 1209 subplevit. Obcurrunt in marginibus scholia lemmata auctoritates notabilia glossae, saepe litt. unc., tum ab ipso codicis scriptore, tum a librario fere coaevo, interdum ab homine studioso saeculi XV, adposita. Scriptura in tribus paginis extremis partim retractata est. In facie tegumenti prioris aversa exstat index latinus saec. XVII et in membranula adglutinata, manu saec. XVI, ***Plutarchi vitae** |. 135.* I^{r} imo marg. *705 v.* | *138 n.* Folium I^{v} recentiore membrana paene totum obductum, continet indicem graecum ea saeculi XV manu exaratum quae codicem mutilum, ut supra animum advertimus, subplevit. Huius manus est etiam inscriptio eodem in f. I^{v} bis exarata *πλουτάρχου παράλληλα*: ***plutarchi parallila*** (quae recurrit et in marg. sup. f. 1^{r} et in f. 273^{r} opere absoluto); inferius leges *N° 54. 5 Plu;* in chartula vero, quae numero *54* olim adglutinata fuit, numerus *261.* III^{r} *πίναξ* Allatianus.

IV^r index latinus saec. XVIII. 1^r monocondylion quod non enucleavimus et imo marg. sigillum bybliothecae Nationalis Paris. quod iteratur f. 273^r. II. III^v. IV^v. 273^v vacua.

In tabulis scuta Pauli V et Sc. Borghese card. byblioth.

139 (olim 198). Saec. XIII-XIV, membran., mm. 350×250, ff. IV (II-IV chart.), 602, coll. 2, linn. 38.

Plutarchi moralia. [1] (f. 1) de liberis educandis, [2] (f. 9^v) quo modo quis suos in virtute sentiat profectus, [3] (f. 16) de sera numinis vindicta, [4] (f. 28) de capienda ex inimicis utilitate, [5] (f. 32) quo modo adulescens poetas audire debeat, [6] (f. 44) quo modo adulator ab amico internoscatur, [7] (f. 59^v) de se ipsum citra invidiam laudando, [8] (f. 64^v) de cohibenda ira, [9] (f. 71^v) de curiositate, [10] (f. 76^v) de tranquillitate animi, [11] (f. 84) de vitioso pudore, [12] (f. 89) de fraterno amore, [13] (f. 97^v) de garrulitate, [14] (f. 105^v) de recta ratione audiendi, [15] (f. 112) de amicorum multitudine, [16] (f. 114^v) de cupiditate divitiarum, [17] (f. 117^v) de fortuna, [18] (f. 119) animi ne an corporis affectiones sint priores, [19] (f. 120^v) aqua ne an ignis sit utilior, [20] (f. 122^v) de superstitione, [21] (f. 127) consolatio ad Apollonium, [22] (f. 138) consolatio ad uxorem, [23] (f. 141) de exsilio, [24] (f. 146) Galbae vita, [25] (f. 154^v) Othonis vita, [26] (f. 160^v) bello ne an pace clariores fuerint Athenienses, [27] (f. 164) maxime cum principibus philosopho esse disserendum, [28] (f. 166) de tuenda sanitate praecepta, [29] (f. 175^v) an seni respublica gerenda sit, [30] (f. 184^v) septem sapientum convivium, [31] (f. 195^v) de Iside et Osiride, [32] (f. 215) mulierum virtutes, [33] (f. 227) coniugalia praecepta, [34] (f. 231^v) ad principem ineruditum, [35] (f. 233^v) de esu carnium sermones I-II, [36] (f. 237) de fato, [37] (f. 241) Platonicae quaestiones inde a vv. *Τι δήποτε τὴν ψυχὴν* (ζήτ. δ', p. 1002 F), [38] (f. 246) de musica, [39] (f. 255) conpendium libri cuius argumentum fuit 'Stoicos absurdiora poetis dicere', [40] (f. 255^v) de conparatione Aristophanis et Menandri epitome, [41] (f. 256^v) epitome libri de animae procreatione in Timaeo, [42] (f. 258) non posse suaviter vivi secundum Epicurum, [43] (f. 269^v) an recte dictum sit latenter vivendum esse, [44] (f. 271) an vitiositas ad infelicitatem sufficiat, [45] (f. 272^v) de amore prolis, [46] (f. 275) de invidia et odio, [47] (f. 276) de unius in republica dominatione, populari statu et paucorum imperio, [48] (f. 277) amatoriae narrationes, [49] (f. 279) aetia physica, [50] (f. 285) de placitis philosophorum lib. I [(f. 291) lib. II; - (f. 294) lib. III; - (f. 297) lib. IV; - (f. 300^v) lib. V], [51] (f. 304) de virtute morali, [52] (f. 311) de primo frigido, [53] (f. 316^v) de vita et poesi Homeri, [54] (f. 342) an virtus doceri possit, [55] (f. 342^v) de fortuna Romanorum, [56] (f. 348^v) de Alexandri M. fortuna aut virtute orationes I-II, [57] (f. 359^v) praecepta gerendae reipublicae, [58] (f. 375^v) regum et imperatorum apophthegmata, [59] (f. 397) apophthegmata Laconica, quibus subduntur, nulla distinctione facta, [60] (f. 413 col. 2, 14 ab imo) ⟨instituta Laconica⟩ et [61] (f. 415 col. 2, 18) ⟨Lacaenarum apophthegmata⟩, [62] (f. 416^v) parallela Graeca et Romana, [63] (f. 422^v) aetia Romana, [64] (f. 438^v) aetia Graeca, [65] (f. 446) decem oratorum vitae, [66] (f. 457) bruta animalia ratione uti, [67] (f. 461) de vitando aere alieno, [68] (f. 463^v) de Stoicorum repugnantiis, [69] (f. 477) terrestria ne an aquatilia animalia sint callidiora, [70] (f. 493) de Ε Delphico, [71] (f. 499) de defectu oraculorum, [72] (f. 516^v) quaestionum convivialium lib. I; - (f. 527) lib. II; - (f. 537) lib. III; - (f. 544) lib. IV; - (f. 555) lib. V; - (f. 563) lib. VI; - (f. 569^v) lib. VII; - (f. 581^v) lib. VIII; - (f. 593^v) lib. IV.

Rarae obcurrunt correctiones et (f. 318^v ss.) lemmata. Capita non nulla in marginibus plumbo distinxit manus recentissima.

Fasciculos, quibus liber constat, numero 77 graece notatos repperies in angulo inf. int. primae et ultimae singulorum paginae (70 duo ff. tantum conprehendit; extremi duo nunc sine notis, quorum primi f. tertium forfice excisum, biniones sunt; rell. quaterniones). Perrari numeri, membrana resecta, effluxerunt. Hoc autem animum advertendum, librarium, cum fasciculos signaret, perperam post ξζ' prosequutum esse *μη'. μθ'. ν'* etc. (*μθ'* tamen nescio quis in *ξθ'* correxit prope angulum ext. folii 545^r). Cum tractatus 3 (de sera numinis vindicta) numerum praetendat *δ'*, 5 (quomodo adulescens poetas audire debeat) num. *ϛ'* et sic deinceps, codicem ex alio descriptum adparet, in quo tractatus primus desiderabatur. F. I^r codicis notas prae se fert *v. 198 | 139 n.;* III-IV *πίνακα* Allatianum continent. 1^r (ubi priorem laterculum totum et alterum partim vacuos reliquit librarius) summo marg. *πλούταρχος*. 177^r in ang. inf. ext. minutioribus litt. † *πρωτότυπον*|... Folii 225 margo ext.; 376 angulus inf. ext.; folior. 369. 476. 529. 557 margo inf. resectus est. 601^v opere absoluto legitur † *τέλος πλουτάρχου· συμποσιακῶν βιβλίων:* ~ | *βιβλία* | *συμπο*| *σιακῶν* | *ἐν*|*νέα*. Inferius, manu saec. XIV, *Iste liber est auctoris quidem plutarchi possessoris autem magni stratopedachi optimi viror(um) continet autem uarios tractotus.* Alia manus scripsit atramento subviridi *φράγκινα ἔναι.* I^v. II. 284^v. 602 vacua.

In operculis ligneis scuta Pauli V et Sc. Borghese card. byblioth.

140 (olim 1030). Saec. XIV, chart. (ff. I. IV membran.), mm. 234×152, ff. VII. 288 (+ 175^{a-c}. 220^a. 231^a. 259^{a-b}. 272^{a-b}), linn. 26-34.

1 (f. 2) **Diogenis Laertii** vitae sophistarum, illo praemisso indice philosophorum (f. 1) qui legitur in cod. Paris. 1759 (ed. E. Martini, Analecta Laertiana I, Leipzig 1899, p. 85).

2 (f. 175^c) **Philostrati** vitae sophistarum usque ad vv. *ἄκοντες· οὕτω δὴ* (c. 30, ed. Kayser min. II 121, 30; cf. ed. eiusdem mai. ad vit. sophist. prooem. p. II).

3 (f. 232) **Eunapii** sophistarum vitae (cf. Lundström, Prolegomena in Eunapii vitas p. 8).

4 (f. 260) **Philostrati** epistulae 1-58 (Hercher) usque ad vv. *μιμούμενος τοὺς* (sub. fin.). Cf. Kayser, ad Philostr. epist. ed. mai. prooem. p. II et ad sophistar. vit. ed. min. praef. p. IX s.

5 (f. 273) **Alciphronis** epistulae I 1-6. 8-10; III 1-3; I 11. 7. 12-19; III 10; I 24-28; III 11-18. 20-30. 19. 31. 32. 4-8. 42-55 Hercher.

Ff. I.' IV, quae uno folio constant membraneo, avolso ex codice saeculi fort. XIV, exhibent initium, nunc paene evanidum, Platonis vitae a Diogene Laertio digestae, *βίος Πλάτωνος συγγραφεὶς παρὰ Λαερτίου Διογένους*, usque ad v. ⟨*πέπ*⟩*λευ*⟨*κεν*⟩ (cap. 18, ed. Cobet, Paris 1878, p. 73, 11).

Codicem quinque libelli efficiunt: *a* ff. 1-175b; *b* ff. 175c-231a; *c* ff. 232-259b; *d* ff. 260-272b; *e* ff. 273-288. Quaternionum notae admodum evanescentes in primo libello et in quarto exstant ad angulum inf. int. primae singulorum paginae (v. ff. 16r *τρία*; 24r *δ'* etc.; ff. 260r *α'*; 268r *β'*); in rell. non vidimus. Officinarum chartariarum signa haud satis perspeximus (f. 282 et alibi *C* | *G*?). Folia omnia, quae glutinis inopia ad interitum ruebant, nuperrime refecta sunt.

Scripturam fulvi coloris, multis in locis Diogenis et Eunapii operum (v. praesertim f. 240 ss.) aut prorsus evanidam aut lectu difficillimam, retractatam interdum offendes atramento paullo nigriore. Textum librarius ipse perraro, crebrius manus saec. XVI emendavit; manus etiam recentior verba aliquot, utpote fere deleta, in margine f. 135v denuo scripsit. Alciphronis epistulis numeros ad editionem Wagnerianam addidit nescio quis (an E. E. Seiler? Cf. huius viri docti praefationem ad Alciphronis epist. editas Lipsiae 1853 p. IX).

F. IIIr scriptum exstat, manu opinor L. Allatii, *In hoc Codice sunt Epistulę triginta quinque inter | alias Epistolas Alciphronis, quę inter Epistolas | Gręcorum no(n) sunt editę - Et hę Epistolę | non habentur in alijs Codicibus Vaticanis | in quibus habentur Alciphronis Epistolę.* V-VIIr *πίναξ* Allatii aetate descriptus. 1. 288v sigillum bybliothecae Nationalis Paris. IIv-III. VIIv. 1v. 124r. 175v-175b. 220a recto, 231v-231a. 259v-259b. 272v-272b vacua. Codicem, post E. E. Seiler l. l., descripsit E. Martini, Analecta Laertiana I 89-90.

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et Fr. X. de Zelada card. byblioth.

141 (olim 707). Saec. XI, membran., mm. 254×190, ff. IV (II-IV chart.), 167, linn. 30.

Appiani, praemisso (f. 1) prooemio cum (f. 7v) Celticae historiae epitome, **1** (f. 9) Hispanica, **2** (f. 60) Hannibalica, **3** (f. 91) Punica.

In fol. 165v-166v manus saec. XIII-XIV iniecit **Iohannis Diaconi** (ms. *τοῦ Κορίνθου*) commentarium in Hermogenis lib. de methodi gravitate. Abrump. vv. *ὦ Ἐχέκρατες, τὸ μὲν πρῶτον* (Walz VII 1090-1109, 23 s. Cf. H. Rabe *Aus Rhetoren-Handschriften* in *Rhein. Mus.* LXIII, 1908, pp. 131. 133 ss., 513).

Ff. 1-8 a duobus librariis (*a* ff. 1-6; *b* ff. 7-8) ipso saec. XI exarata, postea codici adiecta sunt, nam fasciculi *α'-κα'* (in marg. inf. primae singulorum paginae signati) a nono demum folio deducuntur (fasciculus *ζ'* tria ff. tantum conprehendit, *η'* septem, *ιε'*. *κα'* terniones sunt, ceteri quaterniones). Singulae paginae conplectuntur, ut supra notatur, versus 30, singuli versus litteras 27-31. Textum correxere, praeter librarium, manus plures saec. XIV-XV. Marginibus foliorum 1v. 2. 10r. 16. 17r. 164v. 165r scholia adscripta fuerunt saec. XIII; ff. 2. 3v. 9v. 10v. 41. 86v notabilia, saec. XV. Quae marginibus ff. 119. 132r. 134v. 153r. 162v rubro adnotata repperies, saeculi videntur XIV ex. Verba *ποικίλης ἐνοχλούμενοι - οὓς τῶν πύργων* (I 311, 12-312, 15 Mendelssohn) a scriba neglecta (ut etiam docet notula summo f. 158r adposita saec. XVIII, *Haec omissa fuerunt in praesenti paginâ lineâ 13a*) subplevit in marginib. ff. 158v-159r manus fere coaeva. Foliorum labia aurata.

F. Ir notam continet *n° VI*. Iv in membranula adglutinata *Appianus alexandri|nus.* | *707* manu saec. XVI. IIr index latinus a R. Vernazza digestus. IVr *πίναξ* Allatianus. IIv. III. IVv. 167 vacua sunt. 1r imo marg. saec. XV notatum fuit *Appianus* et infra, alia manu, *Ego faustus Miani s(crip)s(i)* (cf. cod. 108 f. 171a): in marg. ext. sigillum bybliothecae Nationalis Paris., quod et f. 166v inpressum cernitur ad ang. sup. ext.

De codice dixerunt Mendelssohn in sua Appiani editione (I, Lipsiae 1879, p. XIV s.) et H. White in opere inscripto *The Roman history of Appian* (New York 1899, I p. XXXVII. In libri fronte et ante pag. 1 imagines conspiciuntur folior. 91r. 1r almo solis lumine expressae).

Tegumenti dorsum tessera gentilicia ornatur Pii IX.

142 (olim 137). Saec. XV, chart., mm. 294×213, ff. I. 332, linn. 24-32.

Appiani, praemissis a (f. 1) prooemio usque ad vv. *ἐπιτροπέβειν* (sic) *ἠξίωσαν* (I 14, 19 Mendelssohn) et b (f. 5) anonymi nota de auctore *Καὶ τὸ προοίμιον μόνον* etc. (Appiani Al. Romanar. historiar. quae supersunt coll. Ioh. Schweighaeuser III, Lipsiae 1785, p. 10-12), **1** (f. 5v) Celticae historiae conpendium usque ad vv. *εἰς τὴν Βρεττανίαν* (I 47, 21 Mendelssohn), subdita (f. 7) notitia ⟨*Ἡ*⟩ *τοῦ Ἀππιανοῦ ῥωμαϊκὴ ἱστορία* etc. (III I 12-13 Schweigh.), **2** (f. 7) Syriaca, **3** (f. 31v) Lybica (in fine rubro notatum est *ἐνταῦθα λίπη ἕτερος λόγος Ἀππιανοῦ ἰλλυρικὴ ῥωμαϊκῶν*), **4** (f. 74v) Parthica* (III I 21-101 Schweigh.), **5** (f. 93, 10) Mithridatica, praemissis (f. 92v) cc. 118. 119 (I 560, 23-562, 17 Mendelss.) quae suo loco desiderantur, ut etiam monet nota proximis temporibus plumbo adposita f. 133, **6** (f. 134) bellorum civilium lib. I; - (f. 172v) lib. II; - (f. 224v) lib. III; - (f. 254v) lib. IV; - (f. 292v) lib. V.

Rara in marginibus obcurrunt lemmata et notabilia ipsius librarii manu. Fasciculi graece signati, plerumque ad angulum inf. ext. primae et postremae paginae (quinta nota excidit), sunt numero 35 (*α'*. *β'*. *κη'*. *λβ'-λδ'* quaterniones, *ιε'* novem folior., *ιθ'* senio, *λε'* ternio, ceteri quiniones). Officinar. chartariar. signa: f. 1 ss. trimontium circulo inscriptum crucem superinpositam habens (cf. Briquet n. 11878), f. 47 ss. forfex (cf. Br.

n. 3685). Tituli sunt litteris rubris maiusculis exarati; primo praefigitur ornamentum satis rude, rubro flavo caeruleo colore depictum. Litterae maiores et maximae minio tinctae. I^{r} *πίναξ* Allatianus. In marginibus ff. 92^{v}. 93^{r} duas notulas adposuit A. Mai, quas exscribere operae pretium non visum est. 331^{r}, absoluto opere, legitur *ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χεὶρ* (!) *ἐμοῦ τοῦ ταπεινοῦ ἰω(άν)νη τοῦ ἀρνὴ* (cf. Vogel-Gardthausen p. 16 s. v. *Ἀνδρέας Ἰωάννου ὁ Ἄρνης*).

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. byblioth.

143 (olim 134). Saec. XIV, chart., mm. 296×205, ff. II. 298, linn. ut plurimum 37.

1 Arriani [1] (f. 1) periplus Ponti Euxini * (GGM. I 402-412, 11), [2] (f. 5) anabasis Alexandri, [3] (f. 103) Indica.

2 Xenophontis [1] (f. 121) Cyri institutio, [2] (f. 225) anabasis.

Fasciculorum, quos mihi quidem singulos distinguere haud contigit, notae (summo margini adpositae primae singulorum paginae) plerumque exciderunt, chartis ferro decurtatis; vide tamen ff. 153^{r} *κ'*, 169^{r} *κβ'*, 185^{r} *κδ'*, 229^{r} *λ'*, 245^{r} *λβ'* etc. Officinae chartariae signum, fructus quidam (cf. Briquet n. 7326). Tituli, ornamenta titulis adiecta, lemmata minio picta sunt. F. I *πίνακα* Allatianum continet. II. 4^{v}. 120^{v}. 224^{v}. 298^{v} vacua. 298^{r}, opere absoluto, scriba rubro colore notavit † *ἐπληρώθη εὐδοκούσης* (*ύσης* atramento corr. ex *ντος*) *τῆς ὑπεραγίας μου θ(εοτό)κου*: ~ Ex hoc codice ps.-Arriani periplum L. Holstenius descripsit eiusque apographo usus est Hudson primus opusculi editor (cf. GGM. I 402 in nota).

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. byblioth.

144 (olim 132). An. 1439 (f. 282^{v}), chart., mm. 289×199, ff. IV. 284 (+ 275^{a-d}), linn. 31.

Cassii Dionis historiarum Romanarum lib. XXXVI-LIV. Lib. XXXVI exstat a vv. *καὶ ὅτι ἰσχυρᾷ* ad vv. *ὀλίγου διεφθάρη*, a vv. *δυναστείας τε ἐρῶν* ad vv. *τὸν χρόνον τοῦτον* et a vv. *τῆς δὲ Ἰταλίας* ad finem *ἀνεβάλετο. τότε μὲν δὴ ταῦτ' ἔπραξε* (sc. cc. 1-17; 18-36, 4; 37 ss.) omnino ut in cod. Laur. 8 plut. 70, ex quo noster descriptus est. Lib. XXXVII superest usque ad vv. *αὐτῆς παρὰ* (c. 7) et a vv. *τοῦτο μόνον* (c. 8) ad fin. In lib. XLVII scriba verbis *τοῦτον χρόνον* vv. *χωρὶς δὲ τὸν Νέρωνα* ideo coniunxit (f. 198^{v}, 7), quia non animum advertit in cod. Laur. unum folium intercidisse, continens c. 41, 7-44, 3. In lib. XLIX verbis *αὐτὸν συνειληφέναι* adiunguntur vv. *ὑπεστέλλετο καὶ* (f. 215^{v}, 3 ab imo), omiss. *ἢ ἵνα τοὺς - φιλοτιμούμενος καὶ* (c. 39, 5-42, 3), quae in exemplari perierant. In lib. L omissa sunt (f. 240, 16) vv. *ἐπιδιώκων - ἐς τοὺς πεζούς* (c. 23, 5-26, 1) sine lacunae indicio; item f. 240^{v} post vv. *ὕδατι ἐπεπό⟨λιστο⟩* vv. neglecta sunt *προσβαλὼν οὐκ - ὀργήν τε ἅμα* (c. 26, 5-27, 1), quae forsitan in exemplari evanido haud facile legebantur, at spatium ad illa excipienda relictum est. In lib. LII verbo *ἄνδρας* (f. 246^{v},

13 a. i.) adnectuntur vv. *οὔτε πεῖσαι* (c. 13-14) nullo lacunae indicio. Libri LIV desunt vv. *γενόμενος. κἂν τούτωι τὸν τοῦ Κυρί⟨νου⟩* (c. 7, 6-19, 4), sed spatium ad ea exaranda idoneum reliquit librarius (f. 275-275^{d}) qui paullo post (f. 277^{v}, 11 ab imo) verbo *ἐκπώματα* (c. 23, 3) vv. subiunxit *ἐτ' ἐπέστελλον* (c. 24, 7) sine lacunae indicio: in fine vv. conplura praetermisit quae in exemplari perierant, ut videre est ap. Boissevain, Cassii Dionis hist. Rom. I, Berolini 1895, p. LXVI s.

Singulis libris, excepto XXXVI, capita praeeunt rubro scripta (ff. 14^{v}. 31. 47. 61. 76^{v}. 93^{v}. 109. 123. 138. 151. 168^{v}. 184. 202. 216^{v}. 229^{v}. 241. 258. 271^{v}).

Quaterniones signavit librarius (in prima singulorum pagina ad angulum sup. ext. et in extrema ad ang. ext. inf.) *α'-λε'*, ultimum (sc. sextum et tricensimum) sine nota reliquit. Officinae chartariae signum, forfex (cf. Briquet n. 3668). Minio picta sunt (praeter indices capitum) librorum litterae initiales et numeri marginibus adpositi. F. I^{r} legitur ***Dionis historia Romana*** manu saec. XVI; inferius codicis notae ***132 v.*** | ***144 n.*** III *πίναξ* Allatianus, cuius initium ed. Boissevain, Cassii Dionis hist. Rom. I p. LXV, ubi adcuratam codicis descriptionem repperies. 282^{v} rubris litt. *ἐτελειώθη ἐν ἔτει ͵ς Ϡ μ ζ' ἰνδ(ικτίων)ος β' ἐν μηνὶ ἰουλ(ίω) ε' (ἡμέρα) α'*: in marg. ext. ***finis libri LIV*** | ***A. Maius.*** Qui vir doctissimus librorum numeros ff. 1 et 4 adpinxit. Glutinator ad quaterniones firmius conligandos frustulis membraneis usus est e quodam codice hebraico excisis. In libri facie summa dextra ima calamo delineata sunt quaedam ornamenta, ubi circulis inclusa leguntur vv. *δι|ω|νος ‖ ρω|μαι|κης ‖ ιστο|ριας βι|βλιον.*

Asseres corio rubro obducti stemmata praebent Pauli V et Sc. Borghese card. byblioth.

145 (olim 133). Saec. XV, chart., mm. 280×203, ff. II. 194, linn. 30.

Cassii Dionis historiarum Romanarum libb. XXXVI-LXXX epitome Iohanne Xiphilino auctore (ed. Boissevain III 479-730).

In fine (f. 187) leguntur *τὰ ὀνόματα τῶν καισάρων τῶν περιεχομένων τῆδε τῇ βίβλῳ* (ed. Boissevain II p. III).

Conplectitur codex quaterniones 24, quos scriba sine notis reliquit, primo tantum excepto (f. 8^{v} in marg. inf. sinistrorsum *α'*). Textus raras correctiones exhibet secundae manus (cf. Boissevain II p. XIV). Inter lineas vir quidam doctus librario fere aequalis interpretationem latinam minutis litteris, plerumque rubris, linea 15 paginae 1 tenus, nec ultra, inseruit. Margines sunt passim notulis latinis conspersi saecc. XV. XVI. Folium membraneum tegumento priori averso glutine adhaerescens notam prae se fert ***N° 3.*** II^{v} legitur manu saec. XVII ***Dione epitomato da Xiphilino scritto*** | ***di mano di huomo dotto, in papiro, in foglio.*** | ***Ful(vio) Vrs(ino).*** Quibus verbis ex codicum Ursinianor. indice descriptis (perperam vero, spectant enim ad cod. 1289) manus recentior subiecit ***e p(er) quanto si conosce interlineato ancora in*** | ***alcuni luoghi e postillato in margine di mano*** | ***del med(esi)mo Fulvio.*** In marg. inf. f. 1^{r} stemma delineatum erat nescio cuius, nunc penitus erasum. Ff. I. II^{r}. 187^{v}-194 vacua; I. II. 193-194 postea addita, ut etiam

docet officinae chartariae signum, incudo cum malleo (cf. Briquet n. 5963), ab eo diversum quod conspicitur in reliquis foliis, galerus scil. praelaticius (cf. Briquet n. 3388).

Codicem (de quo vide sis de Nolhac *La bibl. de Fulvio Orsini* p. 169 nota 4; Boissevain II p. II s.) ad bybliothecam Francisci I Francorum regis pertinuisse patet ex tegumenti tabulis corio rubro obductis, ubi lilia et salamandrae, quibus regia superinponitur corona, auro inpressa cernuntur.

Fibularum et catenae, quae olim codicem adligavit, sola vestigia supersunt.

146 (olim 704). Saec. XVI, chart., mm. 322×222, ff. VI, pp. 224, linn. 40.

Cassii Dionis historiarum Romanarum epitome auctore Iohanne X i p h i l i n o.

Codex, quem, ut e charactere perspicuum est, Iohannes Honorius a Mallia descripsit, fasciculos conprehendit non enumeratos 18 (1 folior. 5; 2. 4. 6. 8. 10. 12. 14. 16. 18 folior. 8; rell. biniones). Officinar. chartariar. signa vidimus, f. 9 ss. sagittas duas decussatas, superinposita stella sex radiorum (cf. Briquet n. 6291); f. 19 ss. ancoram circulo inclusam cui inminet stella sex radiorum: in ff. autem a glutinatore adiectis florem nescio quem circulo inscriptum stellamque fulgentem desuper (cf. Br. n. 6683). F. IIIr ⟨Dom. Regolotti⟩ adnotavit *Ἰωάννου τοῦ Ξιφιλίνου τῶν Δίωνος ῥωμαϊκῶν ἐπιτομή*. Titulo f. 1r adpicto litteris capitalibus rubris (ut etiam reliqui tituli scripti sunt) superinponitur ornamentum ex auro variisque coloribus, in quo conspiciuntur lilia Farnesiana. In margine eiusdem folii inferiore duo genii sustentant Pauli III scutum auro et coloribus ornatum vittamque albam cum aurea inscriptione *ὄλβιος ἀεί*. Subicitur aureis litteris capitalibus *liberalitate Pauli III. pon. max.* (cf. Boissevain II p. IV). Aurea sunt etiam littera prima primi tituli, littera initialis primi capitis et foliorum labia. Ff. I. II. IIIv. IV–VI; pp. 214–224 vacua.

Asseres corio rubro contecti lilia Farnesiana exhibent auro argentoque inpressa. Fibularum et catenae non nisi vestigia supersunt.

147 (olim 138). Saec. XIII–XIV, chart., mm. 330×290, ff. II. 168, linn. 34.

Flavii Iosephi antiquitatum Iudaicarum libri XII. [1] (f. 1) lib. III a vv. *τοῦ πενθεροῦ* (ind. c. *δ′*, ed. Niese I 157, 11); – [2-9] (f. 11v) lib. IV–XII; – [10] (f. 132) lib. XIII (folium excidit post 142, vv. desiderantur *προχεῖται – Κλεοπάτρας* [nn. 316–351, Niese III 210, 7 – 216, 7]; lib. desinit in vv. *εἶχε τέλος* [Niese 233, 5]); – [11] (f. 145) lib. XIV (charta excidit post 148, desunt vv. *χρό⟨νῳ δ' ὕστερον – καὶ διαφυ⟩λάσσοντι* [sc. nn. 123–154, ed. l. III 262, 8 – 268, 7]; in f. 151 omissa sunt vv. *παρατέθειμαι – ἐγένετο* [sc. nn. 218–223, ed. l. III 279, 20 – 281, 4]); – [12] (f. 158) lib. XV (f. 160 praetermissa sunt vv. *αὐτός τε – δήσας ἐφύλαττεν* [sc. nn. 66–87, ed. l. III 344, 3 – 347, 22]; f. 160v verbis *εἰς τὴν Ἀραβίαν ἐμβαλών* [n. 111, ed. l. III 352, 5] subicitur *εἴρηται δὲ τὰ περὶ τοῦ τοιούτου πολέμου καὶ τῆς νίκης Ἡρώδου ἐν ἑτέρᾳ ἡμῶν πραγματείᾳ σαφέστερον. ὑποστρέφοντι δὲ τῷ Ἡρώδῃ τῆς τῶν Ἀράβων χώρας*, quibus verbis subditur n. 161 *τὰ μὲν ἄλλα* etc. [ed. l. III 361, 3]).

Singulis libris, excepto XIV, capita praefixa sunt (ff. 1. 11v. 23. 36v. 54. 72. 87. 98. 108v. 132v. 158). In marginibus notae abundant manu librario fere coaeva.

Foliorum margines nova charta refectos invenies, scripturam haud raro scidulis translucidis contectam. Initio codicis perierunt fasciculi tres, ut patet ex littera numerali *γ′* in marg. inf. f. 8v dextrorsum. Reliquorum quaternionum notae maiusculae (quas ipse librarius adpinxit) conplures hodie desiderantur; superant *ιε′–κα′. κγ′* (ff. 87r–156v).

In f. Ir, aliunde desumpto, haec exstant de vita Theodori Pancali bybl. Vat. scriptoris, manu ⟨D. Regolotti⟩: *Μέχρι τοῦδε*[1] *ταῦτα ἐξέπονει* (sic) *καὶ συνετάττετο ὁ αἰδέσιμος ἀνὴρ Θεόδωρος ὁ Πάγκαλος ὁ ἐν ταύτῃ τῇ Οὐατικάνῃ βιβλιοθήκῃ γραφεὺς τὰ ἑλληνικὰ μεταχειρισθεὶς ἐνιαυτοὺς εἴκοσι καὶ ἕνα. ἐν Λιβούρνῳ τῇ πόλει χώρας Ἰταλίας γεγονως* (sic) *ἀλλ' ἐν τούτοις* (supra lin. scrips. *ὅτε*) *δεινῶς ἀσθενήσας ἐν βραχεῖ τὸν βίον μετήλλαξε ζήσας ἔτη τεσσαράκοντα..... ἀνὴρ κόσμιος καὶ ἐνάρετος καὶ σώφρων· τὴν μὲν γὰρ ἑλληνικὴν παιδείαν ἀπαύστως μετεδίωξε. καὶ πρεσβύτερος ὁμοίως τῆς* (corr. ex *κατὰ τὴν*) *Γραϊκας ἐκκλησίας* (corr. ex *Γραϊκαν μυσταγωγίαν*) *χειροτονηθεὶς ἐξέλαμψε τῇ τῶν ἠθῶν καθαρότητι καὶ ταῖς λοιπαῖς ἀρεταῖς· πολλὰ μὲν οὖν ἐξεπόνησεν ἄλλα, καὶ βιβλίον δὲ εἰς ἔλεγχον καὶ καταστροφὴν τοῦ σχίσματος τῶν ἑλλήνων ἕως τούτου μὴ οὐκ ἐντετυπωμένον συνετάξατο. καὶ ἀδιαλείπτως τοῖς πόνοις τοιούτοις* (ex *τῶν –ων –ων*) *ἐναποσχολούμενος* (supra lin. ex *ἐχόμενος*) *μάλιστα τὴν Γραϊκαν μυσταγωγίαν ἠκριβοῦτο. διὰ δὴ τούτων καὶ* (*διὰ τῆς* delet.) *καὶ δι' ὧν εἴχετο καλῶν ἐπιτηδευμάτων τοῦ μακαριωτάτου Ῥώμης ἀρχιέρεως* (sic) *τὴν εὐμένειαν Κλημ. τοῦ ια′ ἐπεσπάσατο. οὐ μὴν ἀλλὰ τοιοῦτος ὤν, μόγις ἐξαρκοῦντα τὸν βιωτὸν ἐπορίζετο. καὶ τοίγε* (sic) *τοῖς ὀλίγοις ἐναρκεθεὶς οὐδ' ἐν εὐχαῖς εἶχε τὸ εὐπορεῖν φιλοσοφικὸν ὄντως βίον ἐζηλωκώς. καὶ ἀπροσκόπῳ χρησάμενος τῇ ζωῇ, τῶν τε φίλων καὶ γνωρίμων ἁπάντων τὴν συμπάθειαν ἔσχεν ἀποθνήσκων.* | *NN.* Inferius, in membranula recens adglutinata, quae ornamentorum antiquioris tegumenti tabulis inpressorum vestigia praebet, manus saec. XVI scripsit *Iosephus de antiquitatib(us) | Judaeorum. |. 138.* IIr *πίναξ* Allatii temporibus digestus. Iv. IIv vacua. 1r summo marg. *Josephus d(e) antiq(ui)tatib(us)* manu saec. XV–XVI. 94r in imo marg. et 94v in marg. sup. *μακάριος*. Lacunas in ff. 151 ss. plumbo notavit *F(abianus) Batt(aglini)*. Pauca de hoc codice perstrinxit B. Niese in sua Iosephi ed. I p. XVI.

Tegumenti dorsum scuta prae se fert Pii IX et A. Tosti card. byblioth.

148 (olim 708). Saec. X–XI, membran. (ff. I. 33–42 chart.), mm. 260×195, ff. I. 214, linn. 35–36. 33.

Flavii Iosephi de bello Iudaico (f. 1) lib. I; – (f. 46) lib. II; – (f. 80v) lib. III; – (f. 101v) lib. IV; – (f. 132) lib. V; – (f. 165) lib. VI; – (f. 189) lib. VII. In fine (f. 214v) legitur testimonium de Christo ex antiquitatibus Iud. XVIII 3, 3 (63).

[1] Verba haec spectare videntur indicem codd. graecor. reginae Christinae et Pii II, quem indicem Th. Pancalus maxima ex parte digessit, Dominicus Regolotti vero absolvit.

Codicem a duobus librariis exaratum esse vidit B. Niese (Flavii Iosephi opp. VI p. IX, ubi diligentem codicis enarrationem invenies), quorum librariorum alter ff. 1-118 conscripsit, alter reliqua; ille paginas fecit versuum 35-36 et in marginibus argumenta litt. unc. capitumque numeros adiecit, hic vero paginas linearum 33 esse voluit et, rerum indicibus neglectis, margines ut plurimum vacuos reliquit. Tituli rubri obcurrunt tantum in ff. 46. 80v. 101v. Emendatores forsitan duo, codicis scribae paene aequales, textum correxerunt. Variae lectiones et scholia (fere eadem, iudice Niese, quae leguntur in cod. Laur. 19 plut. 69) marginibus adscripta sunt prima manu; alias notas addidit corrector. Manus saec., ut vid., XIV fasciculos 27 (quaterniones, praeter *ια'. ιε'* terniones) atramento subviridi notavit in marg. inf. primae et ultimae paginae unius cuiusque fasciculi; enumeratio antiquissima, sc. librarii ipsius, in fasciculis 1-15 saepe intercidit, in 16-27 nunquam illam extitisse credideris (quae tamen offenditur in ff. 135r. 151r. 211v vix librario recentior vid.). Fasciculus 5 (id est ff. 33-42 chartacea, quae continent I 493-623 a vv. *τοὺς διαφόρους* ad v. *ποιήσας* [ed. Niese p. 112, 18-142, 1]) subpletus est saec. XV (officinae chartariae signum, ascia), sed multo ante desiderabatur, ut docet v. *λείπ(ει)* saeculo XIV adscriptum marg. inf. ff. 32v. 43r. Ordo foliorum quondam turbatus (v. ff. 119-190) hodie restitutus est, enumeratione correcta. F. I continet *πίνακα* Allatianum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Tosti card. byblioth.

149 (olim 1035). Saec. X, membran., mm. 329×215, ff. 110, linn. 30.

Eusebii **1** (f. 2v) vita Constantini (f. 80v, post vv. *αὐτοῖς διετύπου* [4, 56] spatium vacuum relictum, in marg. notatur litt. unc. *ζητ(ει)*; f. 81 inc. *αὐτὸς δὲ* [4, 58]; cf. ed. I. A. Heikel, Lipsiae 1902, pag. 140-141 in adp. crit.), **2** (f. 86v) oratio ad sanctum coetum.

Singulis vitae libris (ff. 1. 20v. 40. 64), pariter atque orationi ad sanctum coetum (f. 85v), praefixa sunt litt. unc. capitum argumenta, quae et suis locis iterantur in margin. sup. et inf.

Codex flavo atramento exaratus. Litteris uncialibus descripta sunt, praeter argumenta, tum tituli (*ἐπιστολὴ κωνσταντίνου, βασιλέως ἐπιστολὴ περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομῆς* etc.) textui inserti (ff. 28r. 33. 46r. 50r. 55r. 59v. 61r. 62r. 68r. 74. 76), tum notulae aliquot parvi momenti ab ipso librario marginibus adpositae. Idem librarius fasciculos (quaterniones, exceptis septimo folior. 7 et tertio decimo ternione) signavit ad angulum sup. ext. primi folii litt. unc. *λγ'-μς'*, ex quo elucet initio codicis decidisse quaterniones 32, qui historiam ecclesiasticam, ut opinor, conplectebantur. Textum hic illic correxit supra lin. vel ad marg. manus saec. XVI. Obcurrunt interdum notae recentiores. F. 1r in marg. ext. littera exstat *L.* Summo f. 104r et f. 109v, opere absoluto, quaedam conscribillata sunt saec. XIII (preces ad B. M. virginem aliaque) quae memorasse tantum subficiat. 109v marg. summo quaedam legebantur nunc deleta. Margo inf. folior. 62. 65. 80. 96. 106. 107 nova membrana refectus. F. 110 recentius adiectum exhibet in priore pagina indiculum ⟨m. D. Regolotti⟩ [1]; altera eiusdem membranae pagina scriptura vacat. Librum descripsit

[1] Additamenta sunt m. recentissimae.

I. A. Heikel *Eusebius Werke* I p. X ss., sed perperam saeculo XI tribuit (cf. G. Pasquali in *Gött. gel. Anzeigen* 1909 p. 259): post A. Mancini (*Riv. di filol. e d'istr. class.* XXXIII, 1905, p. 355 ss.) et G. Pasquali (loc. laud. p. 261 ss.), denuo contulit Heikel *Kritische Beiträge zu den Constantin-Schriften des Eusebius,* Leipzig 1911, p. 60 ss. Emptus fuit codex, ut vid., die 20 febr. an. 1553 (cf. Batiffol *La Vaticane* etc. p. 128 n. 269).

In tegumenti dorso conspiciuntur insignia gentilicia Pii IX et A. Mai card. byblioth.

150 (olim 139). Saec. XIII, chart., mm. 250×165, ff. III. 128.

Eusebii (f. 2) historiae ecclesiasticae libri I-X, subdito (f. 120v) libello de martyribus Palestinae.

Singulis historiae libris (ff. 1. 14v. 26. 40v. 54v. 72. 87v. 98. 105v. 111v) praeit capitum index.

Tituli, litterae grandiores et maximae minio picta. Textus ubique retractatus et correctus est ab emendatore coaequali. Quaterniones 16 (extremus ff. 7 tantum conprehendit) librarius ipse signavit in marg. inf. primae singulorum paginae sinistrorsum. Chartae conplures a tineis perforatae. F. Ir, cui nova charta adglutinata est, legitur manu saec. XV ex. *Eusebij Pamphili eccl(esi)astica hystoria | Eiusdem hystoria de martyribus t(em)p(o)re Dioclitiani | in Palestina passis:* inferius, in membranula (quae vestigia exhibet ornamenti in antiquo codicis tegumento inpressi) *Eusebii Cesarien(sis). histo|ria Ecc(lesiasti)ca et alia. | 139*, manu saec. XVI, et in chartula *109. | Eusebij de Historia ecclesiastica Libri decem | Eiusdem de Martyribus in Palęstina passis sub Diocletiano | historiola ex octauo libro sumpta.* F. IIr *πίναξ* Allatianus. Iv. IIv. III. 1v vacua. De codice cf. E. Schwartz *Eusebius Kirchengeschichte* III, Lipsiae 1909, p. XXVIII s.

In tegumenti dorso scutum Pii IX.

151 (olim 142). Saec. X-XI, membran. (ff. III-IV. 2-41 chart.), mm. 171×135, ff. IV. 245 (— 1 + 41a), linn. 20 (ff. 2-41 linn. 27), in II partt.

Agathiae Myrinaei historiarum (f. 2) lib. I; - (f. 25) lib. II; - (f. 67) lib. III; - (f. 128) lib. IV; - (f. 190) lib. V.

Subduntur (f. 241v) *ἀποφθέγματα φιλοσόφων* numero 26. Inc. *Ἐπισκώψαντός τινος Διογένη ὅτι φιλόσοφος.* Des. mut. *Ὁ Πυθαγόρας δύο μάλιστα καιροὺς παρηγγύα ἐν φροντίδι τίθεσθαι. τὸ μὲν ὅτε εἰς ὕπνον τρέποιτο τις· τὸν δὲ ὅτε ἐξ ὕπνου διανίστατο· ἐπισκοπεῖν γὰρ χρὴ ἐν.* Insunt lemmata (f. 241v) *περὶ πορνείας ἤγουν σωφροσύνης,* (f. 243) *περὶ φιλαργυρίας ἤγουν ἀκτημοσύνης,* (f. 243v) *περὶ θυμοῦ, τοῦ αὐτοῦ,* (f. 244) *περὶ λύπης.* Contulit L. Sternbach, de Gnomologio Vat. inedito (*Wiener Studien* IX-XI).

Codex divisus est, ut supra notavimus, in partes duas, quarum prior ff. 1-119 comprehendit, altera ff. 120-245. Ff. 2-41 chartacea, quae continent lib. I et II usque ad c. 19 vv. *ἐς ἀλλήλας ἐπικλινόμεναι* (p. 105, 19-20 Dindorf), subpleta sunt saec. XVI (officinae chartariae signum, trimontium circulo inscriptum crucem superinpositam habens, cf. Briquet

n. 11882): vv. *τότε δὴ αὖθισ – ἐπικλινόμεναι στενο⟨τάτην⟩* (105, 6–20) exstant etiam, prima manu exarata sed magna ex parte evanida, in f. 41^{a}, quod olim f. 2 praefigebatur, ut docent notulae latinae saec. XVII adpictae margini inf. f. 41^{v} (***Lacuna paginae unius, quam separat folium 1 versum.*** [manus rec. add. *membr.*]) et marg. sup. f. 41^{a} aversi (***Vide praecedentia fol. 41 verso***). Quaterniones qui supersunt 26 suis notis, membrana resecta, fraudati sunt, si tamen quintum excipias, qui ad angulum sup. ext. numerum praebere vid. *ιε'*: quod si verum, initio codicis quaterniones 10 desiderantur. Titulos et subscriptiones, litt. uncialibus parvis, ornamenta distinguunt satis eleganter calamo delineata. Qui historiarum initium subplevit, titulos litterasque initiales minio pinxit.

F. I^{r} infra notam rec. ***151. Vat. gr. P. 1ª*** legitur ***142. v.*** | ***151. n.*** F. III^{r} in tribus tessellis chart. adglutinatis antiquior exstat codicis nota ***296*** ‖ ***5 Plu*** et ***142. v.*** | ***151 n.*** IV^{r} *πίναξ* Allatianus manu ⟨Ios. de Iuliis⟩. I^{v}. II. III^{v}. IV^{v} vacua sunt. 1^{r} sigillum byblioth. Nationalis Paris., quod iteratur f. 245^{v}. F. 120^{r} in marg. inf. manu rec. ***151 Vat. gr. P. 2ª***. 189^{v} in marg. inf. manus saec. XIV–XV scripsit **г(оспод)ну кнѧ҃з(ю) великому | васнлью дмнтрее(вн)чю | бьеть чоло(мь) снрота тва | нванъ** (prima verba hic iterantur. Basilius, de quo agitur, ille est Mosquensis dux qui rei publicae praefuit ab an. 1389 ad 1425, ut nos liberalissime certiores fecit V. v. Jagić). F. 245^{v} *τετραδ(ι)α κς'*. Nomen *αγαθιας* imae faciei adscriptum litt. maiusculis, dissectum est cum, proxima aetate, glutinator codicem in duo partivit volumina.

Integumenti dorsum scutis ornatur Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

152 (olim 141). Saec. XIV, chart., mm. 289×207, ff. I. 379 (+ 141^{a-b}), linn. 35 (ff. 1–149), 32 (f. 150–308), 24–26 (ff. 309–379, excepto 341 linn. 47).

1 Procopii Caesariensis ^{1} (f. 1) de bello Persico lib. I–II, ^{2} (f. 73) de bello Vvandalico lib. I–II (in ms. *Προκοπίου καισαρέως ἱστοριῶν περσικῶν, τρίτον,... περσικῶν τέταρτον*).

2 (f. 142) **Plutarchi** convivium VII sapientum a vv. *τὴν ἑνὸς ἀκούουσαν* ad vv. *Ἀμφιτρίτη δὲ* (p. 152 D – 163 B; ed. Bernardakis, Lipsiae 1888, I 373, 5–399, 11).

3 (f. 150) **Procopii Caes.** de bello Gothico lib. I (titulum add. manus secunda [*b*] *Προκοπίου καισαρέ(ως) τ(ῶν) γοτθικ(ῶν) πολέμ(ων)· οὓς διὰ Βελισαρίου στρατηγοῦ αὐτοκρά|τορος ὁ μέγας Ἰουστινιανὸ(s)· συνεστήσατο· ἐν τέσαρσι τόμης* (?)· *διηρημένη· πρῶτος τόμως*); – (f. 186) lib. II; – (f. 222^{v}) lib. III; – (f. 272) lib. IV.

4 (f. 320) **Agathiae Myrinaei** historiarum lib. I; – (f. 330^{v}) lib. II sine titulo; – (f. 343) lib. III; – (f. 354) lib. IV; – (f. 368) lib. V.

Codicem (quem scripsisse videntur librarii quinque: *a* ff. 3–136. 142–149; *b* ff. 150–222. 224–228. 230–238^{r}; *c* ff. 238^{v}–308^{v}; *d*, saec. XIV–XV ff. 1–2. 137–141; *e*, saec. XIV–XV, ff. 222. 229. 309–379) efficiunt fasciculi *ιη'* (quaterniones [signati in marg. inf. medio primae et ultimae paginae], praeter extremum, ternionem [signatum ad ang. inf. int. primae paginae]) + fasciculi *κ'* (quaterniones, excepto *κ'* folior. 7) + fasciculi quattuor folior. 16 sine numeris (si tamen duos primos excipias signatos *κα'. κβ'*), addito fasciculo 7 folior. et

ipso sine nota. Officinarum chartariarum signa quae vidimus: f. 1. 138 ss. litt. *T* (cf. Briquet n. 9089); f. 222 hircus exsiliens (cf. Keinz n. 271); f. 309 ss. fructus quidam (cf. Lichačef n. 2093); f. 341 ss. ciconia (cf. Br. n. 12083). Conplura folia humore maculata sunt, conplura margines scidis chart. refectos exhibent. Quaternionum notae non nullae, charta a glutinatore resecta, in principio vel in fine exciderunt. Tituli (non omnes tamen) rubro picti, pariter atque ornamenta praefixa et litterae grandiores haud paucae. In marginibus exstant lemmata et notabilia partim a librario *a* rubro exarata, saepius a librario *b* atramento. Alia lemmata, plerumque latine (e. g. f. 42^{v} ***Vitigis captus;*** f. 74 ***De Britannia, Gotthicę gentes***) adiecta sunt saec. XV–XVI. Hoc etiam animadvertendum vid., glutinatorem ad reficienda folia interdum lacinias rationum libelli adhibuisse.

F. I praefert *πίνακα* Allatianum, ⟨manu Ios. de Iuliis⟩, quem edidit D. Comparetti ***La guerra gotica di Procopio di Cesarea*** I, Romae 1895, p. XXIV (quo in loco repperies codicis descriptionem satis adcuratam. Iterum librum descripsit Iac. Haury in sua Procopii ed. I, Lipsiae 1905, p. XXXII ss.). Inferius conspicitur sigillum byblioth. Nat. Paris., idemque recurrit in ff. 1^{r}. 379^{v}. Ff. I^{v}. 141^{v}. 141^{a-b} vacua. 141^{r} legitur *τὰ μὲν οὖν ἐν λιβύῃ πράγματα, τῇδε ῥωμαίοις ἐχώρησεν· ἐγὼ δὲ ἐπὶ πόλεμον τὸν | γοτθικὸν εἶμι: ~ | προκοπίου ῥήτορος καισαρέως ἱστοριῶν τέταρτον: ~ | † βασιλεῖς βανδίλων: | † γωδιγίσκλος· γιζέρϊχος ἔτη λθ'. | ὀνώριχος ἔτη η'. γοουδανμοῦνδος, ἔτη ια'. μῆνας ς'. | γρασαμοῦνδος, ἔτη κζ'. ἰλδέριχος. | γελίμερ ὁ ἐπὶ ἰουστινιανοῦ: ~* Sequitur scholion illud de Iustiniano † *ὅτι εὗρον εἰς βιβλίον – ἐγένετο ἔτη ν'*, quod ex hoc codice eque Vat. gr. 977 evolgavit P. Maas in *Byz. Ztschr.* XXI, 1912, p. 29 nota 1. In marg. sup. ext. folii 150^{r} manus saec. XV notavit ***charte CLXX*** (numerum scil. folior. quae Procopii hist. conprehendunt). F. in fine rec. adiectum notam exhibet plumbo scriptam ***Codicem contulit Gulielmus Meyer 1874. 1875.*** In facie summa litt. maiusculis *κκ.*

Tegumenti dorsum scuta prae se fert Pii IX et A. Mai card. byblioth.

153 (olim 712). Saec. XIII, chart., mm. 318×230, ff. I. 221 (— 102—111), coll. 2, linn. 35–42.

Georgii Monachi chronicon. Folio post 215 exciso, desunt vv. *τοιαύτης δὲ προφάσεως – πολεμικῶν κατὰ* (ed. Mur. p. 819, 10–824, 1). Textum in parte foliorum superiore humore evanidum manus recentior retractavit et subplevit, alterius codicis ope prorsus diversi, ut recte vidit C. de Boor (Georgii Mon. chron. I, Lipsiae 1904, p. XXXV ss.).

Praeit (f. 1^{r}) capitum index (de quo vide sis de Boor l. l. p. XXXVI) et (f. 10^{r}) prologus. Textui praefixa sunt vv. *Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων τὲ καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν καὶ συντεθὲν ὑπὸ Γεωργίου ἁμαρτωλοῦ μοναχοῦ.*

Codex, cuius adcurata enarratio legitur ap. de Boor l. l., atramento exaratus est subflavo. Qui vero textum aevo seriore correxit et subplevit, nigro atramento usus est. Tituli et ornamenta titulis inposita, versus octo indici (f. 1^{r}) praefixi *πίναξ ἀκριβὴς τῆς γραφῆς τοῦ βιβλίου* etc. (ed. de Boor p. XXXVI), capitum numeri et ipsa capita tum textui inserta tum marginibus adposita, litterae denique grandiores et maximae minio vel purpureo colore picta sunt. Partem foliorum sup. aqua laesit, ut supra animum advertimus, non

sine scripturae damno. Folia non nulla scidulis chartaceis refecta. Manus saeculi XV quaterniones numeravit alphabeti latini litteris *b–z* aliisque signis (*e* folior. 7; *x* et postremus folior. 6); unde erui posse vid. fasciculum unum in principio desiderari. Enumerationis graecae superest tantum in marg. inf. f. 1^{r} littera *α'* minio picta.

F. I^{r} *Georgij monachi chronica* manu saec. XVI; inferius *153*. I^{v} indiculo graeco manu ⟨D. Regolotti⟩, subicitur *Opus hoc passim expilatur a Cedreno, ne verbis quidem saepe immutatis, uti ego legens comperi. A. Maius. Item a Theophane et Glyca.* ⟨Ios. Cozza Luzi⟩ add. *Textus codicis cum impressis collatus haud parum differt vel deficit.* F. 4 post 5 conlocandum, atramento violaceo notavit ⟨Helias Baldi, qui chronici editionem paraverat,⟩ in marg. inf. f. 3^{v}: *male compactus est liber | hic, sequitur folium 5. pri|mum, postea 4.*, idemque in marg. inf. f. 179^{r} animadvertit *folium hoc post ponendum est post folium 180. I(ohannes) E(lias) B(aldi)* et in folio ultimo averso extrema verba subplevit *ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ τελευτᾷ. καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ πόλει διακομισθὲν ἐν τῇ αὐτοῦ ἀπετέθη μονῇ* (p. 851, 19 Mur.) | *Ἰωάνν(ης) Ηλί(ας) Βάλδος* (cf. G. Mercati in *Revue bibl.* X, 1901, p. 581 nota 6). In margine eiusdem folii 221^{v} manus saec. XV notavit *Georgi monachi historię.*

Dorsus scutum exhibet Pii IX.

154 (olim 146). Saec. XII, membran., mm. 260×173, ff. IV (III. IV chart.), 215, linn. 37 (f. 1–8) et 27.

Chronicon usque ad Iustiniani imperium e Georgii monachi, Georgii Syncelli et Theophanis operibus conpilatum.

1 (ff. 1–76. 195^{r}–200^{r}, 7) **Georgii Mon.** chron. ab initio usque ad vv. *τοῦ μὴ γεννηθέντος* (ed. de Boor, p. 293, 2) et a vv. *Μετὰ δὲ Θεοδόσιον* ad vv. *ἀδελφιδοὺς ἐτύγχανεν* (ed. l. p. 610, 8–626, 2), quibus subiciuntur non nulla de Anastasii visione et morte. Prooemium inscriptum *πρόλογος χρονικῆς ἱστορίας* abrump. vv. *τοὺς ἐντυγχάνοντας* (p. 5, 3).

2 (f. 77–137^{v}) **Georgii Syncelli** chronographia inde a vv. *Γάϊος Ἰούλιος ἔτη ε'. Μοναρχήσας* (ed. Bonn p. 574, 11–734). Tit. in cod. *Ἀρχὴ τῆς Ῥωμαίων Βασιλείας.*

3 (f. 138–194^{v}. 200^{r}, 6 a. i. – 215) **Theophanis** chronographia inscripta *Θεοφάνους ἁμαρτωλοῦ μοναχοῦ καὶ ἡγουμένου τοῦ ἁγίου καὶ ὁμολογητοῦ. χρονογραφία ἐτῶν φκη'. ἀρχομένη ἀπὸ πρώτου ἔτους Μιχαὴλ καὶ Θεοφίλου υἱοῦ αὐτοῦ· τουτέστιν ἀπὸ τοῦ ͵εψοζ' ἔτους τοῦ κόσμου ἕως ͵στε' ἔτους κατὰ τοὺς Ἀλεξανδρεῖς· κατὰ δὲ Ῥωμαίους ͵στκα'.* Post prol. et genealogiam Maximiani Herculii et Constantii Chlori (ed. de Boor I 3–5) inc. textus f. 139 inscriptus *χρονογραφία ἀπὸ Διοκλητιανοῦ ἕως Μιχαὴλ καὶ Θεοφίλου τῶν βασιλέων.* Des. vv. *τὸν ἴδιον θρόνον ἀπέλαβεν* (ed. laud. I 107, 27). Subicitur rubris litteris (f. 194^{v}) nota *ἐνταῦθα καταλήξας οἱ γ' χρόνοι Μαρκιανοῦ ἀπὸ τόδε τὸ χρονογράφιον· διὰ τὸ συλληθῆναι ὑπό τινος οὐκ οἶδόπως τούτου παρεληλυθέναι χάριν· καὶ εὑρὼν ἕτερον βιβλίον πάλιν σῶον* (i. e. Georgii mon. chron.) *τὸν Μαρκιανὸν ἐγράψαμεν. σὺν τούτῳ δὲ καὶ τὸν λιπώμενον Λέοντα καὶ τὸν Ἀναστασίου χρόνον.* Iterum inc. Theoph. f. 200 sub tit. *ἄρχεται τοίνυν ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος ἀπὸ τόδε τὸ χρονογράφιον ἀπὸ τοῦ ζ' αὐτοῦ ἔτους τῆς αὐτοῦ βασιλείας· τὰ γὰρ ς' ἔτη ἐνάπελείφθησαν διὰ τὸ συλληθῆναι τὸ ἀντίβ(ολον)* vv. *ζ'. γ'. α'. β'. γ'. α'. θ.'* (desunt nomina episcoporum Romae et Alexandriae). | *Τούτῳ τῷ ἔτει ἐπιδρομῆς* (ed. laud. I 140, 33). Des. vv. *τῶν ἀποσχιστῶν ἐνεδείξατο* (p. 173, 23).

Codex (quem satis adcurate descripsit C. de Boor, Theophanis Chronogr. II, Lipsiae 1895, p. 385 ss.; Georgii mon. chron. I, Lipsiae 1904, p. XLII s.) constat quaternionibus 26 (notatis litt. maioribus rubris in marg. inf. med. primae singulorum paginae), additis ff. 2 post quatern. 24 et ff. 5 in fine. Scriptura pro aetate satis elegans; ornamenta, tituli, temporum notae, lemmata, genealogiae, litterae maiores maximaeque rubro picta, si tamen excipias ornamentum in liminari pagina rubro, flavo et viridi pictum, litteramque Θ in f. 22^{v}, rubro et flavo colore. Conplurium foliorum margines nova membrana refecti.

F. I^{r} manu rec. *154, Vat. greco;* I^{v} antiquior codicis nota *N°. 7. 5 Plu* et in chartula (quae numero 7 olim adglutinata fuit) *246.* II^{r} saec. XVI scriptum est *Historia à creatio(n)e mu(n)di.* III–IV index latinus manu ⟨R. Vernazza⟩, cui notam quamdam praemisit C. Hase. II^{v}. IV^{v} vacua. 1^{r} summo marg. manus saec. XVI vel XVII scripsit *georgij Abbatis historia a creat(i)o(n)e | mu(n)di usq(ue) ad Imperiu(m) Diocletiani, s(imi)l(ite)r Theophanes a Diocletiano usq(ue) ad | Michaelem Constantinopolitanu(m) Imperatore(m).* Imo marg. sigillum byblioth. Nat. Paris., quod recurrit in novissimo folio averso. 91^{v} in marg. ext., manu saec. XVI, *Superiora desunt in Ms. 245* (nunc *155*). In marg. inf. ff. 10^{v}. 208^{v}, ext. ff. 15^{r}. 20^{v}. 33^{r}. 40^{r}. 41^{r}. 65^{r}. 97^{r}. 105^{r}. 152^{v}. 169^{r}. 184^{v}. 195^{r}. 210^{v}. 211^{r}. 212^{r}. 214 inperita manus figuras vel feras exercitationis gratia delineavit. 215^{r} saec. XVI notatum est *quę hic desidera(n)tur extant VII Pluteo 11.* 215^{v} in marg. ext. ⟨A. Mai⟩ scripsit *Justini senioris obitus, cui succedit Iustinianus magnus:* in parte folii inf. manus saec. XIII versus iamb. 7 exaravit, quorum primus † *ἀμφίκοπον σπάθην με κρατοῦντα βλέπον.*

In dorso scuta Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

155 (olim 147). Saec. X, membran., mm. 277×190, ff. I. 331, linn. 30.

1 (f. 1) ⟨**Georgii Syncelli**⟩ chronographiae fragmentum, scil. a vv. *ἅπαντα κόσμον ἐσύλησεν* (ed. Bonn. p. 568, 10–734).

2 (f. 64) **Theophanis** chronographia usque ad vv. *ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ. ἀντ' αὐτοῦ* (ed. de Boor p. 461, 10). Titulum litt. unc. inclinatis ab alio librario insertum crediderim, eadem tamen aetate. Ff. 2 exciderunt post 90, desiderantur vv. *κόσμου ἔτη, ͵εωνς' – ζώσης τῆς αὐτοῦ* (ed. l. p. 53, 14–56, 23).

Fasciculi, quibus hodie liber constat, numero *μβ'* (signati in marg. inf. dextrorsum a librario saec., ut opinor, XV) quaterniones sunt, praeter *α'*, cuius f. primum excidit, et *ιβ'* carentem ff. 3. 4. Enumeratio antiquior omnino interiisse videtur. Textum flavo atramento diligenter descriptum litteris reclinatis, saepius retractavit, non ita tamen

adcurate, manus rec. atramento nigriore usa. Tituli, notae temporum, lemmata charactere unciali. Folia non nulla ad marg. refecta invenies scidulis membraneis.

F. I chart. *πίνακα* Allatianum exhibet manu ⟨Ios. de Iuliis⟩. 1r summo marg. saec. XV adnotatum est *Istorie grecor. (et) p(rim)o Romanor.* F. 331 maculatum et perforatum praebet in marg. inf. partis aversae notam saec. XVII *Hoc initiu(m) capitis reperitur i(n) impressis Hist. Byzant. | in suo tomo p. 389.* Codicis descriptionem repperies ap. de Boor, Theophanis Chronographia II 374.

In tegumenti dorso scuta Pii IX et A. Mai card. byblioth.

156 (olim 143). Saec. X. XI, membran., mm. 270×190, ff. III (II. III chart.), 152, linn. 30 (f. 1-40), 22 (f. 41-48), deinde ut plurimum 27.

Zosimi historiae novae lib. I-VI. Lib. I abrumpitur f. 24v in vv. *οἰκονομήσαντι τὴν ἀρχὴν* (p. 52, 19 Mendelssohn), II inc. mutilus (f. 25) *ἐκ τοῦ τὸν μακρότατον* (ut in editis). Lib. V lacunam habet (f. 128v) post vv. *τοὺς οἰκήτορας* (p. 243, 14 ed. l.). Exstant in marginibus scholia aliquot, quorum pars (ff. 28. 32. 38) manu saeculi X, non nulla (v. f. 27v) saec. XI, reliqua (ff. 1r. 38v. 48r. 55r. 76v. 130v. 137r) recentiora (saec. scil. XIII-XIV). Scholium f. 28r adscriptum, est Basilii iunioris metropolitae Caesarien., *Βασι(λίου) μο(να)χ(οῦ)*, de quo cf. Krumbacher *BL*[2] pp. 137. 138.

Exararunt quattuor librarii: *a* litteris inclinatis, saec. X, ff. 1-9r, 7 usque ad vv. *Δεκίου παρακαλῶν* (I 23, 2); *b* litteris rectis, eadem aetate, ff. 9r, 7-40; *c* saec. XI, ff. 41-48; *d* et ipse, ni fallor, saec. XI, ff. 49-152: *a* et *b* atramento usi sunt fulvo, *c* fere nigro, *d* subviridi. Textus non una manu correctus. Scriba sex libros numeravit, rubricator (qui titulos inseruit postquam quaternio IV intercidit) quinque tantum. Exstant in marginibus, praeter scholia iam memorata, notabilia quaedam, praesertim nomina virorum et locorum, graece aut latine, saec. XVI. Quaterniones notati sunt in marg. inf. primae paginae *α′-κ′* manu recentiore; enumeratio antiquior, marginibus resectis, periit (excepto numero *ζ′*, f. 41r. Vestigia repperies etiam in marg. sup. dextrorsum ff. 65r. 89r. 97r. 121r). Fasciculum quartum intercidisse monet nota atramento lucidiore scripta saec. XIII in marg. inf. folii 24v *ἐνταῦθα λείπ(ει) φύλλ(α) ὀκτὼ | ἤγ(ουν) τὸ (τέταρτον) τετραδύο.* Ea ipsa manus fasciculi octavi et decimi primum folium abscissum fuisse notavit f. 128v: *ἐνταῦθα λείπει ἓν φύλλ(ον).* Fasciculus extremus membranas conplectitur novem.

F. IIIr continet solitum *πίνακα* Allatianum manu ⟨Ios. de Iuliis⟩. I. II. IIIv vacua sunt. 1r imo marg. *143. v. | 156. n.* 40v imo marg. *οὐ λείπει τί | ὧδε.* 69v in marg. *uide codice(m) 1206. pag*a *51* manu saec. XVII, fort. Zacagnii. Ora folii 146 dextra signaculum effert ex corio roseo. 152v litteris rubris † *ἔχει γεωργὸς ἡδον(ὴν) πλείστην ὅτε ἀσταχύων γέμουσαν ἀθρεῖ τὴν ἅλω. ἐν ᾗ | καμάτων συγκομίζεται τέλος. καὶ χαρμον(ὴν) ἔχει δη γραφεὺς ἡνίκα. τέλυ | προσεγγίσασαν ἴδη τ(ὴν) βίβλον· ἧς ἐμπόνως ἤρξατο· καὶ μετὰ πόθου· ὡς γὰρ ἐκεῖνος καταβάλλων τ(ὸν) σπόρον καὶ στάχυν ἀδρὸν κατιδεῖν ἤ|δη θέλει, ὧ καὶ πάσας ἐλπίδας ἐκκρεμεῖς ἔχει, οὕτως ὁ γρα|φεὺς ἀντι μ(ὲν) γε τοῦ σπόρου, ἔχειν νομίζη τὴν καταρχὴν τῆς | βίβλου, τὸ τέρμα δ᾽αὖθις σταχύων ἀνθ᾽ ὡρίμων.* Ibidem leges litt. perversis *κ(ύρι)ε ἰ(ησο)ῦ χ(ριστ)ὲ υἱὲ τοῦ θ(εο)ῦ κ(αὶ)*

θ(ε)ὲ ἐλέησόν με τον ἀμαρτολῶν. Inferius inperitissima manus et ipsa perverse scripsit † *ὦ του παραδόξου θαύματος ὑπο... τῆς ζοης ἐν μνημείο τηθετε κε κλήμα|ξη προς ουρανὸν* etc., quorum partem alia manus superius scripserat. Ima facies inscriptionem prae se fert *Ζωσιμου.* Codicis enarratio ap. Mendelssohn, Zosimi historia nova, Lipsiae 1887, p. xxii sqq.

In tegumenti tabulis (quarum posterior fracta) conspicis tesseras gentilicias Pauli V et Sc. Borghese card. byblioth.

157 (olim quoque 157). Saec. XI, membran., mm. 239×183, ff. III (II. III chart.). 151, linn. 28.

Heliodori Aethiopicorum (f. 1) lib. I; - (f. 19) lib. II; - (f. 37v) lib. III; - (f. 46v) lib. IV; - (f. 58) lib. V; - (f. 74v) lib. VI; - (f. 84v) lib. VII; - (f. 103v) lib. VIII; - (f. 116v) lib. IX; - (f. 131) lib. X. In fine legitur (f. 151) *Ὅτι Ἡλιόδωρος· ὁ τὰ Αἰθιοπικὰ ταῦτα γράψας. ἐπίσκοπος ἦν πόλεως μιᾶς τῶν Θετταλῶν Τρίκκης καλουμένης· ἥνπερ οἱ νῦν ἄγροικοι, Τρίκαλα λέγουσιν· ὡς φησὶ Σωκράτης. ὁ τὴν ἐκκλησιαστικὴν συγγραψάμενος ἱστορίαν: ~ || τέλος τῶν Αἰθιοπικῶν Ἡλιοδώρου. ὁμοῦ βιβλία: δέκα: ~ σωφροσύνης θήκατο πίνακα νέοις· Θεοδοσίου παῖς φοῖνιξ Ἡλιόδωρος: | ὡς ἂν ὁρῶντες νέοι, σωφροσύνης μέγ᾽ ἄεθλον ἀναδήσωνται: ~*

Codex atramento flavo satis eleganter descriptus, exhibet in marginibus lemmata notabilia et glossas ipsius librarii manu. Manus recentior textum correxit atramento nigriore. Verba *γῆς τε - οὐδενὶ φράσας* (262, 42-43 Hirschig) subpleta sunt in margine folii 31v rubro colore. Quaterniones scriba signavit, ad angulum inf. int. primae et novissimae paginae, *ιθ′*; sed numerorum *ις′* sqq. vestigia pauca, resectis marginibus, supersunt. Folium Ir ex codice liturgico saeculi XII, graecos canonas continente, desumptum et prorsus erasum vel lotum (exceptis litteris initialibus rubris in altera pagina), habet notam *Hic Heliodorus est Bibliothecae Vaticanae | sed Penes R(everend)u(m) p. d. Ep(iscop)um Salutiar(um) | S(anctissi)mi D. N. in alma Vrbe Vicarium relictus | ut in eius manu sit Donec eidem R(everend)o | Ep(iscop)o restituatur suu(m) D. Anselmi olim | Episcopi Lucen. Decretu(m), quod R(everen)dus | Bibliothecarius Commodato accepit | ab ipso R(everen)do Vicario, Vt exemplo | inde extracto Bibliothecam | p.tam tali Decreto exornaret | in quor(um) memoria et fidem Haec | scripta fuerunt Romae Die XXIX | octobris M. D. XLVI.* Iv † *ποῦ γὰρ οἱ θεοφόροι τὸν θ(εὸ)ν καὶ π(ατέ)ρα, ἐκ τοῦ υἱοῦ ἢ διὰ τοῦ υἱοῦ.* IIIr *πίναξ* Allatianus manu ⟨Ios. de Iuliis⟩. II. IIIv vacua. 1 habet margines nova membrana refectos. 151r marg. summo saec. fort. XIV scriptum est † *ἡλιόδωρος ὁ γράψας τὰ λεγόμενα αἰθιοπικά, ἐπίσκοπος ἦν τρίκης ἐπὶ θεοδοσίου τοῦ | μεγ(ά)λ(ου) βασιλ(έως) γράφει δὲ καὶ διὰ στίχων ἰάμβων τ(ὴν) τοῦ χρυσοῦ ποίησιν, πρὸς τ(ὸν) αὐτ(ὸν) θεοδόσιον: ὡς φησὶ γεώργιος ὁ κεδρηνός.* F. 151r ad marg. inf. sinistrors. num. *ρξ′*. 151v nescio quis saec. XIII indicem librorum, nunc magna ex parte erasum, iniecit, qui inc. ... *τ(ὰς) ιστωρ(ίας?) τοῦ θεολόγ(ου). ἕτερ(ον) τετράδ(ιον) βαμβυκ. θ′ τὰ κατὰ λευκίπ, | (καὶ) κλειτοφωντ.* Deinde memorat scriptor, inter alios, *τὸν ἰώσηπον, τὸν εὐριπ(ί)δ(ην), τὸν περιηγητ(ην), ἰσίοδον* (!), *τὴν ἑρμηνείαν τῶν δ′ εὐαγγελιστῶν, μιχαὴλ τὸν ἀτταλειάτην, ὡρολόγιον, ψαλτήριον, ξιφι(λίνο)ν* etc. Manus recentior scripsit † *ἡ βίβλος αὕτη*

κωνσταντ(ίνου) κυβ... ολ... (litterae penitus erasae sunt). Inferius, pauca, alia ni fallor manu, † ἀπῆρα ἐκ τοῦ διάρου τῆς ἁγίας σοφίας ἐξερχόμενος εἰς τὴν | πόλιν ὑπ(έρπε)ρα δύο (?) καὶ ἀπὸ τοῦ ἁγίου δημητρίου ὑπ(έρπε)ρα (?) ιβ' † | ἄλλοθεν οὐδὲν ἀπῆρα· χρεωστεῖ καὶ ὁ ἀθανάσιος | ὁ παπάντου (?) ἐκ τῆς παρελθούσης ἐγχρονίας τοῦ κλήρου | τῆς ἀχειροποιήτου ὑπ(έρπε)ρον ἕν. Inferius, ut notulam nullius momenti silentio praeteream, legitur † ἐνταῦθα φύλλ(α), ρκα'.

In tegumenti dorso scuta Pii IX et A. Mai card. byblioth.

158 (olim 713). Saec. XVI chart., mm. 356×247, ff. VI. 224 (I. 224 membran.), linn. 30.

Laonici Chalcondylae historiarum de origine ac rebus gestis Turcarum (f. 1) lib. I; - (f. 23) lib. II; - (f. 45v) lib. III; - (f. 70v) lib. IV; - (f. 91v) lib. V; - (f. 114) lib VI; - (f. 131v) lib. VII; - (f. 149v) lib. VIII; - (f. 172) lib. IX; - (f. 200) lib. X (M. 159, 13-556). Titulus operis in cod. est *Λαονίκου ἀπόδειξις ἱστοριῶν: Νικολάου Χαλκονδύλου ἱστορικόν, ὅθεν τε ἤρξαντο οἱ αὐθένται τῶν Τουρκῶν καὶ πράξεις αὐτῶν καὶ ἀνδραγαθήματα ἕως τῶν ἀνδραγαθημάτων τοῦ μεγάλου αὐθέντου τοῦ Μεχὲτ* (sic) *μπεη* (i. e. Mehmet bey): ~

Folia I. 224 desumpta sunt ex Missali quodam romano saec. XII binis coll. exarato; quorum foliorum alterum (sexagesimum primum Missalis fuisse docet numerus romanus summo margini adpositus) continet fragmentum fer. III et IV post dominicam IV quadrages., scil. a vv. *misit. Querebant* (Ioh. 7, 29-30) ad vv. *erat inter eos* (Ioh. 9, 16); alterum ⟨ex sabbato post dominicam III quadrages.⟩ Susannae historiam habet a vv. *Elchie pulcram* ad vv. *autem cum apprae⟨hendissemus⟩* (Dan. 13, 2-40).

Quiniones 22, quibus liber constat, sine notis reliquit librarius, at in angulo inf. int. novissimae singulorum paginae primum vel prima subsequentis verba derecte scripsit. Officinae chartariae signum, ancora circulo inscripta, superinpositam habens stellam sex radiorum (cf. Briquet n. 485). Tituli ornamentaque titulis superaddita, nec non litterae initiales, rubro picta. F. Ir praebet solitum πίνακα Allatii aetate digestum, manu ⟨Ios. de Iuliis⟩. Ff. II-IV. Vv. VI. 219-223 vacua sunt.

Codicem pro bybliotheca Vaticana emit Emmanuel Graecus a Michaele Graeco die 2 iun. 1553 (cf. Batiffol *La Vaticane de Paul III à Paul V*, Paris 1890, p. 130 et Dorez l. infra laud.) et statim tabulis ex cupressu munivit corio subobscuro signato obductis Aloisius quidam (*mastro Luigi*) in byblioth. Vat. glutinator (cf. Léon Dorez *Le Registre des dépenses de la Bibl. Vat. de 1548 a 1555* in vol. cui tit. Fasciculus Ioh. Willis Clark dicatus p. 181; cf. p. 163), qui et foliorum aciem caeruleo pinxit colore et fibulas, nunc deperditas, addidit.

159 (olim 150). An. 1544 (f. 176v), chart., mm. 358×250, ff. I. 176, linn. 30.

Laonici Chalcondylae historiarum de origine ac rebus gestis Turcarum (f. 1) lib. I; - (f. 16v) lib. II; - (f. 32v) lib. III; - (f. 50) lib. IV; - (f. 65v) lib. V; - (f. 85) lib. VI; - (f. 100) lib. VII; - (f. 116) lib. VIII; - (f. 136v) lib. IX; - (f. 161v) lib. X (M. 159, 13-556). Titulus operis absolutus legitur in fine (f. 176v) *Νικολάου Χαλκονδύλου ἱστορικὸν, ὅθεν τὲ ἤρξαντο οἱ αὐθένται τῶν Τούρκων* (ρ supra add.). *καὶ πράξεις αὐτῶν, καὶ ἀνδραγαθήματα. ἕως τῶν ἀνδραγαθημάτων τοῦ μεγάλου αὐθέντου, τοῦ Μεχμέτ* (τ supra lin.) *μπεη* (cf. cod. 158).

Codicem exaravit Andronicus Nuccius Corcyrensis (de quo vide sis Krumbacher *BL*^{2} p. 898; Vogel-Gardthausen p. 31), ut docet subscriptio f. 176v Διὰ συνδρομῆς καὶ ἐξόδου τοῦ εὐγενοῦς καὶ λογιωτάτου, ἔτι δὲ πολυμαθεστά|του ἀνδρὸς, κυρίου ἀντωνίου ἐπάρχου τοῦ κερκυραίου (de quo cf. Krumbacher p. 840; Vogel-Gardthausen p. 35). τανῦν δημο|σίου διδασκάλου ἐν τῇ περιφανεστάτῃ πόλει τῶν οὐενετῶν· Μετε|γράφη δὲ, ὑπ' ἐμοῦ ἀνδρονίκου νουκκίου κερκυραίου. ἔτει τῷ ἀπὸ χ(ριστο)ῦ | γεννήσεως ,αφμδ', ἐν μηνὶ μαίῳ λα': ~ Tituli singulis libris praefixi (λαονίκου ἀθηναίου ἀπόδειξις ἱστοριῶν πρώτη [β', γ', δ' etc.]) scripti sunt litt. cap. rubris: rubro pictae sunt etiam litterae initiales. Quaterniones 22, qui codicem efficiunt, sine numeris scriba reliquit. Officinae chartariae signum vidimus, duas sagittas decussatas, superinposita stella sex radiorum. F. 1r continet πίνακα Allatianum manu ⟨Ios. de Iuliis⟩; Iv vacuum est. Facies summa dextra ima colore caeruleo tincta. Codicem pro bybliotheca Vaticana emit Venetiis 8 april. 1551 Antonius Eparchus (Batiffol *La Vaticane de Paul III à Paul V* p. 122 n. 193).

In dorso scuta Pii IX et A. Mai card. byblioth.

160 (olim 153). Saec. XV, chart., mm. 290×210, ff. IV. 88, linn. 31 et (inde a f. 65) 37.

Diodori Siculi bybliothecae historicae lib. I (a vv. *τὴν γραφὴν τῶν τόπων* ad vv. *τοῖς Ἕλλησιν ἐθαυμάσθησαν* [37, 4-96, 3]), II. III (usque ad vv. *μυθολογουμένων παρ' Ἕλλησι* [56, 1], quibus subditur *τὰ γοῦν λοιπὰ ὡς μυθώδη καὶ λῃρώδη, διὰ τὴν αὐτῶν πολυγραφίαν, κατέλειψα*), V (usque ad vv. *τῆς τιμῆς. ἴδιον* [18, 1]). Libris II. III. V praefixa sunt capitum argumenta (ff. 34v. 67. 82).

Codex constat quaternionibus 8 + quatern. 3. Hi signati fuerunt in marg. inf. med.: illi vero ad angulum inf. ext. primae et postremae paginae, ex quorum numeris hodie exstantibus (ε' f. 25r. 32v, ϛ' f. 33r. 40v, η' f. 41r. 48v, ζ' f. 49r. 56v, θ' f. 57r. 64v) adparet quaternionem initio excidisse unum et ff. 49-56 ante 41 esse conlocanda. Scripserunt librarii tres: *a* ff. 1-64; *b* ff. 65-84v, 5 ab imo; *c* reliqua. In parte a librario *b* exarata litteras maiores et maximas rubro pictas repperies, pariter atque titulos et ornamenta titulis praefixa. Officinar. chartariar. signa, quae notavimus: f. 1 ss. littera *R* superinpositam habens crucem (cf. Briquet n. 8934); f. 69 ss. turris (cf. Br. n. 15864).

F. 1^r legitur, infra codicis notam *160*, vocabulum *corame*. II^r notae antiquiores *N 13* | *N° II 6 Plu. secr.* IV^r index Allatianus ⟨manu Ios. de Iuliis⟩. I^v. II^v. III. IV^v. 87. 88 vacua. In marg. ff. 34^v. 81^v. 87^r editionis capita notavit *A. Maius*.

Integumenti tabulae stemmata prae se ferunt Pauli V et Sc. Borghese card. byblioth.

161 (olim 149). Saec. XIII, chart., mm. 317×208, ff. II. 425, linn. ut plurimum 27, in II partt.

Σύνοψις ἱστοριῶν ἀρχομένη ἀπὸ τῆς ἀναιρέσεως Νικηφόρου βασιλέως τοῦ ἀπὸ γενικῶν καὶ μέχρι τῆς βασιλείας Ἰσαακίου τοῦ Κομνηνοῦ συγγραφεῖσα παρὰ Ἰωάννου Κουροπαλάτου καὶ γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίγλας τοῦ Σκυλίτζη. Prooemium (*Τὴν ἐπιτομὴν τῆς ἱστορίας - λαμβάνοιεν εἴδησιν · ἀλλ' ἀρκτέον ἐντεῦθεν*) edidit Montfaucon, Bibliotheca Coisliniana p. 207-208; repetivit I. Bekker, Georgius Cedrenus I, Bonnae 1838, p. 3-5. Epitome inc. f. 3 *Νικηφόρου τοῦ βασιλέως ἐν Βουλγαρίᾳ*, des. *τοῦ λογοθέτου τοιοῦτον ἔσχε τέλος.* Extremam operis partem, scil. a vv. *Τὸν μὲν οὖν τρόπον* (f. 380, 5 ab imo) evolgavit I. Bekker op. laud. II, Bonnae 1839, p. 641-744. Ceterum cf. Krumbacher *BL*² p. 365 ss.; C. de Boor *Weiteres zur Chronik des Skylitzes* in *Byz. Ztschr.* XIV, 1905, p. 418-420, ubi codex noster adcurate describitur.

Codicem in duas partes, ut supra notavimus, divisum (prior ff. I-II. 1-231 conplectitur, secunda 232-425) duae manus subpleverunt librario fere aequales (non vero saeculi XV, ut adfirmat de Boor in *Byz. Ztschr.* XIV 418). Quarum manuum altera (quae paginas fecit linearum 23-25) ff. 1-8 exaravit, altera (quae paginas fecit linear. 22-26) ff. 347. 354-425. Quaterniones *β'-με'* numeravit librarius ipse in marg. inf. primae et ultimae singulorum paginae, sed notae saepe, decurtata charta, perierunt, quas scriba recentior iteravit. Inde a f. 347 fasciculorum numeri desiderantur. Folia plurima foede refecta sunt, conplura scidis translucidis contecta. Tituli et litterae initiales minio picta. Ordo chartarum olim turbatus (ut L. Allatius animadvertit in marg. inf. ff. 215^v. 223^v. 300^v-308^v) postea restitutus est (si tamen excipias ff. 358-361, quae hodie sic posita repperies 361. 359. 360. 358).

F. I^r legitur tantum *161 Vat. Gr.* | *Parte 1ª*. I^v manus saec. XV scripsit *Co(m)pe(n)diu(m) historiaru(m) incipie(n)s a cede nicephori regis;* m. saec. XVI adiecit *al(ia)s* | *Scilax* (ex *-s*; litt. cap.). II^r *πίναξ* Allatianus manu ⟨Ios. de Iuliis⟩. In marg. sup. f. 1^r nota exstat *R* saec. XV, in marg. vero ext. nota autographa *Codicem hunc cum Cedreni editis contulit Leo Allatius in margine codicis editi n. 7102* ⟨nunc *Palatina I. 147*⟩ *Vide pag. 396. Zacagnius.* 232^v imo marg. *161. Vat. gr.: Parte 2ª*. II^v. 425^v vacua. Codex hic in bybliotheca Vaticana adservatus videtur inde a Nicolai V temporibus (cf. Müntz-Fabre *La bibl. du Vat.* p. 340).

In tegumentorum dorsis scuta Pii IX et A. Tosti card. byblioth.

162 (olim 148). Saec. XVI in., chart., mm. 280×200, ff. II. 106 (+ 84ª), linn. 22-26 et (scil. inde a f. 85) 30.

1 (f. 1) **Pseudo-Codini** origines Constantinopolitanae. Titulus est *ἐντεῦθεν ἄρξου τὴν καταρχὴν πατρίων. ⟨Π⟩αρεκβολαὶ ἐκ τῆς βίβλου τοῦ χρονικοῦ περὶ τῶν πατρίων τῆς Κωνσταντίνου πόλεως, καὶ πόθεν ἐκλήθη Βυζάντιον. συντεθεῖσαι παρὰ κυρίου Γεωργοῦ τοῦ Κωδινοῦ.* Inc. *⟨φ⟩ασὶ μέν τινες Ἀργείους* (p. 135, 2 Preger). Des. *τὴν νέαν καὶ τὸν φόρον* (p. 288, 15 ed. laud.). Continet vero codex I 1-73 (54 desideratur; 56 in marg. add.); II 2. 3. 5. 4. 6-61. 64-66. 68-70. 72-79. 81. 80. 82. 83. 85-96. 97ª-109; III 2-26. 28-47. 49-55. 57-84. 118-122. 124-129. 131. 132. 85-114. 116. 117. 133-139. 141-180. 182-188. 190. 191. 194-197. 199-214; IV 33-35; III 215; IV 1-32. Cf. Preger p. XII s.

2 (f. 39^v) epigramma in templum s. Sergii *ἄλλοι μὲν βασιλῆες*, quod legere est ap. Cougny, ad Anthol. Palat. append. I 358. Praemittitur *αὐτὸς Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς ἐδομήσατο καὶ τὸν τοῦ ἁγίου Σεργίου ναὸν κατὰ τὸ σχῆμα τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καθῶς ἡ ἐν τῇ στεφάνῃ τῆς τοιαύτης ἐκκλησίας ἐπιγραφὴ μαρτυρεῖ ἔχουσα οὕτως.*

3 ⟨**Ps.-Codini Curopalatae**⟩ ¹ (f. 40^v) de officiis (in cod. *περὶ τῆς τάξεως τῶν ἀξιωμάτων τοῦ παλατίου*) a vv. *δεσπότης: σημείωσαι* ad vv. *καὶ θεραπεύουσαι* (p. 6, 17-107, 19 Bonn.). Praeeunt (f. 40) index (p. 171-172 Bonn.), qui conprehendit etiam duo scripta subsequentia, et nota *Ἰστέον ὅτι τὰ χρυσοκόκκινα μέχρι τέλους* (ed. cit. p. 172); ² (f. 72^v) de annis ab orbe condito usque ad imperium Constantini M. et de iis qui in ipsa urbium regina regnarunt usque dum ab Agarenis capta est.

4 (f. 78) ⟨**Nicephori Callisti** index patriarcharum Cpolitanorum versibus iambicis concinnatus⟩. Inc. *Ἀρχιθύτης πρώτιστος ἐν πόλει μέγας.* Des. *Ἡσαΐας αὖθις τὲ πέλων ἐξ ὄρους.* Exstat inpressus post Theodori Prodromi epigrammata in ed. Basil. an. 1536, et ap. Labbe, Protrept. hist. Byzantinae, Parisiis 1648, p. 35-36, sed extremi versus cum nostro codice non consentiunt. Subiciuntur nomina patriarcharum qui sederunt post Cpolin captam usque ad a. 1516 (*Ὅτι μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως ἀρχόντων τῶν Ἀγαρηνῶν - Παχώμιος ὁ Ζιχνῶν:* alia manus adiecit *ὁ νῦν Θεόληπτος ͵αφις'* | *Ἱερεμίας*).

5 officia (f. 79) palatii (ex hoc cod. ed. Sp. Lampros *Νέος Ἑλληνομνήμων* VII, 1911, p. 485) et (f. 79^v) ecclesiastica (inc. *μέγας οἰκονόμος: μέγας σακελλάριος*, des. *ὁ πριμμικήριος νοταρίων*. Accedit ad indicem cod. Bavar. ap. Codin. ed. Bonn. p. 113 not.).

6 (f. 80) chronologia imperatorum Cpoleos a Ioh. Duca Batatze ad expugnationem urbis (a. 1259-1453). Inc. *ἐν δὲ τῇ ἀνατολῇ μετὸν Λάσκαριν.* Des. *ἐπληρώθη δ' ὁ χρησμὸς τὸ, Μαμάϊμι.*

7 (f. 81) chronicon breve ab a. 1423 ad a. 1500. Inc. *παρεδώθη ἡ μεγαλόπολις Θεσσαλωνίκη εἰς χεῖρας τῶν Λατίνων ἤγουν τῶν Βενετίκων.* Des. *τὸ δὲ η' ἐπῆρεν ὁ μέγας αὐθέντης τὴν Μεθώνην ἀπὸ σπαθίου αὐγούστου θ'.* Pauca adiecit alia manus *τὸ αὐτὸ ἔτος αὐγούστου ιζ' - τὸ αὐτὸ... ἐπῆρε καὶ τὸ Δυρράχιον.*

8 (f. 83) chronologia Palaeologorum (*ἡ ἀρχὴ τοῦ γένους τῶν Παλαιολόγων ἔχει οὕτως*). Inc. *Πρῶτος Παλαιολόγος Μιχαὴλ ἐστίν.* Des. *ἦρχον δὲ οἱ Παλαιολόγοι ἔτη ρϞδ'.*

9 (ibid.) chronologia imperatorum Turcarum (*ἔχει δὲ καὶ τῶν Ἀτουμάνων ἡ ἀρχὴ οὕτως*). Inc. *πρῶτος εὑρέθη Ὀρτογρούλης.* Des. (alia m.) *υἱὸς τοῦ Σαλήμ· ὃς ἀπέθανε νόσῳ βουβῶνι. ζήσας χρόνους η' μῆνας.*

10 (f. 83v) ⟨chronicon breve de Turcarum rebus gestis⟩ ab a. 1185 ad a. 1499. Inc. *παρεδώθη ἡ μεγαλόπολις Θεσσαλωνίκη.* Des. *,ζ..ζ' ἔκτισαν τὰ νεόκαστρα τῆς Πάτρας καὶ Ναυπάκτου σεπτεμβρίου κε'.*

11 (f. 84) Turcarum imperatorum series usque ad a. 1522 (titulus in cod. est *ἀρχὴ τῶν Τούρκων*). Inc. (*πρῶτος*) *Ὀρθογρούλης.* Des. (*δωδέκατος*) *Σουλαϊμάνης υἱὸς Σαλήμ. οὗτος ἐπῆρε Βελγράδ)ιον)... ,α φ κ β' δεκεμβρίου κε'.*

12 (f. 85) brevis descriptio finium sanctorum patriarchatuum et apostolicarum sedium enumeratio (Goar, G. Codinus Curopal., Parisiis 1648, p. 363-365; G. Parthey, Hieroclis Synecdemus et notitiae graecae episcopatuum, Berolini 1866, p. 138-145). Subditur *Ἐπαρχία Ἀρραβίας, δ'. Βόστρα - ἐπὶ τῆς βασιλείας* (Goar. pp. 361, 25-362, 12; 360, 19-22; cf. 362, 14-19).

13 (f. 86) notitia patriarchatus Cpolitani (Goar, op. l. 365-367; Parthey p. 145-149).

14 (f. 86v) ordo metropolitarum prout descriptus est in chartophylacio et quot episcopi subsint metropolitis. Inc. *α' Ἐπαρχία Καισαρείας Καππαδοκίας. ὁ Νύσσης.* Des. ⟨*να'*⟩ *ἐπαρχία Φοινίκης ὑπὸ κονσουλαρίου πόλ(ις) α'. Τύρος* (cf. Goar, op. l. 368 ss.; Parthey p. 181 s., apud quos nomina episcoporum mire confusa sunt).

15 (f. 92) *ἡ περὶ τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων συνήθως ἐν τῷ καιρῷ τῆς χειροτονίας γινομένη τοῦ συμβόλου ἀσφάλεια* (G. A. Rhalli et M. Potli *Σύνταγμα τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων* V, Athenis 1854, p. 566-567).

16 formulae litterarum [1] (f. 92) *περὶ συστατικῶν* (inc. *Ἐλέῳ θεοῦ ἐπίσκοπος... τὸ παρὸν συστατικὸν πιττάκιον δέδωκα δεῖνι,* des. *τοῦ ἀνθρώπου ἡμῶν τοῦ δεῖνος*), [2] (f. 92v) ⟨*περὶ εἰρηνικῶν*⟩ (inc. *Κατὰ τὴν τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων διάταξιν τῶν διακελευομένων μὴ δίχα εἰρηνικῶν,* des. *δηλωθέντι εἰς ἀσφάλειαν. μηνί: ὁ ταπεινὸς ἐπίσκοπος*).

17 *ἐντάλματα* varia. [1] (f. 92v) *ἔνταλμα διδόμενον τοῖς χειροτονουμένοις μητροπολίταις καὶ ἀρχιεπισκόποις* (Rhalli op. l. V 561-562), [2] (f. 93v) *ἔνταλμα*

διδόμενον τοῖς χειροτονουμένοις μητροπολίταις καὶ ἐπισκόποις (op. cit. V 544-550), [3] (f. 96v) *ἔνταλμα διδόμενον τοῖς ἐξάρχοις* (op. cit. V 579-582), [4] (f. 98v) *ἔνταλμα διδόμενον τοῖς ἡγουμένοις* (op. cit. V 570-571), [5] (f. 99) *πιττάκιν διδόμενον μοναχοῖς εἰς τὸ δέχεσθαι λογισμοὺς ἀνθρώπων* (*Ἡ μετριότης ἡμῶν διὰ τοῦ παρόντος πιττακίου - ἐπεδόθη σοι εἰς ἀσφάλειαν. μηνί: ~ Διονύσιος μοναχός*).

18 (f. 99) **Nicephori** archiep. Cpolitani chronographia conpendiaria (*τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Νικηφόρου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως χρονογραφικὸν ἐν συντόμῳ*) usque ad vv. *Ἀναστάσιος ἕτερος ἔτη* (ed. de Boor, Lipsiae 1880, p. 82-132, 15).

Sub n. 14 adde: (f. 88v) ⟨**Hieroclis** synecdemus⟩ usque ad v. *Τύρος* (p. 1-40, 4 Burckhardt).

Scripserunt librarii tres: *a* ff. 1-79. 81-83; *b* ff. 80. 84; *c* ff. 85-106. Librarius *b* aliqua hic illic adiecit temporibus Theolepti I patriarchae Cpolitani (1514? - 1520) et Selim I Turcarum tyranni (1512-1520): v. ff. 78. 83v. Prima codicis pars constat nunc fasciculis 9 (quinion., si tamen postremum excipias folior. 5) graece signatis ad angulum sup. ext. primae singulorum paginae; olim fasciculos 13 conprehendisse ex enumeratione latina (f. 11 *6*; 21 *7* etc.) prima fronte adparet. Librarius vero qui alteram partem exaravit, scil. ff. 85-106, titulos litteras grandiores numeros rubro colore pingens, nullis numeris fasciculos distinxit, sed ultimae cuiusque quaternionis paginae (ff. 92v. 100v) initium sequentis subiecit. Officinar. chartariar. signa quae vidimus: f. 1 ss. bucranium crucem gerens cui draco advolvitur, additis dextra laevaque litt. *M T*; f. 41 ss. galerus praelaticius (cf. Briquet n. 3448); f. 88 ss. ancora circulo inscripta, cui stella superinponitur sex radiorum. F. II *πίναξ* Allatianus manu ⟨Ios. de Iuliis⟩. I. 84a. 107 vacua sunt. Codicem, quod ad Hieroclem adtinet, descripsit L. A. Burckhardt, de Hier. synecd. codd. comm., Jenae, 1892, p. 7 ss.

In tegumenti dorso scuta Pii IX et A. Mai card. byblioth.

163 (olim 715). Saec. XIII, chart., mm. 334×233, ff. VII. 303 (62-102 coll. 2).

1 (f. 1) chronica anonymi. Inc. *Θεὸς ὁ ἄχρονος,* pervenit usque ad tempora Romani filii Constantini Porphyrogen., abrumpitur vv. *ἀφικόμενοι ἐπὶ τὸ αὐτό.* Vide sis C. de Boor *Zur Chronik d. Pseudo-Polydeukes* in *Byz. Ztschr.* II, 1893, p. 564-568; K. Prächter *Die röm. Kaisergeschichte bis auf Diocletian in cod. Paris. 1712 und cod. Vat. 163* in *Byz. Ztschr.* V, 1896, p. 491; Krumbacher *BL*[2] p. 363-364; D. Serruys *Recherches sur l'Épitomé* in *Byz. Ztschr.* XVI, 1907, p. 5. Operis initium usque ad vv. *καθιστησιν ἐκεῖ τὸν Ἀδὰμ* subpletum est inter an. 1623-1630 in duabus chartis adiectis.

2 (f. 62) **Constantini Manassis** breviarium historiae metricum (p. 3-286 ed. Bonn.). Titulus in cod. est *τοῦ σοφωτάτου Μανασσῆ κυροῦ Κωνσταντίνου σύνοψις χρονικὴ διὰ στίχων πολιτικῶν. τὴν ἀρχὴν ποιουμένη ἀπὸ κτίσεως κόσμου καὶ λήγουσα μέχρι τῆς βασιλείας τοῦ Βοτανειάτου κυροῦ Νικηφόρου. τὸ δὲ*

προοίμιον πρὸς τὴν σεβαστοκρατόρισσαν κυρὰν Εἰρήνην τὴν ἐπ' ἀδελφῷ νύμφην τοῦ βασιλέως κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Κομνηνοῦ. Cf. ed. l. p. 3 nota *.

3 (f. 104) **Nicetae Choniatae** historiae (p. 4-853 ed. Bonn. Titulus in codice est χρονικὴ διήγησις τοῦ Χωνειάτου κυροῦ Νικήτα ἀρχομένη ἀπὸ τῆς βασιλείας Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ καὶ λήγουσα μέχρι τῆς ἁλώσεως τῆς Κωνσταντινουπόλεως); quibus historiis subicitur (f. 220ᵛ) de signis Cpolitanis usque tantum ad vv. τὴν τρίχα, οὖλος (p. 860, 1 ed. l.). Fol. 112, quod exciderat, subpletum est saeculo XVI; vv. conprehendit καὶ μικραῖς - οἰκείων εὐσχημο|σύνης (p. 56, 13-63, 3).

4 (f. 221) **Iohannis Cinnami** epitome rerum ab Iohanne et Alexio Comnenis gestarum. Des. mut. vv. κατ' Αἴγυπτον ἀποχρησόντων (p. 3-300 ed. Bonn., quae ad nostri codicis fidem exacta est). In marg. inf. f. 233 nota legitur περὶ τοῦ κάστρου τῆς Κωνσταντινουπόλεως οἷον τότε καὶ οἷόν ἐστι νῦν (ed. Sp. Lampros Νέος Ἑλληνομνήμων V, 1908, p. 260 s.; cf. p. 202).

5 (f. 269) **Georgii Acropolitae** annales (p. 1-103 ed. Allat., Parisiis 1651; p. 3-189 ed. Heisenberg, Lipsiae 1903). Extrema pars, scil. inde a vv. ἠνάγκαζε τὸν βασιλέα (p. 180, 7 Heisenb.), subpleta est a duobus librariis saec. XV, quorum alter f. 302, alter f. 303 exaravit.

Codicem (qui in byblioth. Vat. adservatur inde a Nicolai V temporibus, cf. Müntz-Fabre *La bibl. du Vat.* p. 340) scripserunt tres librarii: *a* ff. 1-220; *b* ff. 221-268; *c* ff. 269-301. Tituli et ornamenta titulis praefixa nec non litterae grandiores rubro colore picta sunt. Exstant in marg. lemmata et notae tum rubro colore tum atramento diversis manibus exaratae. In principio folium tantum excidisse conligitur ex quaternionum enumeratione in marg. inf. medio extremae singulorum paginae adpicta (quae nunc saepius desideratur) et ex notula in summo margine folii 3ʳ λείπ(ει) ἡ ἀρχή φύλλ⟨ον ἕν⟩, quam alia manus ibidem iteravit. Recentius subfecta sunt integra ff. 1. 2. 112. 302. 303; ex minima parte tantum f. 105 (eadem m. qua f. 112). Margines conplures nova charta refecti sunt saec. XV, ut patet ex f. 104.

F. I continet indicem latinum ⟨a Raphael Vernazza Chio digestum⟩, cui ipse Vernazza notam praefixit *P(ri)mis foliis quatuor, ponitur index gręcus exactus utpote qui exarati fuerunt* (!) *Doctissimo et eruditissimo Viro Concivi meo Pręside Leone Alatio.* Indicem hunc sua manu correxit ⟨C. Hase⟩. IIᵛ saec. XV adscriptum fuit *Historię cui(us)dam manassę uulgari uersu.* | *Item choniati i(n) satis bono stilo a t(em)po(r)ib(us) Io. Comnei* (prout in Müntz-Fabre l. c.). Subditur nota autographa *Initium huius historię exscriptum est ex Codice in Bibliotheca ex libris* | *Palatini Rheni n°. 342. alias 399. et legitur sub nomine Iulij Pollucis. 1630. felix Contelorius.* Super vv. *huius historię* ⟨C. Hase⟩ plumbo addit *sive folium primum et secundum* et infra lectorem delegat ad Sylburgii catalogum ap. Mieg, Monumenta pietatis et litteraria (Francofurti ad Moenum 1702). Idem Hase in ff. 235ᵛ. 243ᵛ. 252ʳ. 260ᵛ Cinnami editionem Cangianam laudat, quae prodiit Parisiis an. 1670.

Ff. IV-VII πίναξ Allatianus manu ⟨Ios. de Iuliis⟩. 1ʳ ⟨F. Contelori⟩ titulum iniecit *Historia ab initio mundi.* IVʳ. 3ʳ imo marg. inpressum cernitur sigillum byblioth. Nationalis Paris., quod recurrit f. 303ʳ. F. 103ᵛ (manu, opinor, Ioh. Chortasmeni qui conplura marginibus adscripsit) εὗρον ἐν ἑτέρῳ παλαιῷ βιβλίῳ οὕτω κείμενον: ~ | τοῦ λογοθέτου τῶν σεκρέτων, καὶ ἐπὶ τῶν κρίσεων· γεγονότος δὲ, | καὶ ἐφόρου (καὶ) κριτοῦ τοῦ βήλου· (καὶ) προκαθημένου τοῦ βασιλικοῦ | κοιτῶνος... (sequuntur vv. non nulla antiquitus atramento deleta) νικήτα τοῦ ἀπὸ χωνῶν· πόλεως τῆς φρυγίας. In margine, ad subplenda verba quae litura sublata fuerant, adiectum est ab eodem, ni fallor, scriba ἰσαακίου βασιλέ(ως) τοῦ ἀγγέλου (cf. ed. Bonn. p. 3 nota *). 104ʳ in marg. sup. notavit illa saeculi XV manus, quae titulum f. IIᵛ adposuit, *Chronica Choniatj ab imp(er)io Ioannis Comnei: usq(ue)* | *usq(ue) ad captivitate(m) Constan(tinopo)lis ab alio imperatore.* 206ᵛ in marg. ext. infra notam Ση. πότε ἑάλω παρὰ τῶν λατίνων ἡ πόλις, legitur (rubris litt.) ῥεῖτε δακρύων | ὀφθαλμοὶ, κρουνοὺς | ἡματωμένους ⟨ex Germani II patriarchae carmine quod ed. K. Horna *Einige unedierte Stücke des Manasses u. Italikos*, Wien 1902, p. 13, 11 etc.; cf. *Analekten zur byz. Litt.*, Wien 1905, p. 31⟩; imo marg. rubr. litt. Σημ. ὅτι ἐν ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,ς ψ ι β'. μηνὸς ἀπρ(ι)λλ(ίου) ιβ'. ἡμέρα δευτέρα. | τεσσαρακοστῇ μεγίστῃ. ἕκτῃ ἑβδομάδι τῶν νηστειῶν, ἑάλω ὑπὸ λατίνων, | ἡ κωνσταντινόπολις: ~ Similia et alibi adnotata invenies. 269ʳ annalium G. Acropolitae initio Chortasmenus notam praemisit ἡ παροῦσα χρονικὴ συγγραφὴ τοῦ μεγάλου λογοθέτου τοῦ ἀκροπολίτου ἐστὶν· ὃς ἔκτισε (καὶ) τὸ μοναστήριον, τῆς ἁγίας τοῦ χ(ριστο)ῦ ἀναστάσεως. περιέχει δὲ τὰ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς κωνσταντινουπόλεως ἄχρι (καὶ) τῆς βασιλείας (corr. ex τελευτῆς) τοῦ βασιλέως μι(χαὴλ) τοῦ παλαιολόγου; deinde adscripsit in marg. ext. τὰ δὲ μετὰ ταῦτα μέχρι καὶ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ, ὁ παχυμέρης σοφὸς ἀνὴρ καὶ φιλό⟨σοφο⟩ς ἀκριβῶς συνέγραψεν; denique marg. summo titulum posuit † τοῦ σοφωτάτου πρωτεκδίκου τῆς ἐν κωνσταντινουπόλ(ει) ἁγί(ας) τοῦ θ(εο)ῦ μεγάλης ἐκκλησί(ας) καὶ δικαιοφύλακος, τοῦ παλατίου, κυροῦ γεωργίου τοῦ παχυμέρη χρονικόν. 301ᵛ marg. ext. scriptum exstat litt. rubris magnis † τὸ βιβλίον τοῦτο κτῆμα ἐστὶν ἐμοῦ | ἰωάννου νοταρίου τοῦ χορτασμένου· ὠνησάμην δὲ αὐτὸ μηνὶ δεκεμβρίῳ θ' (ἰνδικτίωνος) ζ' ἔτους ς 𐅃' (= 1391 p. Ch.). Hanc notulam ed. Sp. Lampros (Νέος Ἑλληνομνήμων V 260), qui tamen ς 𐅃' convertit in 1482 librumque an. 1453 exaratum adfirmat: duo magna menda. Ff. IIʳ. III. 61ᵛ. 103ʳ. 302ᵛ scriptura vacant; at 302ᵛ crux quaedam delineata est. Officinar. chartariar. signa exstant in foliis subpletis: II unicornuus exsiliens; III ss. homo nimbatus crucem graecam efferens (cf. Lichačef n. 3100; Briquet nn. 7628. 7629); 302 cervi caput (cf. Br. n. 15557). Codicem descripsit Heisenberg, Georgii Acropolitae opera I, Lipsiae 1903, p. IV-VI.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae inpressae sunt Pii IX et A. Mai card. bybl.

164 (olim 144). Saec. XIV, chart., mm. 218×144, ff. V. 172, linn. 25-29.

Nicephori Gregorae (f. 4) historiae Romanae lib. XII; - (f. 34ᵛ) lib. XIII; - (f. 69) lib. XIV; - (f. 98) lib. XV; - (f. 126ᵛ) lib. XVI; - (f. 155) lib. XVII (p. 571-867 ed. Bonn.). Praemittitur (f. 1) πίναξ τῶν λόγων τοῦ δευτέρου βιβλίου (i. e. secundae partis) τῆς ῥωμαϊκῆς ἱστορίας (add. rubr. οἵ εἰσιν ιβ' τῆς καθολ. αὐτοῦ ῥωμαϊκῆς ἱστορίας). Inc. λόγος πρῶτος (= lib. XII). α' προοίμιον τοῦ δευτέρου βιβλίου. β' ὅτι χρήσιμος ἡ ἱστορία τῷ βίῳ. Des. ὅρα μεγάλων θρήνων καὶ δακρύων ἄξια † θ'. Inferius ση· ὅτι τὸ πλέθρον ἐστὶ πήχεων

ρλγ' (ed. l. p. 861 in adp. crit.) $\bar{\gamma}$ (= i. e. $\frac{1}{3}$) † *ι'*. Singula capita suo loco recurrunt minio atramentove in margine descripta.

Conprehendit codex fasciculos 20 (quaterniones, praeter 18 quinionem) graece signatos in marg. inf. med. primae et ultimae singulorum paginae, numeri tamen non nulli hodie desiderantur. Nota carent etiam ff. 1–3 initio adiecta et ff. 6 postrema. Folium 150 ipse librarius inseruit inter fasciculum *ιη'* et *ιθ'* ad quaedam subplenda quae omiserat. Officinar. chartariar. signa: f. 1 lilium grande, cuius superior pars tantum exstat; f. 6 ss. circuli duo hasta crucigera divisi (cf. Briquet n. 3166); f. 118 ss. cerasa duo (cf. Briquet n. 7411). Textus (prout in editionibus, quae ex hoc codice pendent) lacunosus est ff. 25^{v}–29^{r} (ubi spatium relictum est 13 linn.) et 150^{r} (ubi, chartae frustulo exciso, perierunt linn. 10). Tituli, litterae initiales, non nulli fasciculorum numeri, plerumque etiam capita in marg. rubro picta sunt. F. I indicem latinum continet ⟨Raphaelis Vernazza⟩ eiusdemque notam de indice graeco Allatiano f. V^{r} ⟨a Ios. de Iuliis⟩ exarato deque indice capitum qui legitur f. 2 ss. I^{v}. II. III^{v}. IV. V^{v}. 3^{v}. 150^{v} vacant scriptura, pariter et chartae quattuor in fine adiectae ab eo qui codicem conpegit. Periit frustulum chart. vel membran. cum nota codicis antiquiore, quod f. II^{r} adglutinatum erat. III^{r} solum numerum *164* praebet. 26^{r} et 172^{v} summo marg. manus saec. XV inperitissima non nulla scripsit volgari eloquio, fort. gallico (*seignours* etc.). In ff. 1^{r}. 172^{v} exstat, rubro inpressum, sigillum bybliothecae Nationalis Paris. Facies flavo colore tinctae. Codicem in Vat. byblioth. adservari inde a Nicolai V temporibus demonstrat index ap. Müntz–Fabre *La bibl. du Vat.* p. 340: *Item alter liber parvus, in papiro, vocatus Secundus liber historiarum Nyciforii Gregori ecclesiasticarum.*

In dorso scuta Pii IX et A. Mai card. byblioth.

165 (olim 711). Saec. XIV, chart., mm. 230 × 152, ff. IV. 282 (+ 172^{a}. 173^{a}. 248^{a-b}. 253^{a-c}), linn. ut plurimum 26–27.

1 (f. 7) **Nicephori Gregorae** historiae Byzantinae lib. I; - (f. 15^{v}) lib. II; - (f. 28^{v}) lib. III; - (f. 38^{v}) lib. IV; - (f. 57^{v}) lib. V; - (f. 72) lib. VI; - (f. 96) lib. VII; - (f. 124) lib. VIII; - (f. 167^{v}) lib. IX; - (f. 201^{v}) lib. X; - (f. 227^{v}) lib. XI; - (f. 249) lib. XII usque ad vv. *χειμῶνα κατὰ* (ed. Bonn. p. 584, 14). Praeit (ff. 2-6^{r}) index librorum (ubi vox *τόμος* in *λόγος* constanter inmutata est, quam correctionem repperies et in singulorum librorum initiis: singula capitum argumenta suo loco iterantur in marg). Dein (f. 6^{r}) *ἀρχὴ τοῦ πρώτου λόγου τῆς δευτέρας βίβλου τῆς ῥωμαϊκῆς ἱστοριας: ἤτοι τοῦ ιβ' λόγου: προοίμιον· εἶτα ἀρχὴ τῆς διηγήσεως διαλαμβάνουσα τὰ μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ νέου βασιλ. Ἀνδρονίκου* (cf. cod. 164 f. 1). Titulus minio exaratus f. 7^{r} *Νικηφόρου τοῦ Γρηγορᾶ χρονικὴ σύνταξις ἱστορίαν περιέχουσα ἐτῶν ἑκατὸν τεσσαράκοντα* atramento ita correctus est ... *ῥωμαϊκῆς σύνταξις ἱστορίας... πεντήκοντα διήγησιν.* Textum resecuit emendavit subplevit (videsis praesertim ff. 83^{v}-84. 115^{v}. 125^{v}. 157^{r}. 158. 173^{v}. 231^{v}. 232. 233. 243. 244) ipse forsitan auctor.

2 (f. 253^{v}) *Τὰ ὀφφήκια τοῦ παλατίου* inperita manu descripta. Inc. ⟨*α'*⟩ *δεσπότης. β' σεβαστοκράτωρ*, des. ⟨*νβ'?*⟩ *λογοθετης του στατιωτου.* Cf. cod. 162 f. 79.

3 (f. 254) **Menandri** de genere demonstrativo (titulum *In editis Μενάνδρου περὶ ἐπιδεικτικῶν* adiecit ⟨L. Allatius⟩). Abrumpitur vv. *πατρίδος ὅτι* (Walz IX 213-283, 10).

4 (f. 259) **S. Gregorii Nysseni** in Eunomium lib. I usque ad vv. *γέγονε δῆλον* (M. 45, 248-276 D 7). Sequuntur (f. 271) excerpta aliquot. [1] (ex lib. I in Eunom.) *τίς γὰρ οὐκ οἶδεν - φωνῆς,* [2] (*τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ πρὸς ἀνομοίους καὶ εἰς τὸν Ἀβραάμ*) *καὶ νῦν εἰσὶ κατ' ἐκείνους τοὺς Ἀθηναίους - τὸν υἱὸν εἶναι διωρίσατο,* [3] *ὥσπερ τοίνυν - ἀδέσποτον φύσιν,* [4] *ἡ τοῦ πατρὸς - συνεισιούσης,* [5] *εἰ γὰρ παρέπεται - καθώς φησιν,* [6] *ὁ γὰρ ἐρωτηθεὶς - ἀτελεύτητον,* [7] *ἀλλ' οὔτε - ἀποφαίνεσθαι,* [8] (ex lib. VIII in Eunom.) *ἀλλ' ἐπειδὴ - κατενοήσαμεν,* [9] *πάλιν ὅταν - ὁρᾶ* (M. 45, 425 D 4-428 C 3; 46, 557 A 11-B, 13; 45, 444 A 11-C 7; 445 C 2-5; 453 C 2-9; 460 B ult.-D ult.; 461 A 11-14; 780 A 7-C 7; 781 C 7-D 5). Alia m. add. [10] *ἐπειδήπερ ἐν ἀνθρώποις - ἐντυπώσασθαι,* [11] *ὡς δὲ υἱὸς ἀνθρώπου - ὑπέστη συνάφειαν.*

5 (f. 274) de vestimentis summi Iudaeorum pontificis ⟨ex Anastasii Sin. quaest. 40, ap. M. 89, 585-588, 5⟩. Inc. *Τί ἦν τὸ ἐφοὺδ, δι' οὗ ἐπηρώτα ὁ ἱερεὺς τὸν Θεόν: τὸ μὲν ὄνομα αὐτοῦ.* Des. *καὶ κάτω ἄνθη καὶ καρποὶ τὰ τῶν ἀρετῶν κατορθώματα.* Praecedit *φησὶν Ἱερεμίας ἀναλάβετε ὅπλα τοὺς θώρακας ὑμῶν* (Hier. 46, 3-4).

6 (f. 275) **Platonis** Minos. *

7 (f. 282) ⟨**Theodori Balsamonis**⟩ epigrammata tria. Primum *εἰς τὸν βασιλέα κῦρ Ἰσαάκιον ἀνεστηλωμένον εἰς εἰκόνα ἔφιππον μετὰ στέμματος καὶ γυμνῆς σπάθης* inc. ⟨*Τ*⟩*ὴν ἀγγελικὴν φωτοχυσίαν βλέπων* (ed. K. Horna in *Wiener Studien* XXV, 1903, p. 200). Secundum *εἰς τὸν ἅγιον Θεόδωρον τὸν στρατηλάτην* inc. ⟨*Ἐ*⟩*γκάρδιον πῦρ ἀστραπηφόρου πόθου* (ed. ib. p. 189). Tertium (f. 282) inscriptum *στίχοι γραφέντες εἰς τὸν ἱστορηθέντα εὐσεβέστατον βασιλέα κῦρ Ἰσαάκιον τὸν Ἄγγελον ἐντὸς τοῦ ἁγίου λούματος τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν καὶ θεοτόκου τῆς ὁδηγητρίας,* inc. *Τὸ σφαιροειδὲς τοῦτο* (post Horna ib. p. 190 s., ed. Lampros *Νέος Ἑλληνομνήμων* VIII, 1912, p. 132 s.).

Quaternionum numeri in marg. inf. medio primae et ultimae singulorum paginae adpicti, interdum, resecta charta, perierunt; post *λ'* nunquam exstitisse credideris. Folia multa scidulis chartaceis refecta sunt (vide praesertim 126. 232, quorum dimidia pars forfice excisa). Tituli ornamentaque titulis adiecta, litterae grandiores, capita in marginibus scripta, rubro colore. Officinar. chartariar. signa, quae animadvertimus: f. 3 ss. unicornui caput (cf. Keinz n. 293); f. 259 ss. avis quaedam, fors. aquila.

F. I^{r} in membranula adglutinata legitur, manu saec. XVI, *Nicephori gregorę historia Im|peratorum Consta(n)t. | et alia alior. |. 711;* inferius m. rec. *N° 2. 6 Plu. Secr. | 165 Vat. gr.* III–IV^{r} index latinus ⟨a Raphaele Vernazza⟩ digestus. 1^{r} invocatio illa in Deiparam *τῇ ὑπερμάχῳ στρατηγῷ τὰ νικητήρια – χαῖρε νύμφη ἀνύμφευτε* (manu librarii aequali); inferius sigillum bybliothecae Nationalis Paris., quod repetitum invenies imis foliis 2^{r}. 282^{v}. 2^{r} in marg. sup. titulus m. aequali *νικηφόρου τοῦ γρηγορᾶ ῥωμαϊκ(ῆs) ἱστορί(αs) λόγοι ια'.* 6^{v} ⟨Laurentius Portius⟩ indicem illorum digessit operum quae in codice historiam sequuntur. 157^{v} in marg. inf. *Vide ed. Reg. Tom. I p. 222 B* ⟨manu C. B. Hase⟩. 253^{r} *reliqua in cod. Vat. num. 164. fol. 10 à tergo lin. 20* ⟨manu E. Baldi⟩; I^{v}. II. IV^{v}. 1^{v}. 126 (pars superior postea adiecta), 172^{a}. 173^{a}. 232 (pars inf. postea subpleta), 248^{v}. 248^{a-b}. 253^{a-c} vacua. 258^{v} manus scribae coaeva scripsit *Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν | ἀλληλούϊα · καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρ* (Ps. I 1).

In tegumenti dorso scuta Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

166 (olim 710). Saec. XIV, chart., mm. 227 × 150, ff. VII. 180, linn. 29–30.

1 (f. 1) **Nicephori Callisti** synopsis divinae Scripturae (in ms. *Νικηφόρου πόνημα τοῦ Ξανθοπούλου: γραφῆς ⟨ἁπ⟩άσης σύνοψις ἠκριβωμένη*). Integre edita post Theodori Prodromi epigrammata, Basileae an. 1536; partim recusa exstat ap. M. 147, 605-632, 601-606 (de excidio Hierosolymitano): imperatorum et patriarcharum indices (quorum alter sex versibus extremis in nostro cod. caret) leguntur etiam ap. Labbe, Protrept. hist. Byz. p. 34–36. Operis initium usque ad vv. *καλὰ τὰ φαῦλα* in ff. II–III^{r} rescripsit manus saec. XVII ex.; manus antiquior (scil. saec. XV–XVI) octo ultimos versus (*σὺν φραγγελίῳ: ἡ πορφύρα κάλαμος ἀκανθῶν στέφος – ἡ σμύρνα σινδὼν καὶ τάφος κλεὶς καὶ λίθος*) in imo marg. f. 32^{v} descripsit ex f. 161.

2 (f. 33) **Georgii Acropolitae** historia (*Τοῦ Ἀκροπολίτου ἱστορικὸν ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς ἁλώσεως τῆς Κωνσταντινουπόλεως:* manus saec. XVII adiecit litteris minutioribus *Γεωργίου τοῦ Παχυμέρη*). Ed. Heisenberg I 3-189.

3 (f. 134) **Georgii Pisidae** hexahemeron usque ad versum 1601 (ed. Hercher p. 603-653). Titulus in cod. est *τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου καὶ ῥεφενδαρίου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας κυροῦ* (*γεωργίου* atram. add. in spatio vacuo al. m.) *τοῦ Πησίδου στίχοι ἰάμβιοι ᾱι πρὸς τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως Σέργιον.*

4 Photii patriarchae Constantinopolis [1] (f. 161) epistula encyclica ad archiepiscopales thronos per orientem obtinentes: *ἐπιστολὴ ἐγκύκλιος... ἀνατολικοὺς θρόνους... φημὶ Ἀντιοχείας, Ἱεροσολύμων καὶ τοὺς λοιπούς... τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται... μόνον* (M. 102, 721-741; Valetta p. 165-181. Desunt in cod. extrema vv. *Εὐχόμεθα – μετριότητος*), [2] (f. 169) ad archiepiscopum Aquileiae (... *πρὸς τὸν ἀρχιεπισκοπον Ἀκυληΐας, ἤτοι Βενετιας, περὶ τῶν βλασφημούντων τὸ ἅγιον Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι*). Abrumpitur vv. *εἰ δ' ὑμεῖς φατὲ ὡς* (M. 102, 793-812 A 14; Valetta p. 181-195, 6).

5 (f. 176) ⟨**Meletii** epistulae contra azymitas fragmentum⟩. Inc. *Τύπον εἶναι δοκεῖτε: ἀντὶ τῆς σαρκὸς τοῦ κυρίου.* Des. *καθῶς ὁ λόγος ἀπέδειξεν* (M. 95, 392 C - 396).

6 (f. 178^{v}) *Ἰωάννου μητροπολίτου Ῥωσίας ἐπιστολὴ πρὸς Κλήμεντα πάππαν* (atramento corr. ex *πάπα*) *Ῥώμης περὶ τῶν ἀζύμων καὶ τῶν σφαλμάτων ὧν σφάλλονται οἱ Λατῖνοι* (edd. Sophr. Oikonomos, Athenis 1868, et Paulov *Kritische Versuche zur Geschichte der ältesten griechisch-russischen Polemik gegen die Latiner*, Petropoli 1878, p. 169–186. Cf. A. Demetracopulos, Graecia orthodoxa, Lipsiae 1872, p. 9–10; Krumbacher BL^2 p. 82).

7 (f. 179) *περὶ τῶν ἑπτὰ οἰκουμενικῶν συνόδων· ὅτι ἐν πάσαις ταῖς τοιαύταις ἱεραῖς συνόδοις οἱ πρόεδροι τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης συνήνεσαν.* Inc. *Ἑπτὰ πᾶσαι αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι* Des. mutila *καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τὸν εὐσεβοῦντων ἀπόκλητον· καὶ ἀνάγνωθι κανόνα ἕκτον καὶ.*

Fol. I, olim tegumento codicis priori adglutinatum, fragmentum est epistulae neo-graece pessime scriptae saec. XV. Inc. *⟨ὑ⟩ψ⟨η⟩λωτ. σου αὐθεντ δουλικὸς ἀναφέρο τὸν Θεὸν παρὰκαλ` τοῦ ἐβέργὲτὴ τὴν ὑψηλωτάτην σου αυθεντείαν* (?) *χρονοὺς πολοὺς* etc.

Folia 33–160 ex alio volumine deprompta (ut etiam docet quaternionum enumeratio ⟨*α'*⟩ – *ις'* ab ipso voluminis scriptore adposita) glutinator inseruit inter fasciculum *δ'* et *ε'*. Ff. 1–32. 161–180 quaterniones conplectuntur 6 signatos in marg. inf. primae singulorum paginae (numeri *α'. β'* exciderunt; *γ'–ε'* rubro picti) et binionem sine nota. Voluminis, quod priori insertum est, quaterniones 16, et ipsi signati sunt in marg. inf. primae paginae: numero interdum praefigitur vocabulum *τετράδ(ιον)*. Conplurium foliorum margines refectae. Officinae chartariae signum in ff. codici insertis cernitur clava cum nodo permagno in capite (cf. Briquet n. 11641); in altero cod. (vide e. g. f. 30) trimontium crucigerum (? an corona?) et lilium (?).

F. I^{v} legitur, manu saec. XVI, *Istorie acropolite* et, manu s. XV, *moderni auctoris de captiuate constantinopolj;* inferius antiquior codicis nota *N° 40 8 Plu.* IV^{r} in membranula adglutinata scriptum est post saec. XVI med. *Nicephori chronica hebręoru(m) | (et) gręcoru(m) et alia alior(um). |. 710* et in duobus frustulis chartaceis numeri *475. 476.* VI–VII^{r} *πίνακα* Allatianum continent manu ⟨Ios. de Iuliis⟩; III^{v}. IV^{v}. V. VII^{v} vacua sunt. In facie ima *γεωργιου α...* Codicis descriptionem adcuratam legere est ap. Heisenberg, Georgii Acrop. opp. I p. VI–VIII.

Tegumenti tergum scutum prae se fert Pii IX.

167 (olim 1039). Saec. XI in., membran., mm. 238 × 173, ff. V chart., 168, linn. 38.

Theophanes continuatus. Ex hoc unico libro ed. I. Bekker in Corp. scriptt. hist. Byz., Bonnae 1838: L. Allatius (*Σύμμικτα*, Coloniae Agrippinae

1653, II 1–178) solum lib. V evolgaverat. F. Combefis (Scriptores post Theophanem, Parisiis 1685) usus est apographo Barberiniano a L. Holstenio accepto. De opere cf. Krumbacher *BL*[2] p. 347–349.

Codex flavo atramento nitide exaratus, in liminari pagina titulum praetendit litteris uncialibus rubris scriptum, nunc ex parte deletum, ut videre est in editione Bonnensi. Titulo praeit ornamentum rubrum: lineam primam manus serioris aevi retractavit. Margines conspersi sunt lemmatis, notabilibus et notis ad kalendarium pertinentibus, littera unciali, forma plerumque grandiore. Quaterniones 21 graece signavit in marg. inf. primae singulorum paginae ipse codicis scriptor. Ff. I–III duos indices exhibent latinos manu ⟨Raphaelis Vernazza⟩; V *πίνακα* Allatianum manu ⟨Ios. de Iuliis⟩. In f. V^{v} leguntur praeterea duae notae latinae recentiores, quarum alteri subicitur *s* (forsitan littera initialis scriptoris), alteram Angelus Mai adposuit. 1^{r}. 168^{v} inpressum exstat sigillum bybliothecae Nationalis Paris. Vacua sunt ff. I^{v}. II. IV.

In tegumenti dorso scuta Pii IX et A. Mai card. byblioth.

168 (olim 1041). Saec. XIII–XIV, chart., mm. 260×191, ff. II. 289, linn. 22–27.

Nicetae Acominati opera. **1** (f. 1) historiae (p. 4-770 ed. Bonn.). Titulus consentit fere cum codd. Monac. et Paris. Reg. (cf. ed. laud. p. 3)... *κοιτῶνος, Νικήτα... βασιλείας κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Δούκα* (supra lin. al. m. *γρ. Κομνηνοῦ*) *τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ.* Vv. *κἂν εἴη - ὁ Μανουὴλ τοίνυν; ἤδη δὲ - διάδοχον; ἐν τῶ χειρίζειν - εἰς μονάζοντα; θαυμάσαι δ' ἄν τις - τὸν Ἀλέξιον δὲ; τοῦ δὲ Κομνηνοῦ - ὡς δὲ τὰ; πρός ἀπόδρασιν - ἀλλαξάμενος* (pp. 186, 18-187, 7; 219, 16-220, 8; 556, 7-557, 1; 559, 11–560, 6; 560, 16-561, 7; 723, 15-724, 5 ed. l.) librarius ipse adiecit in marg. ff. 69^{r}. 84^{v}. 216^{r}. 217^{v}. 253^{v}. Vv. *δεῆσαν ἐπιβοηθήσουσαι - φιλόσοφον ἐπεδείκνυτο* (quibus illa subnectuntur *τελευτῶν δὲ - σύνοικον*); *ἀλλὰ καὶ τὰς χαλκᾶς - ναοῖς δὲ* (pp. 415, 3-416, 19; 418, 7-9; 582, 5-584, 17) subpleta repperies in foliis insertis 145 (quod inter 162 et 163 reponendum est), 225. 226. Vv. *καὶ ταῦτα - ὁμηγύρεων; ἑαυτῷ - χείριστα ὥστε; τοσοῦτον - ἀντιπάλους; καὶ ἦν βομβύλιος - διετετράνωτο; χαίρων δὲ - ἐπωπτάνετο* (pp. 416, 19-418, 7; 418, 9-18; 572, 14-573, 19; 577, 11-579, 2; 579, 14-580, 13 ed. l.) desunt, ut etiam monet v. *λείπ(ει)* marg. adscriptum ff. 162^{v}. 222^{v}. 223^{v} (deest in f. 224 lin. 10). Post vv. *τὰ βασίλεια* (p. 723, 15 ed. l.) codex pergit f. 253^{v} *ἔγνω δεῖν μεθίστασθαι - ἐβασίλευσεν μὲν οὖν* (p. 724, 5 ed. l.). Hoc praeterea animum adverte, f. 29 post f. 12 esse reponendum interque 188 et 189 chartas decidisse, in quibus vv. legebantur *ἀλλ' ἐκκοπεὶς - ὑπέθηξεν ἑαυτὸν* (p. 483, 16-491, 9). **2** (f. 271^{v}) urbs capta (p. 771-811, 11 ed. Bonn.). Titulus (*⟨Τ⟩οῦ αὐτοῦ λογοθέτου τῶν σεκρέτων καὶ ἐπὶ τῶν κρίσεων Νικήτα, τοῦ Χωνειάτου: ~ Ἱστορία τῶν μετὰ τὴν ἅλωσιν συμβάντων τῆς Κωνσταντινουπόλεως*)

atramento nigriore scriptus est. Textus des. in vv. *ἡ δὲ λοιπὴ - ἰλίγγου πεπαύσομαι,* ut in cod. Cpolitano a Wolfio laudato in suis adnotationibus (vide sis ed. Bonn. p. 890, ad p. 811, 13).

In f. insiticio 287 quaedam subplentur de viri cuiusdam avaritia, quae sine dubio ad Nicetae historiam pertinent, sed in ed. nequiquam quaesivimus (inc. *λείπ. τοῦτο: | ἄλλοτε δὲ διημερεύσας,* des. *ταμειουλκῶν στικτὰς χρώμασι: καὶ κατεξῆς οὕτως. εὐρρόει δέ*).

Codex non una exaratus manu (certe ff. 13–20 alter librarius perscripsit) atramento nigriore passim emendatur. In marginibus, praeter subplementa, de quibus iam diximus, aliaque minoris momenti, lectiones quoque variantes obcurrunt et lemmata et notabilia. Qui litteras initiales et titulos minio pinxit, litteras syllabas verba versus saepe flavo, rarius rubro colore conmaculavit, qua ratione haud facile dixeris. Officinae chartariae signum nullum deprehendimus. Conplura folia humore aliquantum maculata, plurima nova charta refecta, praesertim ad margines; integra ff. 29. 285. 286. 288. 289 scidis translucidis obducta sunt. Fasciculorum notae, plerumque ad angulum inf. int. novissimae singulorum paginae (interdum etiam ad ang. inf. ext. paginae primae, sed alia manu) adpositae, non omnes supersunt. Cum autem folium 274^{v} notam praebeat λα' nihilque deinde desideretur in textu, miraberis forte in f. 289^{v} numerum exstare λι'; licet tamen conicere, nisi fallor, litterulam illam ι e *Γ* exstitisse, transversa linea evanida.

F. I^{r} in scida adglutinata scriptum legitur *Vecchio n°. 1041 | Nuouo 168* et rec. m. *Vat. G.*; in frustulo vero membran. super adglutinato *Logotheti historia multor(um) | Imperatorum grȩcoru(m) |. 1041* manu saec. XVI. I^{v} vacuum est; II continet solitum *πίνακα* Allatianum manu ⟨Ios. de Iuliis⟩. 1^{r} imo marg. *1041 | 168*. F. 93^{v} librarius vv. *πόλιν εὐδαίμονα - ρεῖ ποταμὸς ἐμ* (p. 230, 21–231, 2) in parte inf. perverse scripserat (quae suo loco repperies f. 89^{v}). F. 216^{v} scriptura fere omnino vacat, nullo tamen textus detrimento. In fine f. 289^{v} nota *μηνὶ ἀπρ(ιλλίω) ιδ' ἡμέρ(α) ε' τυχοῦσα ἑβδομὰς τοῦ ἁγ(ίου) ἀπ(ο)στ(ό)λ(ου) θωμᾶ ἐν ἔτει ,ς ω ϙ η'* (= 1390 p. Chr.) *ἰνδ. γ' εἰσήχθη ὁ βασιλεὺς κυρ(ὸς) ἰωάννης ὁ νέος παλαιολ(ό)γ(ος) εἰς τὴν κωνσταντινούπ(ο)λ(ιν) ἀπὸ τ(ῆς) χαρσεί(ας) πόλε(ως).*

Tegumenti dorsum Pii IX stemmate ornatur.

169 (olim 145). Saec. XIII, chart., mm. 238×161, ff. II. 240, linn. 31–37.

Nicetae Acominati historia (p. 3-770 ed. Bonn.). Titulus † *τοῦ αὐτοῦ λογοθέτου τῶν σεκρέτων καὶ ἐπὶ τῶν κρίσεων. γεγονότος δὲ καὶ ἐφόρου. καὶ κριτοῦ τοῦ βήλου. γενικοῦ. καὶ προκαθημένου τοῦ κοιτῶνος, Νικήτα τοῦ Χωνειάτου ἱστορία ἀρχομένη, ἀπὸ τοῦ βασιλέως κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ.*

Ornamenta, tituli, lemmata, litterae initiales rubro colore picta. Conplura folia humore aliquantum maculata; alia, quae tineae perforarant, nova sunt charta refecta. Quaternionum numeri graeci desiderantur f. 8^{v} et inde a fasciculo ιε' (inter ε' et ς' fasciculus unus sine nota fuerat relictus, quem imo marg. f. 48^{v} alia manus nomine numerali cardinali ἕξ distinxit: superest ubique enumeratio latina, adiecta saeculo, ut equidem existimo, XV). F. I^{r} legitur *Historice narrat(i)o(n)es* et in chartula adglutinata antiquior

codicis nota *N° 38. 6 Plu. secr.* Iv vacuum. II *πίνακα* Allatianum continet manu ⟨Ios. de Iuliis⟩. In marg. sup. f. 1r pictor invocationem posuit *χ(ριστ)ὲ προηγοῦ τῶν ἐμῶν πονημάτ(ων)*. In marg. ff. 57r. 100v. 109v. 132v. 240v, inter alia perquam mendose conscribillata, tritissimum illud exstat (f. 100v; cf. 109v) *ὧσπερ ξένη χέροντες, ἠδῆν π(ατ)ρίδα· καὶ η θαλατ(τέ)βοντες του ευρῆν λημέ(νας?). οὗτος και ἡ γρά|φοντες εὕρην βηβλῆου τελος.* 152v imo marg., codicem si inverteris, leges, manu librarii, *ζϊντζίφην ἀποκαλεῖν. (καὶ) μέγα στενάξαντα εἰπεῖν. ὢ.* Idem librarius opere absoluto scripsit *παμμεδέοντι π(ατ)ρὶ, σὺν υἱέι πν(εύματ)ι δόξα.* Sequebatur olim Nicetae historiam opus nescio quod, ut docent ornamenti praefixi litteraeque initialis *O* vestigia rubra extremae paginae inpressa.

In tegumenti dorso scutum Pii IX.

170 (olim 1045). Saec. XIII-XIV, membran. (ff. I-VI. 1. 18-30. 87-176 chart.), mm. 144×109, ff. VI. 184, linn. 18-30 et (in ff. chart.) 14-16. **Rescriptus.**

Constantini Manassis (f. 2) breviarium historiae metricum (p. 3-286 ed. Bekker). In fine legitur (f. 171) *ἐπίγραμμα τοῦ συγγραφέως*, quod inc. *Δέχνυσο τοῖον δῶρον*, des. *ἀπειρεσίους ἐλάσειας* (ed. l. p. 286 in nota). Postremus versiculus penitus delet. (*Ἀνδρονίκοιο βιη...*): infra legitur † *παμμεδέοντι πατρὶ σὺν υἱέι πνεύματι, δόξα:* † ut in fine cod. 169.

F. 173 paschale insertum est ab an. 1446 ad an. 1492, post quem annum saeculi finem mox adventurum esse contendit scriptor in notula subiecta. F. 180v conputus ille ecclesiasticus brevis, qui D. Petavio Isaaci monachi Argyri visus est, usque tantum ad cap. 5 exstat (ed. Petav., Uranologion, Lutetiae Paris. 1630, p. 384-388).

Codicis membranae rescriptae e libris conpluribus desumptae adparent, quorum primus, litt. unc. saec. IX exaratus, canones continebat (vide sis f. 8r *καν... | ωδ(η) α΄;* f. 85 ... *λυϊ αμαρτιαν... και την ανοθεν ευ|μορφιαν απολεσα κ(υρι)ε και δεδυκα την τημω|ριαν* etc.; f. 86 *ωδ(η)* etc.); alter, saec. XII, psalterium cum canticis fuisse videtur (legimus f. 31v *καὶ σκηναὶ γῆς μαδιάμ:* ~ *⟨μ⟩ὴ ἐν ποταμοῖς* etc. Hab. III 7-8; f. 69v *⟨τ⟩ὰς ὁδούς σου κύριε γυ... σόν με... s σου δίδαξόν με* etc. Ps. 24, 4); tertius, saec. XI, binis columnis, homilias fortasse conplexus est (f. 178v ... *βδελύξη τὸ ῥυπαρώ|τερον καὶ ἐναγέστερον | ἐκείνης στόμα. μηδὲ* etc.). In ff. 52 et 62 quidam conputi ecclesiastici exstant, saec. XII exarati.

Scripserunt duo librarii fere coaevi, quorum alter subplevit fasciculos, qui interierant, *γ΄. ια΄* ss. Ff. 40v. 45v. 48v. 57v. 68. 73. 80r. 81. 82v. 84v membranulis (ex alio codice excisis) refecta fuerunt prius quam rescriberentur. Refecta invenies etiam ff. non nulla chartacea et margines folior. 177-184. Minio picta sunt lemmata et litterae grandiores; in ff. 2-16r litterae multae (praesertim *α, θ, ο, σ, ω*) rubro viridique colore, f. 10v etiam auro tactae adparent. Singulos quaterniones membraneos suo numero signavit librarius in prima pagina et in extrema ad angulum inf. int. Librarius alter quaterniones (postremus ff. 6 tantum habet) signavit in marg. sup. med. primae paginae numeris *ια΄-κα΄*. Officinar. chartariar. signa varia: e. g. ff. 19-27 litt. *M;* f. 20 litt. *B;* f. 25 litt. *AI;* f. 28 *NN;* f. 90-96 circuli duo parvi linea crucigera divisi (cf. Briquet n. 3164).

F. Ir exstat nota antiquior *N°. 58. | 4 Plu secr.;* praeterea, in chartula adglutinata, numerus, quo hodie codex signatur, *170* rubro colore (idem numerus *170 Vat. gr.* rec. repetitur f. IIr). IIv quaedam conscribillata sunt (*ὁ ἥλιος διέρχεται. εἰs χρόνους. τξε* etc. † *ἀs πιάση ὁ εροτόμενος ἢ τὸ ποσὸν ὅσον κρατῆ* etc.), quae distinctius recensere supervacaneum visum est. IIIr nota † *ἡ πόλις ἐπαρελαβὸθην ἀπο τους | φράγκους εἰs τὰs κε΄. τοῦ ϊουνίου | μηνος. παρα του βασιλὲος κϋρου | μηχαὴλ τοῦ παλαιολὸγου.* Alia manus subiecit *ἔτους ,ςψξθ΄* (= 1261 p. Chr.) |||| *τῆς* |||||. IIIv † *ὁ τῆς γεηρᾶς οὐσίας παντεργάτης. ὡς εἰσαγωγὸς τῆς τρυφῆς ὄντως θύρα, | τὸν ἀπὸ μακρᾶς ἐξορισθέντα πλάνης,* ||||| *ὃν εὐτελῆ σώσαις ἄναξ.* Vv legitur *πίναξ* Allatianus. manu ⟨Ios. de Iuliis⟩. Iv. IV. Vv vacua. VIr manus satis inperita scripsit † *εἶ τις* (ex *της*) *ουκ ομολογεῖ* (ex *ωμολωγὴ*). *τὸν τοῦ θ(εο)ῦ λόγον* (ex *τῶν... λῶγον*) *παθôντα σαρκὶ* (ex *παθῶντα σαρκὴ*) etc. – *ὃσπερ θ(εὸ)s ἐφανερῶθη εν σαρκοῖ οὗτος θ(εὸ)s ἐσταυρῶθη και ἐθανατῶθη εν σαρκῖ* (ex – *η*): ~ Eadem manus VIv alia conscribillavit † *πὰs ο μη ομολωγων τὸν υἱὸν τοῦ θ(εο)ῦ – ἀντήχριστος ἐστὶ* (ex – *ὴ*) *και ὀνομάζεται:* † *ὅτι ομοοῦσιον* (ex – *ων*) *τὸ πν(εῦμ)α. τω π(ατ)ρὶ* (ex – *ὴ*) *και τῶ υἱῶ:* †. 1r versus sexdecim Constantini Man. invenies, quorum primus *ὁ χοῦs. ὁ πηλὸs. ἡ παλίνστροφος κόνις,* ultimus *ὡs ἂν πνέων μέλποιμι, σὴν κόρη σκέπην:* in marg. inf. *170 Vat. gr.* 171v † *ἐγενήθη ὁ δοῦλος τοῦ θ(εο)ῦ ἰω(άννης) εὐδοκοῦντος τοῦ θ(εο)ῦ. δια μεσιτίας τοῦ τιμίου προφήτου προδρόμου. καὶ τῆs ἁγίας ἄνης, τῆs αγίας μαρίνης τὴν* (ex *της*) *ι΄ ἐνδικτον. τὸν* (in ras.) *ϊοῦλιον μὴναν σανβὰτω πρωϊ:* inferius duo versiculi nullius pretii *ἄλα γὰρ ἄμωμος οὐδεὶs* etc. 172r (ea manu quae in f. IIIr notulam exaravit de capta urbe Constantinopoli) † *εἰs τὰs κδ΄ τοῦ μαΐου μηνὸs τῆs ια΄ ἰνδ. ἡμερα τρὶτη ἐπαρελαβίθην η πόλις παρα του βασιλέως κυροῦ ανδρονίκου τοῦ παλαιολόγου ἀπο τὸν βασιλὲαν τὸν πὰπον αὐτοῦ:* ~ et (illa manu quae in laudato f. IIIr notam temporis subiecit) † *ἔτους ,ςωλς΄* (= 1328 p. Chr.) *ἰνδ. ια΄ | μηνὶ αὐγούστω* (delet.) †. 172v *ὅταν δὲ ἦλθων οἱ ἄζαροι τὸ πληθ(os) χιλιάδ(εs) π΄* (ex *ς΄*) *ἕως τὴν πόλιν τῶ μηνὶ ἀπριλλίω εἰs τὴν τρίτην· ὑπῆρχεν ἔτος κοσμικὸν ,ςωλα΄* (= 1323 p. Chr.): *καὶ ἐποίησαν αἰχμαλωσίαν μεγάλην.* Sequebantur non nulla, hodie penitus erasa (*οια ου γεγονε ποτε...*).

Tegumenti dorsum scutis ornatur Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

171 (olim 151). Saec. XV, chart., mm. 226×148, ff. III. 176, linn. 21.

Alexandri Magni historia fabulosa (in ms. *βίβλος Ἀλεξάνδρου*). Inc. *Ἀρχὴ σὺν θεῶ ἁγίω, διήγησις περὶ τῆς γεννήσεως Ἀλεξάνδρου καὶ βασιλέως πάσης τῆς οἰκουμένης· τὸ πῶς καὶ ποίω τρόπω ἐγεννήθη. Βουλόμενοι οὖν, τὸ τῶν βαρβάρων πλῆθος πολλῶν ἐθνῶν.* Des. *καὶ ἐκάλεσε τὴν ἡμέραν τῆς τελευτῆς αὐτοῦ, νεομηνία· διὰ τὸ τὸν Ἀλέξανδρον νέον τελευτῆσαι τὸν θαυμαστὸν φρενήρη:* ~ *τέλος.* Cf. Krumbacher *BL*[2] p. 850.

Constat liber, qui pro bybliotheca Vaticana emptus est d. 7 febr. an. 1553 (v. Batiffol *La Vaticane* p. 125 n. 227), quaternionibus 22 graece signatis ad angulum sup. ext. primae et extremae singulorum paginae. Officinar. chartariar. signa quae vidimus, trimontium (f. 92 ss.; cf. ex. gr. Briquet n. 11653), circuli duo idem centrum habentes

(f. 92 ss.). Titulus et lemmata, litterae grandiores et maximae minio exarata sunt, pariter atque ornamentum in libri fronte delineatum.

F. 1^r summo margini adscriptum legitur rubro colore *Liber gabrielis ex comitibus Calepij;* inferius, in frustulo membran. adglutinato, *Alexandri uita incerto | auctore.* |. *151* manu saec. XVI. II index latinus a ⟨R. Vernazza⟩ descriptus. III^r πίναξ Allatianus manu ⟨Iosephi de Iuliis⟩ et in marg. inf. nota codicis *171-Vat gr.* 1^r. 176^r ad ang. inf. ext. sigillum byblioth. Nationalis Paris. I^v. III^v. 176^v vacua. In libri faciebus summa dextra ima nodi delineati sunt atramento et rubro colore.

Dorsum scutis distinguitur Leonis XIII et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

172 (olim 1042). Saec. XV (f. 139-183 an. 1439), chart., mm. 216×149, ff. II. 187, linn. 20-21 (f. 1 ss.), 20 (f. 97 ss.), 21 (f. 127 ss.), 27 (f. 184 ss.).

1 (f. 1) **Iohannis Cameniatae** excidium Thessalonicae (L. Allatii *Σύμμικτα*, Coloniae Agrippinae 1653, p. 180-316; M. 109, 525-637. Cf. Krumbacher BL^2 p. 265 s.). Exstant in marg. lemmata rubro scripta.

2 (f. 91) *Νικολάου πατριάρχου ὁμιλία εἰς τὴν ἅλωσιν τῆς Θεσσαλονίκης· ῥηθεῖσα ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς μεγά* (sic) *ἐκκλησίας μετὰ τὴν εἴσοδον.* Inc. *Μικρῷ πρότερον ὑμῖν εἶπον ἀγαπητοὶ αἴτιον.* Des. *τῆς φίλης αὐτῷ χρηστότητος ἀπολαύσωμεν... ἀμήν* (solum initium ex hoc codice ed. A. Mai, ap. M. 111, 26. Cf. Krumbacher BL^2 p. 458). Subicitur *† εὔχου καὶ τὸ γράψαντι.*

3 Iohannis Anagnostae [1] (f. 97) narratio de extremo Thessalonicensi excidio (Allatii op. laud. p. 318-372; M. 156, 583-628), [2] (f. 136^v) monodia de excidio urbis Thessalonicensis (Allatii op. laud. p. 374-380; M. 156, 628-632. Cf. Krumbacher BL^2 p. 301).

4 (f. 139) synodicon dominica orthodoxiae recitari solitum (= Triodium, Venetiis ap. Iac. Leoncinum 1574, κ IIII - λ II; cf. Th. I. Uspenski *Sinodik v nedielo pravoslavia* in *Zapiski imp. novorossijkago Univ.* 59, 1893, p. 407 ss.), additis nominibus archiepiscoporum Thessalon., pro qua ecclesia scriptum est hoc synodicon temporibus, ut docet f. 169^v, Iohannis ⟨VII⟩ Palaeologi (1425-1448), Iosephi ⟨II⟩ patriarchae Cpolitani (mai. 1416 - iun. 1439) et Gregorii archiep. Thessalon. (post Gregorii mortem librarius alter eius elogium f. 181^r inseruit; tertia manus f. 181^r elogium successoris adiecit *Νήφωνος τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου τοῦ θειωτάτου μητροπολίτου Θεσσαλονίκης* etc. *πολλὰ τὰ ἔτη.* Elogia archiepiscopor. Isidori, Symeonis, Gregorii, Niphonis evolgavit ex nostro codice Allatius, Diatriba de Symeonum scriptis p. 186 ss.; qui Allatius synodicon Eugenio Nomophylaci tribuebat). In fine (f. 183) prima manus rubro notavit: *τέλος: † ἐτελιώθη δια χειρὸς* (litterae *δια χειρ* atramento rescriptae) *ἐμοῦ Κυριακοῦ* (*ριακοῦ* atram. rescript.) *ἁμαρτολοῦ τάχα καὶ διακόνου, καὶ δευτερεύωντος* (*ερ* atram. retract.)

τ... διακόνων (in marg. *τῶν διακόνων ita puto legendum Zac*⟨agnus⟩) *μηνὶ αὐγούστω ιθ΄ ἡμέρα ἔτους ,ς ϡ μ ζ΄* [p. Chr. 1439] *ἰνδικτίωνος β΄: † καὶ οἱ ἀναγινόσκοντες αὐτῷ, μέμνησθαι καὶ ὑπερ ἐμοῦ.*

5 (f. 184) *εἰς τὸν ἐν ἁγίοις πατέρα ἡμῶν καὶ θαυματουργὸν Γρηγόριον ἀρχιεπίσκοπον Θεσσαλονίκης τὸν Παλαμᾶν, κανών* (in marg. notatur *ἡ ἀκροστιχίς: ἡ σὴ πόλις στέφει σε τοῖς ὕμνοις πάτερ* [*νοις πε̄ρ* atram. retract.]*· ἡ δὲ τοῖς θεοτοκίοις Σχολάριος*). *ἦχου β΄· ὠδὴ α΄· δεῦτε λαοὶ ἄσωμεν.* Inc. *Ἡ ἐπὶ σοὶ λάμψασα χάρις.* Des. *καὶ ἡμεῖς ὁμοφρόνως ἐν ὕμνοις μεγαλύνομεν.*

Codex, qui exaratus videtur a sex librariis eiusdem aetatis (*a* ff. 1-96^r; *b* ff. 97-136^r; *c* ff. 136^v-138; *d* ff. 139-178; 180-181^r, 12; 182^v-183; *e* ff. 179. 181^r inde a lin. 13 et 181^v [exceptis linn. 11-13], *f* ff. 184-186^r), e tribus libris constat, ut quaternionum enumerationes demonstrant; quarum prima margini inf. extremae singulorum paginae sinistrorsum adposita, ff. 1-96 conplectitur; secunda, rubro adpicta angulo inf. int. ultimae paginae, ff. 97-137 (*α΄* folior. est 5; *ε΄* folior. 12); tertia, quae scripta est in marg. inf. med. postremae paginae, ff. 139-178. Additi sunt duo fasciculi, alter folior. 5, alter folior. 4, sine numeris. Officinar. chartariar. signa, quae, librum cursim percurrentes, notavimus: f. 2 ss. crux latina hastae in spiram desinenti superpositam, cui hastae littera, ut vid., *S* inligatur; f. 97 ss. forfices parvolae (cf. Lichačef n. 654); f. 121 ss. forfices grandiores (cf. Briquet nn. 3666. 3668). Chartas non nullas turpiter refectas deprehendes. Tituli, subscriptiones, litterae maiores et maximae rubro picta sunt. Emptus fuit cod. pro bybliotheca Vat. d. 20 febr. an. 1553 (v. Batiffol *La Vaticane* p. 126 n. 236).

F. III *πίνακα* exhibet m. saec. XVII-XVIII. Ff. I. II. IV. 355^{v}. 355^{a-b}. 356 vacua. Cf. Mutschmann in *Rhein. Mus.* 64 p. 246, ubi tamen perperam codex noster et Vat. 1338 (a Matth. Devario et ipse emendatus coniecturisque auctus) saeculo tribuuntur XVII.

In tegumenti tabulis auro inpressa exstant scuta Gregorii XIII et Guilelmi Sirleti card. byblioth. Ligaminum et catenae superant sola vestigia.

218 (olim 205). Saec. X, membran. (ff. 203-205 chart.), mm. 256×175, ff. II. 207, linn. 33 (ff. 1-2, linn. 34).

1 (f. 1) **Anthemii Tralliani** fragmentum *περὶ παραδόξων μηχανημάτων* (Westermann, scriptores rerum mirabilium graeci p. 149-158).

2 Pappi Alexandrini conlectionis (f. 3) libri II fragmentum; — (f. 8) lib. III; — (f. 31) lib. IV; — (f. 56) lib. V; — (f. 87^{v}) lib. VI; — (f. 118^{v}) lib. VII; — (f. 184^{v}) lib. VIII (p. 2-1134 Hultsch). Scholia marginibus adscripta sunt, quae ex hoc cod. ed. Hultsch p. 1166-1188.

In ff. 203-205 chartaceis loca non nulla folior. 171-176. 180. 182. 183 madore et situ evanida vir quidam doctus saec. XVI rescripsit. In marg. sup. dextro f. 203 legitur nota autographa *Vide etiam Cod. MS. Urbin. Gręc. n. 72 fol. 83. Elias Baldus.*

Codex, ex quo reliqui Pappi Anthemiique libri quotquot huc usque innotuerunt pendent, eleganter scriptus est; figurae adcuratissime delineatae. Tituli et subscriptiones, unc. parvis, partim ea videntur manu exarata, quae ut plurimum figuris litteras adpinxit. Leguntur in marginibus, praeter scholia a librario coaequali adposita, conplura additamenta paullo serioris aevi. Notulae vero, quae imis in ff. 53^{v}. 55^{v}. 90^{v}. 98^{v}. 106^{v}. 170^{v}. 186^{v}. 202^{v} rectum fasciculorum ordinem, olim turbatum, restituunt, viro cuidam studioso tribuendae sunt saec. XVI, nomine Zachariae (f. 202^{v} *ζαχαρίας διωρθώσατο καὶ τοῦτο*).

Quaternionum 25 (ff. 1-2 ex alio sunt libro vix recentiore desumpta, ut etiam demonstrant linearum numerus diversus, litterae inclinatae, atramentum flavum) notae graecae ab ipso librario adpictae angulo sup. ext. primae singulorum paginae, omnes, marginibus glutinatoris ferro decurtatis, effluxerunt (quam vides f. 11^{r} non est litterula ζ', ut prima fronte credideris, sed cauda illa qua litteras numerales librarius subnotare consuevit). Quaterniones signati fuerunt etiam (saec., opinor, XV) in marg. inf. extremae singulorum paginae dextrorsum, numeris romanis, et in angulo inf. int. paginae primae, numeris arabicis.

Summo f. I^{r} manus saec. XVIII-XIX scripsit *sęc. XII,* quae nota in errorem induxit Westermann, scriptores rer. mirab. p. XVIII, et Fridericum Hultsch, Pappi Al. collectionis reliquiae I p. VII. II^{v} *πίναξ* manu saec. XVII-XVIII, quem latine conplevit Hieronymus Amati: notulam addidit de conlectionis fragmenti libri II editione Oxoniensi an. 1688 *Sp*(ezi Iosephus). 1^{r} imo marg. antiquior codicis nota *n° 152* (corr. *218*). Ff. I^{v}. II^{r}. 206. 207 vacua. Membranarum acies aurata.

In dorso scuta Pii IX et A. Maii card. byblioth.

219 (olim 204). Saec. XVI, chart., mm. 305 × 229 (— 30-39 librarii oscitatione omissis), linn. 28.

1 (f. 1) *Ἀθηναίου περὶ μηχανημάτων* (ed. C. Wescher *Poliorcétique des Grecs,* Paris 1867, p. 3-40).

2 (f. 20) *Ἥρωνος Κτησιβίου* (corr. supra lin. ex *Κτησεβ.*) *βελοποικά* (edd. Köchly-Rüstow *Griechische Kriegsschriftsteller* I, Leipzig 1853, p. 200-238; Wescher, op. laud. p. 71-119; R. Schneider *Geschütze auf handschriftlichen Bildern,* Metz 1907, p. 34-62 [om. introd. et fin.]).

3 (f. 44) *ἐκ τῶν Ἀπολλοδώρου πολιορκητικά* (edd. Wescher, op. laud. p. 137-192; R. Schneider *Griechische Poliorketiker* in *Abhandlungen d. k. Gesellschaft d. Wissenschaften zu Göttingen N. F.* X n. 1 p. 9-50). Subicitur tractatus inscriptus

4 (f. 62v) *κατασκευὴ ἑλεπόλεως κόρακος λεγομένη* (sic). Inc. *Ἡ ἑλέπολις αὕτη.* Des. *ἐν ταῖς ἐπικλήσεσιν* (ed. Thévenot, mathematici veteres, Parisiis 1693, p. 43-48). Subnectitur

5 (f. 67, 3) **Philonis** liber IV *περὶ βελοποικῶν* inde a vv. *ὅταν εἰς ἔλασσον* (Köchly-Rüstow, op. laud. I 242, 15-316) et (f. 89) lib. V quod. inc. *Φίλων Ἀρίστωνι χαίρειν,* des. *ἀνήκεστον παθών* (Thévenot, op. laud. p. 79-104). Tituli desunt in codice, sed in marg. f. 67 ⟨L. Allatius⟩ notavit *Sunt ex 4. Philonis ut videre est ex Codice 1164. p. 139;* absoluto autem lib. IV, rubro scriptum legitur *ἐπληρώθη τὸ τέταρτον.*

6 (f. 110v) **Iulii Africani,** praemisso (f. 109v) capitum indice, *κεστοί* usque ad vv. *μετὰ τῶν τοῦ ζυγοῦ λοχαγῶν* (ed. Thévenot, op. laud. p. 275-313). Titulus desideratur, sed in marg. ext. f. 109v nota exstat *Africani Cestorum liber uti uidere est in Cod.... enti* (scriptum erat perperam *praecedenti* pro *subsequenti*) *pag. 212. b. Zac(agnius).* In fine, f. 151, manus rec. plumbo notavit *Desunt tres lineae v. Cod. 1164 fo. 177v.*

7 (f. 151v) anonymi (an Heronis Tertii? v. Lambec.-Kollar, bibl. Vindobon. VII 431 s.) de obsidione toleranda: *ὅπως χρὴ τὸν τῆς πολιορκουμένης πόλεως στρατηγὸν πρὸς τὴν πολιορκίαν* (sequitur unius verbi spatium) *καὶ οἷος* (sic) *ἐπιτηδεύμασι ταῦτα ἀποκρούεσθαι,* usque ad vv. *ὅπως ἑκάστη πληρωθείη* (ed. Thévenot p. 317-330, 23), quibus (f. 171v, 6) nulla distinctione facta subnectuntur illa *ἐπὶ τῷ στόματι — ὀξυάρτου οἱ ἀναπέμψαι* (ed. laud. p. 361-364). Lacuna 5 linn. in f. 163 post vv. *ἐκ τῶν ἀσπίδων γινομένην σύγκλεισιν.*

8 (f. 177) anonymi (an Heronis Tertii? v. Lambec.-Kollar, op. laud. p. 430 s.) *παρεκβολαὶ ἐκ τῶν στρατηγικῶν παρατάξεων περὶ ὁποῖον εἶναι δεῖ τὸν στρατηγόν.* Inc. *Ὅτι ἐπιμελητὴν καὶ ὀξὺν* (ut e. g. in cod. Ambros. C 262 inf., f. 129, ap. Martini-Bassi II 1010). Des. in cap. inscripto *πῶς ὀφείλει στρατηγὸς ἐν νυκτὶ πολεμίους καταφόβους ποιεῖσαι καὶ πόλεμον αὐτοῖς χαλεπὸν ἐπιστῆσαι,* verbis *ὥσπερ Σκηπίων Καρχηδονίοις πεποίηκεν.*

9 (f. 210) *στρατηγικὰ παραγγέλματα.* Inc. *Ὅτι δεῖ ἐπιφέρεσθαι τὸν στρατηγὸν τζαπία.* Des. *τοῦ ἀπλήκτου ὁ ποταμὸς* (ut e. g. in cod. Ambros. laud. f. 144v ss., qui codex partim ex nostro pendet; v. Martini-Bassi II 1011).

10 (f. 218v) **Leonis philosophi** imperatoris militares constitutiones, praemisso (f. 216v) indice capitum. Usque ad constit. XVIII 126 vv. *χρὴ οὖν αὐτοῖς τότε προσβάλλειν* (f. 343, 2-3) cum editis ap. M. 107, 672-976 c 3 plus minusve consentit. Extrema vv. *καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἀρχόντων - καὶ παραλείψουσι* ab edd. omnino differunt.

11 (f. 343, 12) ⟨incerti scriptoris byzantini saec. X liber de re militari⟩ (ed. R. Vári, Lipsiae 1901, p. 1-53; cf. p. xv).

12 (f. 371) **Nicephori Phocae** (? an Urani? Cf. I. Kulakovskij in *Byz. Ztrschr.* 11, 1902, p. 547 ss.) de velitatione bellica, praemisso (f. 370) indice capitum. Mut. des. vv. *ὁ οὖν ταύτῶν παρασκευ,* nota *λείπει* addita in marg. (M. 117, 925-1008 B 2).

13 (f. 410) *πολεμικῶν παρασκευῶν διάταξις: ~ ιζʹ. περὶ ναυμαχίας,* id est **Leonis** philosophi tact. constitutio XIX (M. 107, 989-1013).

Quattuor priora opera figuris instructa sunt variis coloribus satis diligenter pictis: in quinto spatia ad illas excipiendas reliquit scriba, ipsae tamen figurae ubique desiderantur (non nullae etiam desiderantur in Athenaei libro, ut spatia vacua docent).

Fasciculi 51 (quaterniones, si 51 excipias quinionem) litteris numeralibus graecis pariter atque notis arabicis signati fuerunt ad ang. sup. ext. primae singulorum paginae: fasciculo ultimo duo folia adiecta sunt sine numero. Officinar. chartariar. signa: f. 3 ss. galerus praelaticius, cui crux superstat (cf. Briquet n. 3415); f. 245 ss. circulus linea recta divisus (cf. Br. n. 3075); f. 336 ss. ancora circulo inscripta, cui superinponitur stella sex radiorum (cf. Br. n. 485). Tituli et litterae grandiores rubrae; ornamentum Athenaei operi praefixum (f. 1r) rubro caeruleo viridi fusco colore pictum est. Scripserunt codicem duae manus, quarum altera, vix recentior, f. 410 ss.

F. Ir ad ang. sup. ext. numerum praebet *45.* IVr continet *πίνακα* manu saec. XVII-XVIII. Summo f. 1r *τὸ παρ(ὸν) βιβλίον, κτῆμα ἦν ἐμοῦ γεωργ(ίου) κόμ(ητος) τοῦ κορινθ(ίου) | ὅτε τάδε ἐγράφετο: ~* In marg. sup. f. 421v *τὸ παρ(ὸν) βιβλίον κτῆμα ἦν, γεωργ(ίου) κόμητος | κορινθίου, τοῦ ἐκ μονεμβασί(ας), ὅτε | τάδε ἐγράφετο;* in marg. inf. quaedam perverse scripta, nunc erasa, quae referre operae pretium non visum est. 422r *φυλλ ,υςʹ* ‖ *406.* Ff. I-III. IVv (a glutinatore adiecta), V. 406-409, denique 422-429 (a glutinatore addita) vacua sunt. Descripsit codicem C. Wescher *Poliorcétique* p. XXXIII ss.

Foliorum acies aurata; tabulae corio purpureo obductae aureisque ornamentis inpressae, aureum titulum prae se ferunt *αθηναιου· μηχ.* litteris capit.: ligaminum ex corio reliquiae non nullae supersunt, catenae vero sola vestigia.

220 (olim 1080). Saec. XVI med., chart., mm. 318 × 220, ff. II. 357, linn. 39.

1 (f. 1) **Onosandri** strategicus inde a vv. *Φημὶ τοίνυν*, omisso scil. prohoemio (ed. Köchly, Lipsiae 1860, p. 3, 23-63). Titulus legitur in marg. *Onosandri στρατηγικός*.

2 (f. 30) **Mauricii** (s. Urbicii, v. R. Vári *Urbicius taktico-strategikus munkájának firenzei kódexe* in *Egyetemes Philologiai Közlöny* 19, 1895, p. 820-825; cf. *Byz. Ztschr.* 6, 1897, p. 589; 15, 1906, p. 67 ss.) strategicorum lib. I; — (f. 36) lib. II; — (f. 43) lib. III; — (f. 51^{v}) lib. IV; — (f. 55) lib. V; — (f. 56^{v}) lib. VI; — (f. 58) lib. VII; — (f. 61) lib. VIII; — (f. 73) lib. IX; — (f. 81) lib. X; — (f. 84^{v}) lib. XI; — (f. 88) lib. XII. Singulis libris capita praemittuntur. Lib. I inc. *Εἰς τὸ τοξεύειν πεζῇ συντόμως:* XII des. *ἄνθρωποι τοῦ φοσσάτου ἀγνοοῦντες, περιπίπτουσιν ἐν αὐτοῖς.* Opus edidit Scheffer, Arriani tactica et Mauricii ars militaris, Upsala 1664: inpressa tamen cum codice nequivimus conferre.

3 (f. 102^{v}) **Urbicii** inventum. Inc. *αἱ μὲν προτεταγμέναι τάξεις.* Des. *τῶν πολεμίων ἐθισθήσεται* (ed. N. Rigaltius, Onosandri strategicus, Lutetiae Paris. 1599, p. 123-130).

4 (ff. 117. 119^{v}-126) *Βίτωνος κατασκευαὶ πολεμικῶν ὀργάνων καὶ καταπελτικῶν* (ed. Wescher *Poliorcétique des Grecs* p. 43-68). Post vv. *τυγχάνει ὑπόκειται* (p. 48, 1) leguntur vv. (f. 117^{v}) *Ἐὰν δὲ βουλώμεθα γνῶναι τὰ πάχη — διπλοῖς κηλωνίοις ἐπεζεῦχθαι,* quae in ed. laud. non repperimus; in ff. vero 124^{v}-126 vacuis relictis vv. describenda erant *τούτου δ' ἐχόμενόν σοι — οἷόν ἐστιν ὑπογέγραπται* (ed. laud. p. 64, 4-67, 3).

5 (ff. 118-119^{r}. 110-116) *Ἀθηναίου περὶ μηχανημάτων* (ed. Wescher, op. laud. p. 3-40. Notandum tamen in f. 111, 11 omissa esse vv. *καίτοι σφόδρα — ἐν αὐτῇ ὄντες ἐργάζωνται* (p. 15, 8-20, 3).

6 (f. 126^{v}) *Ἥρωνος χειροβαλλίστρας κατασκευὴ καὶ συμμετρίας* (post Wescher, op. laud. p. 124-134, et V. Prou *La chirobaliste d'Héron* in *Notices et extraits des mss. de la Bibl. Nat.* 26 II 116-149, iterum evolgavit Rud. Schneider *Herons Cheiroballistra* in *Bullettino dell'imperiale Istituto archeologico germanico, sez. romana* 21, 1906, p. 146-162).

7 (f. 129-139. 145-151) *Ἥρωνος Κτησιβίου βελοποιικά* (ed. Köchly-Rüstow *Griechische Kriegsschriftsteller* I, Leipzig 1853, p. 200-226, 26; ed. Wescher, op. laud. p. 71-119).

8 (f. 141-142. 152-174) *ἐκ τῶν Ἀπολλοδώρου πολιορκητικά* (ed. Wescher, op. laud. p. 137-192. Desunt in cod. vv. *Ὑπεθέμην καὶ ὡς — ἵνα ἠρέμα συνέρχηται,* sc. p. 193, 1-5).

9 (f. 174) *κατασκευὴ ἑλεπόλεως κόρακος λεγομένης* (ed. Thévenot, mathematici veteres p. 42-48).

10 (f. 179^{v}) *ἐκ τῶν Φίλωνος βελοποιικῶν, λόγος δ'* (ed. Köchly-Rüstow, op. laud. p. I 240-316). Subditur (f. 197^{v}) lib. V sine tit. (ed. Thévenot, op. laud. p. 79-104).

11 (f. 214) **Iulii Africani** *κεστοί*, praevio (f. 212^{v}) capitum indice (ed. Thévenot, op. laud. p. 275-313).

12 (f. 226^{v}) anonymi de toleranda obsidione (*ὅπως χρὴ τὸν τῆς πολιορκουμένης πόλεως στρατηγὸν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀντιτάττεσθαι· καὶ οἵοις ἐπιτηδεύμασι ταύτην ἀποκρούεσθαι*) usque ad vv. *ὅπως ἑκάστη πληρωθείη, ἐπὶ τὸ στόματι τοῦ λιμένος,* adposita nota in marg. *λείπει* (ed. Thévenot, op. laud. p. 317-330, 23). Lacunam 4 linn. et dimid. invenies post vv. *ἐκ τῶν ἀσπίδων γινομένην σύγκλεισιν* (cf. cod. 219, 7).

13 (f. 248) **Leonis philosophi** militares constitutiones, ut in cod. 219, 10, praevio (f. 246) indice capitum, qui in ff. insiticiis minoris formae ab alia exaratus est manu eiusdem aevi pariter atque Leonis textus usque ad constitut. V inclus. Extrema huius constitutionis vv., scil. *πάντα ὄργανα — κατὰ τὸ ἀναγκαῖον εἴδη φέρει* (quae edita invenies ap. Thévenot p. 330), leguntur etiam f. 263 ab ipso codicis librario descripta.

14 (f. 321) ⟨incerti scriptoris byzantini saec. X lib. de re militari⟩ usque ad c. 14 inclus. (f. 334, 11). Ed. Vári p. 1-25.

15 (f. 334, 11) ⟨**Nicephori Phocae** (? cf. cod. 219, 12) velitatio bellica⟩ a c. 8 vv. *ἡμιόνων χρεμετισμούς* ad c. 16 vv. *τοὺς οἰκείους ἀγωνιζωμένους* (M. 117, 945 B 11 - 977 A 10), quibus subnectuntur

16 (f. 352, 13) ⟨**Aeliani** tacticae theoriae⟩ duo fragmenta. Primum inc. *αἱ δὲ πλάγιον τὸν ἀριθμόν,* des. *ἑκατὸν δεκατριῶν* (adduntur, f. 353, schemata). Alterum inc. (f. 354) *ὀρθία δὲ, ὅταν ἐπὶ κέρας,* des. mut. *ἐκπερισπασμὸς ὅταν* (Köchly-Rüstow *Griechische Kriegsschriftsteller* II 342, 6 - 352, 13; 410, 2 - 424, 8-9).

In marginibus exstant conrectiones et subplementa manu coaeva. Tractatibus 4-8 nec non Leonis operi figurae accedunt calamo delineatae.

Fasciculos librarius non numerasse videtur, qui saepe tamen in marg. inf. int. ultimae singulorum paginae prima subsequentis verba derecte scripsit. Non nulli signa astronomica praebent in ang. inf. interno paginae extremae (v. ff. 117^{v}. 125^{v}. 133^{v}. 141^{v}. 149^{v}: in marg. ext. inf. ff. 125^{v}. 133^{v} invenies litt. num. *α'. β'*, in ff. 141^{v}. 149^{v}. 159^{v} numeri arabici *3. 4. 5*). Fasciculi duo insiticii (= ff. 246-262), quorum prior quaternio, alter folior. 9, signati sunt in marg. inf. medio priorum folior. *a i - a iiii; b i - b iiiii.* Tituli et litterae grandiores rubra. Officinar. chartariar. signa, quae perspeximus: f. 2 ss. flos quidam circulo inscriptus, cui superinponitur stella (cf. Briquet n. 6683);

f. 8 ss. forfices (cf. Br. n. 3763); f. 36 ss. et alibi sagittae duae decussatae, quibus superstat stella sex radiorum (cf. Br. n. 6300); f. 119 ss. stella sex radiorum circulo inclusa; f. 247 ss. (addit.) scutum gentilicium quattuor stellulis sex radiorum insignitum (cf. Br. n. 1441).

F. Ir continet indicem latinum ⟨a R. Vernazza, ut opinor, digestum⟩; f. IIr πίνακα manu saec. XVII-XVIII, in parte vero inf. sigillum bybliothecae Nationalis Paris., quod iteratur imo in f. 1r et in f. 385r. Ordinem turbatum ff. 117v. 119r notulis adpositis restituit Zaccagnus. Quae plumbo notata leguntur in marg. ext. f. 197v Carolo Hase tribuas. Alia alibi plumbo similiter scripta manus recentissimae videntur. Vacua sunt ff. Iv. IIv. 104-109. 112r (magna ex parte), 123r (magna ex parte), 123v. 124v. 125r 126r (partim), 131r (partim), 136r (fere totum), 136r (fere totum), 137r. 140. 143-144. 147r (fere totum), 148-149. 151v. 159v. 160r (partim), 177v. 178. 179r. 242v. 243-245. 262v (fere totum), 283r (partim), 283v. 284-286. 347v. 348. 349. 355v. 356-357.

Codex in bybliotheca Vaticana descriptus fuit (cf. Wescher *Poliorcétique* p. XXXIV) ab Emanuele Graeco an. 1548 (v. Léon Dorez *Le registre des dépenses de la bibliothèque Vaticane de 1548 à 1555*, in p. 168 fasciculi Iohanni Willis Clark dicati).

Tegumenti dorsum stemmatis ornatur Leonis XIII et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

221 (olim 203). An. 1535-1549, chart., mm. 330×218, ff. VI, pp. 356 (+ pp. 296a-n, 318a-l, 330a-h a librario non num.), linn. 36.

1 (p. 1) **Aristoxenis** harmonicorum elementorum lib. I; — (p. 16) lib. II; — (p. 31) lib. III (ed. Marquard p. 2-108; ed. Macran p. 95-164).

2 (p. 40) **Cl. Ptolemaei** harmonicor. lib. I; — (p. 76) lib. II; — (p. 120) lib. III (Wallis, opp. math. III 1-151). Singulis libris praemissa sunt (pp. 39. 75. 119) capita illa quae ap. Wallis initio inpressa leguntur. Librum III excipiunt (p. 148-152) figurae sex (cf. Wallis III pp. 143. 147. 507. 369).

3 (p. 153) **Porphyrii** commentarius in Ptolemaei harmonicor. I 1-4 (Wallis, opp. math. III 189-265).

4 (p. 225) **Plutarchi** de musica *.

5 (p. 249) *Θέωνος πλατωνικοῦ συγκεφαλαίωσις καὶ σύνοψις τῆς ὅλης μουσικῆς.* Inc. *Ἐπεὶ δὲ καὶ συμφώνους τινάς φασιν.* Inest p. 254 tit. *ἐκ τῶν τοῦ Πάππου.* || *περὶ φθόγγων. περὶ διαστημάτων. περὶ γενῶν. περὶ συστημάτων. περὶ τόνων. περὶ μεταβολῶν. περὶ μελοποιΐας.* Des. *κατὰ τὸ ἡρμοσμένον πραγματείας.*

6 (p. 265) **Cleonidis** isagoge harmonica (Ianus, musici scriptores graeci p. 179-207). Subditur, sine nomine auctoris,

7 (p. 274) ⟨**Euclidis** sectio canonis⟩ (in cod. *περὶ φθόγγων.* Ianus, op. laud. p. 148-165).

8 (p. 281) **Gaudentii** isagoge harmonica (Ianus, op. laud. p. 327-355).

9 (p. 297) **Alypii** isagoge musica (Ianus, op. laud. p. 367-406).

10 (p. 319) **Bacchii Gerontis** isagoge (Ianus, op. laud. 292-316).

11 (p. 327) **Bacchii** ⟨personati vel potius **Dionysii**⟩ *εἰσαγωγὴ τέχνης μουσικῆς.* Inc. *Τῇ μουσικῇ τέχνῃ πᾶσαν τὴν δογματοποιΐαν.* Des. *χρῶνται δὲ τῇ αἰσθήσει κριτηρίῳ ἄλλων οὕτως* (quibus verbis duo diagrammata subiciuntur). Ed. Bellermann, anonymi scriptio de musica etc., Berolini 1841, p. 101-108.

12 (p. 331) *ἀνώνυμον σύγγραμμα περὶ μουσικῆς.* Inc. *Ῥυθμὸς συνέστηκεν ἔκ τε ἄρσεως καὶ θέσεως καὶ χρόνου.* Des. *κῶλον ἑξάσημον.* Subiciuntur notae musicae.

⟨Ioh. Honorius a Mallia⟩, qui codicem totum eleganter descripsit, fasciculos sine notis reliquit, paginas adcurate enumeravit, omissis tamen chartis vacuis. Officinar. chartariar. signa vidimus: in ff. praeviis et in p. 97 ss. duas sagittas decussatas, quibus stella superstat sex radiorum (cf. Briquet n. 6300); in p. 39 ss. ancoram circulo inscriptam, stella sex radiorum superinposita (cf. Br. n. 485). Tituli lemmata litterae grandiores rubro exarata. Titulo Aristoxeni harmonicor. libri I partim litteris cap. aureis exarato (p. 1) praefigitur ornamentum variis coloribus, auro argentoque pictum, in quo Farnesiana lilia recurrunt. Eiusdem libri littera initialis aurea in pagina purpurea et caerulea aureis flosculis distincta renidet. In marg. inf. Pauli III stemma belle pictum et coronatum duo genii sustentant, quibus chartula circumvolvitur illud continens *ὄλβιος ἀεί* litt. cap. aureis: inferius inscriptio, et ipsa litt. cap. aureis exarata, *liberalitate. Pauli. III. Pont. Max.* De hoc cod. cf. Ianus, musici scriptores graeci p. LXXII s.

In tegumento priore averso ad ang. sup. ext. exstat numerus *44*. F. IVr *πίνακα* exhibet saec. XVII-XVIII digestum. Post p. 164 charta una excisa est, nulla tamen textus iniuria. Vacua sunt ff. I-III. IVv. V. VI, pp. 100. 152. 296a-n. 318a-l. 330a-h. 347-356. Foliorum sectura inaurata.

* Opercula corio purpureo contecta liliisque Farnesianis aureis et argenteis distincta, ligaminum ex corio reliquias non nullas praebent, catenae vero sola vestigia.

222 (olim 1085). Saec. XIV-XV. chart., mm. 210×150, ff. I. 77, linn. 22-26 et (inde a f. 64) 36.

1 (f. 1) **Cleomedis** de motu corporum caelestium lib. I et (f. 32v, 14) lib. II (tit. add. in marg. rubris litt. *τέλος τοῦ α΄ καὶ ἀρχὴ τοῦ κλεομήδους μετεώρων β΄.* Ed. Ziegler, Lipsiae 1891, p. 2-228). Exstant scholia in margin. et glossae non nullae inter lin. Ff. 12. 13r. 26v. 34r. 57r. 58r figurae delineatae sunt, quae in ed. desiderantur; alibi (ff. 26r. 39v. 60v) spatia vacua reliquit librarius ad figuras excipiendas.

2 (f. 64) *τοῦ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων, τοῦ Πεδιασίμου, ἐξηγήσεις μερικαὶ εἰς τινὰ τοῦ Κλεομήδους σαφηνείας δεόμενα: ~ εἰς τὴν ἐπιγραφήν: ~ Κλεομήδους κυκλικῆς θεωρίας, μετεώρων πρῶτον: ~* Inc. *Κυκλικοῖς μὲν εἴρηται, διότι εἰσὶ καὶ μετέωρα.* Des. *τῷ αὐτῷ ἴσα, καὶ ἀλλήλοις ἐστιν ἴσα* (cf. D. Bassi in *Rendiconti del regio Istituto lombardo di scienze e lettere* 1898, pp. 1415).

F. 72^v scholium *παλαιόν* inscriptum (*Τίθεται δὲ καὶ ἐν χειμεριναῖς κτλ. Ἔστι δὲ ἡ καταγραφὴ τοῦ σχήματος κτλ.* (cf. Bassi p. 1416 nota 40).

Codicem efficiunt fasciculi 8 (quaterniones, ultimo excepto folior. 7) rubris litt., interdum perevanidis, graece signati ad ang. inf. int. primae et postremae paginae (*α'. β'* desiderantur) + quatern. 1 et ff. 5. Officinar. chartariar. signa: f. 1 ss. duo circuli linea recta in crucem desinente divisi (cf. Briquet n. 3168); f. 65 ss. cervi caput (cf. Br. n. 15557). Scripserunt duo librarii: *a* ff. 1-63; *b*, paullo recentior, ff. 64-73. Tituli et litterae grandiores, glossae interiectae et lemmata non nulla rubro exarata.

F. I^r *πίναξ* manu saec. XVII-XVIII et in frustulo membran. adglutinato *Cleomedis isagogœ. | de Cœlo . | . 1085;* inferius (rec. m.) *222 Vat gr.* F. 1^r Cleomedis operis titulus evanidus uno et altero loco atramento retractatur. 58^r (Cleomed. II 6) figura delineata est, lunae eclipsin ostendens. 63^v summo marg. signa planetarum. Folii 74 pars exterior tantum superest, ubi pauca geometrica: *λόγος ἐστὶ. δύο ὅρων ὁποιωνοῦν. σχέσις. οἷον ὡς τὰ ιβ' πρὸς τὰ ς' καὶ τὰ δ' πρὸς τὰ β'* etc., *αἱ τρεῖς τοῦ τριγώνου γωνίαι, δυσὶν ὀρθαῖς, ἴσαι εἰσίν, ἡ ἐκτὸς τῇ ἐντὸς καὶ ἀπεναντίας καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ* etc. (cum figuris). 75^r summo in marg. † *ἰδέας σχημά-τ(ων) τ(ῆς) (σελήνης) ὁ κλεομήδης... (καὶ) τὸ πλῆρες.* 75^v summo marg. *N° 9;* marg. imo *1085. v. | 222. n.* 76^v saec. XV notatum est *cleomedes isagoge de motu cęli | κλεομήδ(ης) εἰσ-αγωγή:* alia m. add. *Locus 51 | τόπος να'*, unde adparet codicem ad bybliothecam Bessarionis cardinalis pertinuisse (cf. cod. 254 et Urb. gr. 137; praeterea H. Omont *Inventaire des manuscrits grecs et latins donnés à S. Marc de Venise par le card. Bessarion* in *Revue des bibliothèques* IV, 1894, p. 137). 77^r, praeter figuram quamdam bis delineatam, perverse scriptum exstat *δεκέβριος ἰούνιος | αἰγόκαιρως ὑδροχόος.* Ff. I^v. 73^v. 74^v. 76^r. 77^v vacua. In ima facie legitur *κλεομηδης.* Emptus est codex pro bybliotheca Vaticana ab A. Eparcho d. 8 april. 1551 (v. Batiffol *La Vaticane* p. 118 n. 160).

Tegumenti dorsum scuta praebet Leonis XIII et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

223 (olim 208). Saec. XIV, membran. (ff. II-V. chart.), mm. 174×113, ff. IX. 149, linn. 19, **rescriptus.**

I (script. rec.)

1 (f. 1) **Cleomedis** de motu corporum caelestium lib. I; — (f. 55) lib. II (ed. Ziegler p. 2-228). Exstant in marg. lemmata, figurae et scholia. In fine, rubr. litt. † *τέλος Κλεομήδους κυκλικῆς θεωρίας μετεώρων δευτέρου* † | † *τέλος τῶν Κλεομήδους μετεώρων* † | † *εἴληφε τέλος Κλεομήδους ἡ βίβλος* †.

2 (f. 105) **Aristotelis** de mundo (ed. Bekker p. 391-401).

3 (f. 133) *ἐξήγησις μερικὴ περὶ τοῦ ἀστρολάβου* † (in marg. add.) *σαφεστάτη καὶ σύντομος* (partim ed., scil. usque ad vv. *τὸ κέντρον τοῦ μεσονυκτίου*, H. Hase in *Rhein. Mus.* VI, 1839, p. 158-160. Quae sequuntur capita, quantum equidem scio, nondum typis evolgata sunt: (f. 135) *περὶ τῶν ιβ' οἰκοδεσποτιῶν* (*Ἴσθι δὲ καὶ τοῦτο ὡς οἱ ἀστρονόμοι* etc.); — (f. 137^v) *περὶ τοῦ εἰδέναι καὶ τὰ μέρη τῆς μοίρας* (*Ἐπεὶ δὲ καὶ κατὰ τὰς* [corr. supra lin. *τοὺς*] *παραλλήλους* etc.); — (f. 138) *περὶ τοῦ εἰδέναι τοὺς πλανήτας ἐν ποίᾳ οἰκοδεσποτείᾳ εὑρίσκονται* (*ὅτε δὲ βούλει εὑρίσκειν εἰς ποίαν οἰκοδεσποτείαν ἔνι* etc.); — (f. 138^v) *περὶ νυκτερινῶν ὡρῶν* (*ὡσαύτως εἰ βούλει γινώσκειν — καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς μεθόδου τῆς ἀστρολάβου*). Cf. cod. 184, 1.

4 (f. 139^v) sine tit. inc. *Ζητητέον, διατί ὁπόση ἐστὶν ἡ διὰ τὸν ἔκκεντρον προσθαφαίρεσιν τοσαύτη παραδίδοται,* des. *ὅτε δ' ἐκεῖνο ἀφαιρετικὸν, προσθετικὸν τὸ ἕτερον διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας.* Subicitur figura.

5 (f. 141^v) sine tit. inc. *Σφαιροειδοῦς τῆς γῆς οὔσης, ζῶναι αὐτῆς εἰσὶ πέντε: εὔκρατοι μὲν δύο αἱ μεταξὺ τῶν τροπικῶν,* des. *εἰς τὸ ὅριον αὐτοῦ δυνάμεις δύο. καὶ εἰς τὸν δεκανὸν αὐτοῦ μίαν.*

F. VI^r post scholium de itinere sabbatico (*σαββάτου ὁδὸς ὥς φησιν Ὠριγένης, χιλίων πηχῶν — ὃ διάστημα ἐξῆν τοῖς προσκυνοῦσι τὴν ἁγίαν σκηνὴν βαδίζειν ἐν σαββάτῳ*), *τὰ μέρη τοῦ ͵ς' (⟨ἥμ⟩ισυ ͵γ': τρίτον, ͵β': τέταρτον, ͵αφ' — ἑξακισχιλιοστὸν, α':).*

F. VI^v *περὶ τῶν τῆς σελήνης σημείων πρόγνωσις εὐδιεινοῦ ἀέρος καὶ χειμῶνος* (*Τριταία οὖσα λεπτὴ καὶ καθαρὰ φαινομένη — ἡ ἐρυθρὰ ἅλως ἀνέμων μελλόντων σημεῖον*) et *περὶ τῶν τοῦ ἡλίου σημείων πρόγνωσις χειμερινοῦ ἀέρος καὶ εὐδιεινοῦ* (*Ἥλιος ἐρυθρὸς ἀνατέλλων καὶ μελαινόμενος — ἐπ' εὐρύτερον δὲ ἐπαυξόμενος κατὰ ἀνατολὴν εὐδίαν σημαίνει*). F. VII^v *τὸ εἰς πρῶτον τοῦ πρώτου τῆς γεωμετρίας* diagrammata varia.

F. IX^v *σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων — καὶ λόγους ἔχουσι τῆς φύσεως αὐτῶν. καὶ τῆς χρείας· εἰ καὶ ἡμῖν ἀνεφίκτους.*

F. 147 ⟨de duodecim gemmis⟩ (inc. *σάρδιον τὸ καὶ βαβυλώνιον καλούμενον πυροπὸς μέν ἐστιν αἱματώδης,* des. *ὀνύχιον ξανθὸν* (?) *μέν ἐστιν. εὑρίσκεται δὲ τῷ ἐν αὐτῷ ὄρει* (ex Epiphanio; cf. M. 43, 293-301 et cod. 224, 13).

Folium in fine add., ex Missali multo grandiore avolsum est, saec. XI exarato, continet autem orationes in Epiphania, in octavis Epiphaniae et XVIIII kal. febr. (nat. s. Felicis) dicendas, quas orationes fere omnes in sacramentario Gregoriano repperimus.

II (script. antiqua)

Codex antiquior, scil. saec. X-XI, ex quorum foliis lotis erasis plicatis novus liber minoris formae factus est, continuit ⟨**Iohannis Scholastici** nomocanonem⟩ (v. f. 144^v *Πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἢ ὑποδιάκονος μετὰ τὴν χειροτονίαν γάμοις προσομιλῶν, ἢ παλλακὴν ἐπεισαγαγὼν φανερῶς ἢ ἐσχαματισμένως τῆς ἱερωσύνης ἐκπίπτων ἰδιότης ἔστω: ⁓ Ἐπίσκοπον δὲ μηδεμίαν παντελῶς γυναῖκα ἔχειν ἢ μεταυτῆς οἰκεῖν συγχωροῦμεν* etc. [= tit. 27; v. G. Voelli et H. Iustelli bibliothecae iur. can. vet. II 634]: in marg. *ἀνάγνωθι τὸν δεύτερον κανόνα τοῦ παρόντος τίτλου* [cf. Pitra, iur. eccl. Graec. hist. I 451]).

Constat liber fasciculis 18 (quaternion., ultimo excepto, ternione) graece numeratis ad ang. inf. int. primae et ultimae paginae + ff. IV initio et VI in fine adiectis. Tituli et ornamenta titulis inposita, lemmata, figurae (ut plurimum), litterae grandiores pariter atque maximae minio picta.

F. IV^{r} *πίναξ* saec. XVII–XVIII exaratus. VI^{r} summo marg. *τρ⟨ύγο⟩πος τὸ κοινῶς σακελιστήρι(ον)*. IX^{v} in parte inf. manus saec. XV prima verba fragmenti quod praecedit rescripsit; alia m. subiecit † *τόπος ἐστὶ πέρας τοῦ περιέχοντος, καθὸ περι|έχεται τὸ περιεχόμ(ενον)*. Summo f. 1^{r} ipse librarius titulum operis rescripsit † *κλεομήδους. κυκλικ(ῆs) θεωρί(ας): † κλεομήδους περὶ μετεώρ(ων) τ(ῶν) δύο πρῶτ(ον):* 104^{v} saeculo XIV nescio quis notavit *Mitte arcana dei celumque in q(ui)rere q(ui)d sit* idemque scripsit f. 146^{v} *Non e(st) amic(us) noster q(ui) nost(r)a bona tollit | Ad honore(m) dei santeq(ue) (et) indiuidue | trinitat(is) (et) filli (et) spirit(us) santi ame(n) | apostolo(rum) tuor(um) pet(ri).* 113^{v} rota ventorum minio delineata. 145^{r} monocondylion (*κλεομήδους*), quod alia m. quater repetivit. 146^{v}, praeter supra notata, summo marg. habet *τότε πεσεῖται κράτος ἀχαιμενϊδῶν, ὅταν δέκ' ἄοινοι φράσσονται βουλάς.* 148^{v} diagrammata quaedam aliaque nullius momenti. Omnino vacua sunt ff. I–III. IV^{v}. V; vacant scriptura recentiore ff. VIII. IX^{r}. 142^{v}. 143–146^{r}. Ff. VIII^{r}. 143^{r}. 144^{v}. 145^{r} venenis temptavit A. Mai ad antiquam scripturam resuscitandam.

In tegumenti tabulis scuta Pauli V et Scip. Borghese card. byblioth.

224 (olim 683). Saec. XIV, chart., mm. 223 × 153, ff. III. 305.

1 (f. 1) **Cleomedis** de motu corporum caelestium lib. I inde a vv. *καὶ κεχωρισμένα;* — (f. 27) lib. II (ed. Ziegler p. 24, 20–228. Titulos omisit scriba).

2 (f. 55) ⟨**Iosephi monachi**⟩ *σύνοψις τῆς ῥητορικῆς* capp. 1–3 a vv. *Ὁ πολιτικὸς λόγος* ad vv. *τοῦ δεῖνος. καὶ τὰ τοιαῦτα* (Walz, rhet. gr. III 478, 6 – 524, 31). Subditur (f. 60^{v}) *περὶ τῶν ὀκτὼ στιγμῶν* inde a vv. *τὸ τῆς φωνῆς* (ib. 564, 13 – 565, 19); praeterea (f. 61) *περὶ χρήσεως ἱστοριῶν* (*Αἱ δὲ ἱστορίαι, σφόδρα χρήσιμοι* etc., Walz III 524, 21 – 539). Sequuntur (f. 63^{v}) Iosephi synopseos cc. 9–12 et (f. 64) cc. 14. 15 (ib. 543–546; 558–562), (f. 64^{v}) ⟨anonymi *περὶ μερῶν τοῦ λόγου* c. 7⟩, *περὶ κατασκευῆς* etc. (ib. 601–609), deinde (f. 66^{v}) Iosephi synops. c. 16 (ib. 562–564) et c. 8 usque tantum ad vv. *καὶ ἀσφαλεστέρα* (ib. 540, 14). Sequitur (f. 67) finis ⟨capituli cuiusdam de hyperbole⟩ (*ἐμφάσεως ἢ ὁμοιώσεως ἕνεκα — ἀστὴρ δὲ, τὴν αὐγὴν τοῦ κάλλους*, cf. Walz VIII 814–815) et Iosephi c. 18 (ib. III 565–569).

3 (f. 68) manus recentior iniecit tabulam decemnovem annorum, in qua indicantur *αἱ ἀπόκρεαι ἕως τέλους* et *τὸ πάσχα τῶν χριστιανῶν*, cum notis adscriptis. F. 68^{v} in marg. *ἔτους ,ς ω Ϙ ε'* (= p. Chr. 1387) *ἡλίου κύκλος ζ' σελήνης κύκλος ιζ'*.

4 Luciani Samosatensis [1] (f. 70) somnium, [2] (f. 72) parasitus, [3] (f. 80^{v}) adversus indoctum, [4] (f. 86) calumniae non temere credendum, [5] (f. 91) symposium, [6] (f. 100) Timon, [7] (f. 110) Icaromenippus, [8] (f. 118) vocalium iudicium, [9] (f. 120) muscae encomium (solum initium, scil. usque ad vv. *χρῆσθαι. ἀλλὰ κατὰ*), [10] (f. 121) Harmonides, [11] (f. 123) Phalaris prior et (f. 126) Phal. secundus (titulum litt. cap. manus recentissima add. stilo plumbeo), [12] (f. 127) Zeuxis, [13] (f. 132) apologia, [14] (f. 135^{v}) de mercede conductis. Exstant in marg. scholia non nulla (primum est, f. 86^{v}, *συνωμοσία, ἡ μετὰ ὅρκων φιλία* [ed. Rabe p. 25, 9]; ult. [*ξυνὼν*] *συναπτόμενος, γαμῶν*).

5 Aristidis [1] (f. 147) ⟨legatio ad Achillem⟩, [2] (f. 152) in proditores mysteriorum (titulum *κατὰ τῶν ἐξορχουμένων* add. manus recentissima stilo plumbeo), [3] (f. 157^{v}) monodia de Smyrna (tit. add. m. fere aequalis), [4] (f. 159) Eleusinius (tit. *ελευσινιος* litt. cap. plumbo exaravit m. rec.). [5] (f. 160^{v}) epistula de Smyrna.

6 Libanii [1] (f. 165) Achillis ad Ulixem antilogia, [2] (f. 175) de saltatoribus (in marg. *Libanij sophistę Zac⟨agnius⟩*), [3] (f. 188^{v}) monodia de Iuliano.

7 (f. 192) **Aristidis** ad Eteonem usque ad vv. *πρέποντα ἀλλήλοις* (I 127, 15 Dindorf).

8 Libanii *μελέται* [1] (f. 193) filii abdicati defensio, [2] (f. 197^{v}) oleaginae coronae petitoris abdicatio.

9 (f. 202^{v}) **Luciani Samosatensis** Lucius seu asinus, usque tantum ad vv. *μηδαμῶς ἔφην ὦ μῆτερ* (n. 1 p. 571).

10 grammatica et metrica varia. [1] (f. 204^{v}) *περὶ συναλοιφῆς* (*ἑπτὰ εἴδη τῆς συναλιφῆς* etc.; cf. Walz III 568), [2] *σημείωσαι ὅτι ἡ κνημὶς καὶ ὁ εὐκνήμις. μακρὰν ἔχουσι τὴν λήγουσαν* etc., [3] *ἀριθμὸς ποδῶν* (*πόδες λέγονται ἐφ' ὧν βαίνει τὰ ζῶα — καὶ διτρόχαιος* = cod. Vat. gr. 20, 5), [4] (f. 205) *γίνωσκε ὅτι ὅτε συντίθεται πρόθεσις μετὰ ῥήματος, εἰ μὲν τὸ αὐτὸ σημαίνει — καὶ ἐκ τούτου ῥῆμα, ῥυέω ῥυῶ ῥυήσω. ῥέρυκα καὶ κατὰ μετάθεσιν τοῦ ρ, ἐρρύηκα:* [5] (f. 207^{v}) *ὅτι κατὰ τρεῖς τρόπους οὐκ ἐπιδέχονται ἀναδιπλασιασμὸν τὰ εἰς μῖ ῥήματα — ὁ ὑπερσυντέλικος εὑράμην εὕρασο, εὕρατο.* [6] (f. 213^{v}) versus politici 99 de vocibus (*φέρε μικρόν τι παίξωμεν πολιτικοῖς ἐν στίχοις. | τῆς νόσου παρηγόρημα, καὶ τῆς μικροψυχίας — οὐχ ὑβριεῖ δὲ ὁ ἐχθρὸς σῇ χαίρων ἀπωλείᾳ. | φανήσονται δὲ ξύμπαντες ἥττονές σου τῇ πάλῃ | ἂν χεῖς ἱδρῶτας περιττοὺς ἐπαγρυπνῶν μελέτῃ*), [7] (f. 214) *γίνωσκε ὅτι ὅσα τῶν ῥημάτων εἰσὶ βαρύτονα — καὶ τὸ ὀμεῖται καὶ ἀπολεῖται,* [8] (f. 214^{v}) quorumdam verborum (*αὔω, δαίω, δέω νέμω* etc.) significationes (*αὔω σηναίνει δ'. αὔω τὸ λάμπω, ἐξ οὗ καὶ αὔριον — ἰβηρικὰ μῆλα τὰ λεγόμενα, ἰβηρόκοκκα καὶ περκόκκια. ἐράντζια. κίτρα. δοράκινα*), [9] (f. 215^{v}) *περὶ*

ἀντωνυμιῶν (ἰστέον ὅτι τῶν ἀντωνυμιῶν, αἱ μὲν εἰσὶν ἀπολελυμέναι — περὶ μὲν τῶν ἀντωνυμιῶν, τοσαῦτα. Subduntur pauca parvi momenti: τὰ παρὰ τὸ λαλῶ σύνθετα. εἰ μὲν etc. ὁ παῖς κλίνεται τοῦ παιδὸς — πεῖρα· αἶρα ἡ τοῦ σίτου καὶ τὰ ὅμοια), [10] (f. 217^{v}) περὶ τῶν ὑπαρκτικῶν ῥημάτων ὅσα ψιλοῦνται (ἔστι ῥῆμα πρωτότυπον εἴω. καὶ ἀπὸ τούτου γίνεται ἴω — καὶ τὸ ἀπαρέμφατον ἰέναι. Subicitur sine tit. τὰ δασυνόμενα δὲ ῥήματα εἰσὶ ταῦτα — τὸ τρίτον τῶν πληθυντικῶν, ἀφέωνται).

11 (f. 218^{v}) de palatii officiis versus quos legere est ap. Codini Curopal. ed. Bonn. p. 215-219 (ὁ μὲν χορηγὸς τῶν θείων χαρισμάτων — εἰς πάντα κοινῆς τῆς εἰρήνης τὸν κόσμον).

Sequitur f. 220 περὶ συνδέσμων (δεῖ γινώσκειν ὅτι ἐννέα εἴδη εἰσὶ τῶν συνδέσμων — οἷον, ὄφρα. ὅπως. οὕνεκα. ἕνεκα), f. 220^{v} versus 17 de metro iambico (τὸ μέτρον οὕτω τῶν ἰάμβων μοι νόει — ἰδοὺ τὸ πᾶν εἴληφας ἐν βραχεῖ μέτρον), ἰστέον ὅτι ὁ πρῶτος καὶ τρίτος καὶ πέμπτος τοῦ ἰάμβου στίχου πόδες — ὑδροχόος, καὶ ἰχθῦες, de aoristis ἰστέον σοι ὅτι εἰ καὶ λέγει ὁ τεχνικὸς μὴ εἶναι ἐπὶ τῶν περισπωμένων συζυγιῶν μέσους πέξους (?) καὶ δευτέρους ἀορίστους — ἡμάρτησα ἥμαρτον. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. Alia manus adiecit

οἱ τοῦ μέτρου πόδες οὗτοι (σπονδεῖος ἐκ δύο μακρῶν — ὁ μολοσσὸς, ὁ ἐκ τριῶν μακρῶν οἷον, Ἡρώδης).

12 Libanii [1] (f. 221) patris infanticidae defensio, [2] (f. 228) oleaginae coronae petitoris abdicatio usque ad vv. τὰ δὲ ἤδη (VII 82, 14 ed. Foerster), [3] (f. 229) ⟨Patrocli μελέτη⟩, [4] (f. 238) legatio Menelai (deest προθεωρία; in fine titulus legitur orationis morosi filium abdicantis), [5] (f. 241) Demosthenis de ara misericordiae oratio (alia m. adiecta) usque tantum ad vv. οὓς νῦν ἀκούσεσθ (VI 347, 16 ed. Foerster).

13 (f. 241^{v}) τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου περὶ τῶν ιβ´ λίθων, ut in cod. 223. Sequitur f. 243 fragmentum nescio quod |εῖον διαφορᾶς οὐσίας — ὑποβέβηκε τὸ καθαρὸν καὶ εὐκρινές.

14 Luciani Samosat. [1] (f. 243^{v}) deorum dialogi hoc ordine 1. 21. 2. 5. 3. 4. 6. 7. 9. 8. 10-15. 17. 16. 18-20. 22-24, [2] (f. 256) dialogi marini 1-15, [3] (f. 261^{v}) dialogi mortuorum 1-30, [4] (f. 276^{v}) Menippus s. necyomantia, [5] (f. 281) Charon s. contemplantes, [6] (f. 286^{v}) piscator s. reviviscentes, [7] (f. 295) vitarum auctio, [8] (f. 299^{v}) cataplus s. tyrannus, [9] (f. 305) ⟨deorum dial. 25. 26⟩.

In fine f. 303^{v} manus fere aequalis iniecit remedia quaedam: πρὸς ἐμπνευμάτωσιν, περὶ τοῦ μηδόλως πονεῖν τοὺς ὀφθαλμοὺς, πρὸς ἕλμινθας θαυμαστὸν, περὶ τῶν μὴ ἀκουόντων, περὶ μαύρων εὐγατῶν, περὶ ἀγρυπνούντων, εἰς ψώραν ἀλόγου.

Codicem diversis manibus exaratum fasciculi efficiunt 7 (1 ternio, 7 folior. 7, rell. quaterniones) signati ad ang. inf. int. ultimae paginae + fascicul. 16 (quaternion. praeter 7 quinionem et ultimum ternionem) in marg. inf. med. primae et ultimae singulorum paginae olim notat. (v. 109^{v} ε´, 122^{v} ζ´, 139 ι´, 171 ιβ´) + fascicul. 2 (1 quatern., 2 bin.) nunc sine num. + quaternion. 3 notat. in marg. inf. med. ultimae paginae + fascicul. 2 (1 quatern. signat. in marg. inf. med. primae paginae α´, 2 senio) + quaternion. 8 (quorum ultimus extremo folio caret) sine notis. Fasciculorum numeri haud pauci exciderunt. Officinarum chartariarum signa varia exstant: f. 44 *mariano;* f. 112-117 *andruzo a* (cf. Briquet n. 12028); f. 150-151 *cicco b* (cf. Briquet n. 12008), alia alibi.

Folia omnia, quae tineae plus minusve laeserant, praesertim ad margines, frustulis chartae translucidae vel flavi coloris turpiter refecta sunt. Ornamenta calamo delineata invenies ff. 193^{r}. 221^{r}. 243^{v}. 261^{v}. 286^{v}.

1^{r} antiquior codicis nota *N°. 39. 6 Plu. secr:* inferius, in chartula adglutinata, *204* numeris rubr. delet. II-III πίναξ graecus saec. XVIII. 1^{r} summo marg. ⟨manu N. Maiorani⟩ *Cleomedis meteor. lib(er) 2:* Vacua sunt ff. 2^{v}. III^{v}. 120^{v}. 162^{v}. 192^{v}. 203^{v}. 204^{r}. 218^{r}. 223^{v}. Codicem descripsit R. Foerster, Libanii opera II 194 s.

In dorso scuta Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

225. 226 (olim 160. 161). Saec. XII, membran., mm. 316 × 320, ff. III. 488 (+ 319^{a-c}); III. 423 (+ 227^{a-b}), linn. 33.

Platonis opera in duo volumina dispertita, quorum primo, post **Alcinoi** introductionem ad Platonis dogmata (Platonis opp. ed. C. F. Hermann VI, Lipsiae 1884, p. 152-189), in ff. 1-12 chart. saec. XIII adiectam, et (f. 13^{v}) indicem graecum ab ipso codicis librario descriptum, insunt

1 (f. 14) Euthyphro, **2** (f. 24) apologia Socratis, **3** (f. 42) Crito, **4** (f. 51) Phaedo, **5** (f. 97^{v}) Gorgias, **6** (f. 153) Meno, **7** (f. 172^{v}) Cratylus, **8** (f. 207^{v}) Theaetetus, **9** (f. 252) sophista, **10** (f. 284) politicus (vv. τὴν δὴ τῆς στροφικῆς — ἄτοπον ἂν εἶναι [288 E-290 B]; γὰρ οὖν δὴ — νόσος συμβαίνει [306 B-307 D] subplevit in ff. 305. 316 librarius saec. XIV vel XV), **11** (f. 319^{v}) Parmenides, **12** (f. 344^{v}) Philebus, **13** (f. 381^{v}) symposium, **14** (f. 415^{v}) Phaedrus, **15** (f. 449^{v}) Alcibiades primus, **16** (f. 469^{v}) Alcibiades secundus *, **17** (f. 477^{v}) Hipparchus *, **18** (f. 482) amatores * (extrema verba πολυ]μαθία — τὰ εἰρημένα illa saec. XIV-XV manus, quae exaravit ff. 305. 316, subplevit in membrana 487).

Altero volumine (post indicem graecum f. III^{v} saec. XIV-XV descriptum) insunt

1 (f. 1) Theages *, **2** (f. 7^{v}) Charmides, **3** (f. 23) Laches, **4** (f. 37) Lysis, **5** (f. 49^{v}) Euthydemus, **6** (f. 72) Protagoras (vv. ὦ Πρωταγόρα Προδίκου — ὑπὸ τῶν σοφῶν τὸ [341 C-D-343 C] subplevit manus saec. XIV-XV in f. 92), **7** (f. 105) Timaeus, **8** (f. 153) Hippias maior, **9** (f. 169^{v})

Hippias minor, **10** (f. 177v) Io, **11** (f. 185) Menexenus (in fine legitur, f. 196, *τέλος τοῦ πρώτου βιβλίου*), **12** (f. 197) *Πλάτωνος νοθευόμενοι:* ⁓ de iusto *, **13** (f. 199) de virtute *, **14** (f. 202) Demodocus *, **15** (f. 206v) Sisyphus *, **16** (f. 209v) Alcyon *, **17** (f. 211v) Eryxias *, **18** (f. 222) Axiochus *, **19** (f. 228) Clitophon *, **20** (f. 231) de republica I; — (f. 250) II; — (f. 267v) III; — (f. 288v) IV; — (f. 308) V; — (f. 330v) VI; — (f. 351v) VII; — (f. 371v) VIII; — (f. 389v) IX; — (f. 404) X.

Ff. I. 488 cod. 225 et f. I cod. 226 ex illo codice latino saec. XIV desumpta, ex quo ff. I. 517 cod. 198 et ff. I. 202 cod. 185, continent quaestiones de iure canonico (f. 488 *de renuntiationibus et primo de renuntiatione propter iracundiam facta.* 488v *cui cedunt monasterio que lucratus fuit monachus ...dus exponitur*).

Volumen prius olim conprehendisse etiam ff. 1-196 codicis 226 prima fronte adparet ex nota f. 196r ab ipso librario adposita *τέλος τοῦ πρώτου βιβλίου*. Cuius rei alia exstant argumenta. Nam *τῶν ἐραστῶν* lineae quattuor extremae, quas manus saec. XIV-XV (ut supra notavimus) in fine cod. 225 adiecit, librarius scripserat in parte sup. f. 1 codicis 226, quarum in locum manus illa recentior minio notavit *τὰ τῇ βίβλῳ ἐγγεγραμμένα Πλάτωνος*. Adde quod graecus index f. 13v codicis 225 adpositus conplectebatur dialogos *α'-κθ'* (i. e. Menexen.): at qui Platonis opera in duo volumina ita dispertivit, ut prius eorum conprehenderet tantum dial. *α'-ιη'*, titulos dialogor. *ιθ'-κθ'* diligenter erasit eosdemque in f. IIIv cod. 226 denuo scripsit, additis numeris *α'-ια'* (quos numeros adpinxit etiam ipsis dialogorum titulis, numeris antiquis deletis) pariter atque titulos dialogorum qui olim in altero *βιβλίωι* continebantur; his denique dialogis numeros adpinxit *ιβ'-κθ'*, erasis antiquioribus *α'-ιη'*.

Codex 225 constat (si excipias senionem chart. et tres membranas, quarum duae priores abscissae, initio adiecta) fasciculis *νθ'* ab ipso librario in marg. inf. primae et ultimae singulorum paginae numeratis (quaternion. praeter extremum senionem, ex quo folia tria excisa sunt, et numerum *λξ'*, sub quo repperies quaterniones duos, quorum prior membranis 1. 8 ad praesens caret nullo textus damno, atque ternionem unum, ex quo abscissa sunt ff. 1 et 4 sine scripturae detrimento; inserta est membrana una post f. 2). Codex vero 226 conplectitur (post duo folia initio addita saec. XIV-XV) quaterniones 27 signatos *νθ'-πε'* (primus foliis 4 caret, fasciculi *ο'* des. duo ff., unum saec. XIV-XV iniectum est; *οβ'* des. duo ff. priora; *πα'* deest f. pr.; *πε'* binio est, ex quo tamen ultima membrana abstracta fuit) + fasc. quinque (*α'* tern., quint., sine nota, bin.) + fasc. 25 et ipsis signatis in marg. inf. primae et supremae paginae (quaternion., ultimo excepto folior. 4). Manus recentior post *πε'* enumerationem continuavit *πς'-ριε'*. Dialogorum initia signacula ex corio indicant. Textus conrectus, subpletus, variis lectionibus auctus est, plerumque manu saec. XIV.

Cod. 225 f. Ir imo marg. *u. 160 | n 225.* IIIr *πίναξ* saec. XVII-XVIII. 1r sigillum byblioth. Nationalis Paris., quod iteratur ff. 486v et 487r. 13r in membranula adglutinata *Platonis dialogi.* | . *161* manu saec. XVI med. recentiore. 13v manu saec. XIV-XV † *πλάτωνος λόγοι· | βιβλίον πρῶτον:* ⁓ Folii 259 margo extera ferro excisa est. II. IIIv. 13r vacua.

487v *Sermones Platonis numero ut antea etct.,* manu saec. XV, et infra *Arcintia.* | . *Garatonus. Christoforus* († 1449 circ.). In facie ima *Πλάτωνος λόγοι: α'*.

Cod. 226 f. Ir imo marg. *u. 161 | n 226.* IIr *πλάτωνος λόγοι: | βιβλίον δεύτερον* †; inferius, m. saec. XV, *Sermonu(m) Platonis diui philosophi Liber secundus etct.* IIIv. 1r. 422 sigillum byblioth. Nat. Paris. 1r summo marg. *πλάτων plato,* manu saec. XV. 422v in marg. inf. *τῶν πολιτει(ῶν) φύλλ. ρϙβ.* Ff. IIv. IIIr. 196v. 227a-b. 423 (ex parte lacerum) vacua. Ima facie *Πλάτωνος λόγοι: β'*.

De codice videsis W. Wardlaw Waddell *The Parmenides of Plato,* Glascow 1894, pp. LXXVI. LXXX; W. Schanz, Philologus XXXV, 1876, p. 645.

Tegumentorum tabulae scuta exhibent Pauli V et Scip. Borghese card. byblioth.

227 (olim 640). Saec. XIV, membran., mm. 346×248, ff. IV. 138, linn. 26-37 (plerumque 34).

Platonis **1** (f. 1) <Phaedrus> a vv. *βάκχαι ἐπὶ τὴν τοῦ ἐρωμένου* ad vv. *προσποιουμένῳ ἀναμινοῖτο* (sic! cc. 33-35, p. 253 A-254 D), quibus, nulla distinctione facta, subnectitur **2** (f. 1v, 6 ab imo) Theaetetus inde a vv. *οὕτω· οὐδ' αὖ* (c. 28-44, p. 183 B-210 D), **3** (f. 15v) sophista (vv. *τῆς μιμητικῆς — ἑκάστοις τὴν τοῦ* bis scripta ff. 24v. 25, sed f. 25 linea deleta), **4** (f. 39) politicus, **5** (f. 62v) Parmenides, **6** (f. 79) Philebus, **7** (f. 103v) symposium, **8** (f. 125) Phaedrus usque ad vv. *οὐ ἀμνημονεῖν προσποιουμένῳ ἀναμι|* (c. 35, p. 254 D).

Exstant in marg. scholia.

Codex exaratus videtur a duobus librariis, quorum alter f. 1-121 descripsit, alter 122-137. In principio exciderunt fasciculi 35, nam qui supersunt quaterniones (*ν'* quinio est, e quo tamen sextam membranam excisam adparet) numeris signati fuerunt, in marg. inf. primae singulorum paginae, ⟨*λς'*⟩-*νβ'* (postea numeris insigniti sunt *Λα'* [f. 8v], *Λβ'* [f. 9r], *Λγ'* [f. 17]). Fasciculorum enumerationis antiquioris, ad ang. sup. ext. primae paginae, vestigia superant f. 9r *λς'*; f. 25r *λθ'* etc.). Ff. II. III chart.; I. II. IIIv. IVv. 138 vacua.

F. IIIr continet *πίνακα* saec. XVII-XVIII. In f. IVr manus librariorum fere aequalis, atramento usa subviridi, initium dedit homiliae pseudo-Chrysostomi in latronem et in proditionem Servatoris nostri I. C. (M. 59, 719): inferius, in membranula adglutinata manus medio saec. XVI recentior inscripsit *Platonis dialogi* | . *640:* imo marg. codicis notae *640. v. | 227. n.* Summo f. 77v suum nomen adscripsit *Io Manolli,* idemque (nisi egregie fallor) in marg. sup. f. 78r pauca graece notavit. 137v ad ang. sup. ext. *ρλγ*. 138r ad ang. sup. ext. num. *κα'*. Ima cod. facies inscriptionem exhibet *πλατων*.

In tegumenti tabulis scuta Pauli V et Sc. Borghese card. byblioth.

228 (olim 642). Saec. XIV, chart., mm. 250×163, ff. I. 308, linn. 30–31 et (inde a f. 288^{v}) 36–39.

1 Platonis dialogi. [1] (f. 1) Euthyphro, [2] (f. 8^{v}) apologia Socratis, [3] (f. 22) Crito, [4] (f. 28^{v}) Phaedo, [5] (f. 62) Theaetetus, [6] (f. 97) sophista, [7] (f. 122^{v}) politicus, cui subiciuntur (f. 152) ⟨**Leonis sap.**⟩ versus de restitutione Constantinopolis (anth. Palat. append. Cougny VI 225), praeterea *Ὁ μὲν Πλάτων ὑποκείμενόν τι τοῖς καλουμένοις στοιχείοις — διπλασιεφημισύς ἐστι*, [8] (f. 153) Timaeus, [9] (f. 194) Critias (in fine f. 203^{r} summo marg. legitur schol. *τῷ ἀτλαντικῷ λόγῳ ὁ Πλάτων πρὶν ἐπιθεῖναι τὸ προσῆκον τέλος ἐτελεύτησε. φαίνεται δὲ καὶ — ὁ Πλούταρχος ἐν τῷ τοῦ Σόλωνος βίῳ*), [10] (f. 203) Menexenus, [11] (f. 212) Phaedrus, [12] (f. 239^{v}) Alcibiades primus, [13] (f. 257) Hippias maior, [14] (f. 271) Hippias minor. Textus subpletus in marg., litt. minutioribus. Obcurrunt etiam in marg. lemmata non nulla, notae, una et altera lectio, et schemata (v. ff. 64^{v}. 99^{v}. 161^{r}. 162^{r}. 243^{v}. 245^{r}. 254^{v}. 259^{r}).

2 (f. 255^{v}) **Nicephori Gregorae** epistula ad Zariden (= cod. Vat. 116^{11} f. 69).

3 (f. 279) **Isocratis** oratio ad Demonicum (in marg. sup. *Ἰσοκράτους ῥήτορος παραινετικός*).

4 (f. 284) **Timaei Locri** de anima mundi et natura (Mullach FPG. II 38–46).

5 (f. 288^{v}) **Nicephori Gregorae** Florentius (v. Fabric. Harles VII 646; Migne 149, 643–648; Krumbacher *BL*[2] 296 s. Subicitur nota: *Ἰστέον ὅτι ὁ προκείμενος οὗτος διάλογος τοῦ Γρηγορᾶ — καὶ ἀκροωμένων ἐν τῇ διαλέξει*).

6 (f. 305) excerpta non nulla: [1] *Μωσέως*: † *αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως* (v. Gen. 2, 4. 6–11; 1, 9), [2] *Ἰωσήπου*: *Ὁ Ἰώσηππος φησὶ παράδεισον καταφυτεῦσαι* etc. (antiq. Iud. I 1, 3), [3] *τοῦ Νύσσης*: *Ὁ Νύσσης ἐν τῇ ἐξαημέρῳ φησὶν ἐναντία εἶναι τὸ ὑγρὸν* etc. (in hexahem., ap. M. 44, 89 D), [4] *τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐκ τῆς ἐξαημέρου*: *Περίβλεψαι πᾶσαν τὴν κτίσιν* etc. (hom. III 6, ap. M. 29, 65 C 1–7; 68 A 15 s.), [5] *τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς δ´ ὁμιλίας τῆς ⟨ἐξαημέρου⟩. Οὐ τοίνυν τὰ τυχόντα* etc. (M. ib. 85 C 5 - 88 B 13).

7 Platonis [1] (f. 306) Phaedo a vv. *ψευδὴς εἶναι* ad vv. *ἐπείσθην ὑπ᾽ αὐτοῦ* (c. 39–41, p. 90 B-92 A) et (f. 308) a vv. *ἀλλὰ τούτων ἕνεκα* ad vv. *χρῆναι ἑαυτὴν* (c. 32–34, p. 82 C-84 A), [2] (f. 307^{v}) Euthyphro a vv. ... *πῶς γὰρ οὐ* ad vv. *ἐστὶ κομψότατον* (c. 12–13, p. 10 A-11 D).

Codex non una manu, sed una eademque aetate descriptus, conplectitur fasciculos 36 (quaterniones, praeter λδ´, λς´ terniones) graece signatos, ut plurimum in marg. inf. medio primae singulorum paginae et prope ang. inf. ext. paginae novissimae. Sequuntur quaterniones non numerati tres (quorum ultimus ff. 5 tantum conplectitur, rell. excisis) et chartae tres desumptae ex alio codice platonico eiusdem fere aevi. Folia conplura, praesertim codicis initio, umore maculata non sine quodam scripturae damno. Margines a tineis perforati, quae f. 1 textum quoque laeserunt, interdum nova charta refecti sunt. Tituli et litterae initiales minio pictae. Signacula ex corio purpureo dialogorum initia indicant.

F. I^{r} *πίναξ* saec. XVII–XVIII exaratus. 1^{r} summo marg. † *ἁγία τριὰς βοήθει μοι.* Ff. I^{v}. 270^{v}. 278 vacua. 305^{v} quaedam ab inperita manu scripta sunt litteris quidem graecis, sed non graeca lingua. 307. 308 umore male habita. Codicis ima facies inscriptionem praebet *πλατων*.

In dorso scuta Pii IX et A. Mai card. byblioth.

229 (olim 643). Saec. XIV, chart., mm. 265×198, ff. I. 229, linn. 28.

Platonis **1** (f. 1) Euthyphro, **2** (f. 7) Crito, **3** (f. 12) apologia Socratis, **4** (f. 22) Phaedrus, **5** (f. 42) Parmenides, **6** (f. 58) Timaeus Locrus *, **7** (f. 63) reipublicae I; — (f. 74^{v}) II; — (f. 84) III; — (f. 95^{v}) IV; — (f. 105) V; — (f. 116) VI; — (f. 126) VII; — (f. 135^{v}) VIII; — (f. 144) IX; — (f. 151) X, **8** (f. 160^{v}) symposium (in fine † *δόξα τῷ θεῷ ἡμῶν τῷ δόντι τὸ τέλος εὔθετον*), **9** (f. 179) Phaedo, **10** (f. 202) Gorgias (*Γοργίας ἢ περὶ* //// † *καὶ δικαιοτάτου*: †).

Praeit (f. I^{v}) *πίναξ* manu saec. XVI. In marginibus aliquot conrectiones obcurrunt, quas postea, ipso tamen saec. XIV, nescio quis in textum recepit, et notae paucae saec. XV, qua aetate Phaedo et Gorgias scholiis etiam non nullis instructi sunt.

Codex conplectitur fasciculos (*η´. κθ´* terniones, rell. quaterniones) numero 29 graece signatos in marg. inf. medio ultimae singulorum paginae, si tamen excipias *η´* nullo numero praeditum et *κθ´* notatum in pagina prima. Officinae chartariae signum, flos quattuor foliorum (cf. Briquet n. 6331), in ff. vero I. 229, a glutinatore adiectis, forfices (cf. Br. n. 3688). Folia quamplurima umore maculata ad ang. sup. int. non sine quodam scripturae damno (inde praesertim a f. 180), quam scripturam in ff. 225^{v}–228^{r} retractatam invenies.

I^{r}. 229 vacua. Margines sup. et ext. f. 22 ferro excisae sunt ad scholia tollenda, quae illic manus librarii coaeva exaraverat. 228^{v} fragmentum continet, in quo somnium nescio quis propria manu describit: *ἑσπέρα μὲν ἦν. καὶ αὐτὸς ἐπὶ κλίνης κατέδαρθον. περὶ δὲ μέσ(ας) νύκτ(ας), ἐφίσταταί μοι ἐνύπνιον τοιοῦτον· ἐδόκουν* (ex — *ει*) *γάρ* (*μοι* del.) *περὶ τὴν αἰγιαλὸν τ(ῆs) ἀκροπ(ό)λ(εως) ἐνδιατρίβων καὶ ζητῶν ἐπὶ τὴν περαί(αν) ἀντικρὺ τ(ῆs) ἀκροπ(ό)λ(εως) βλέπουσαν· ἡ δέ ἐστιν ἡ πάλαι μὲν εὐτυχ(ὴs) πόλις νῦν δὲ ἀτυχ(ὴs) καὶ μέγα ἐρείπιον· χαλκηδόνα φημὶ — τὸν θρακικὸν βόσπορον· ὑποκειται γὰρ αὐτῇ.* Inferius † *ὦ φαίδων αὐτὸς παρεγένου ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ἢ ἄλλου του ἤκουσας* (cf. Phaedonis initium). 229^{v} in chartula adglutinata *ἐξωνησάμην τοῦτο εἰς* (*ὑπέρπερα*) *ε´*. In facie codicis sup. *Platonis opera* manu saec. XVI.

Dorsum praebet stemmata Pii IX et A. Mai card. byblioth.

230 (olim 639). Saec. XIV, chart., mm. 325×236, ff. I (membran. rec.), 245, linn. 19-20 et (inde a f. 85) 21.

Platonis 1 (f. 1) legum lib. I; — (f. 24) lib. II; — (f. 43) lib. III; — (f. 67) lib. IV; — (f. 82) lib. V; — (f. 98v) lib. VI; — (f. 122) lib. VII; — (f. 147) lib. VIII; — (f. 161v) lib. IX; — (f. 180) lib. X; — (f. 196v) lib. XI; — (f. 213v) lib. XII; 2 (f. 232) epinomis *.

Fasciculi 31 (quaterniones, ultimo excepto folior. 5) graece signati fuere ad ang. inf. ext. primae singulorum paginae, hodie tamen numerales litterae interdum desiderantur. Exaratus est codex atramento flavo, praeter ff. 57. 109r lin. 4 ab imo, quae ipse, ut videtur, librarius perscripsit atramento fusciore. Haec folia si excipias, reliqua omnia umore pessum data sunt ad ang. inf. int. non nullo scripturae detrimento. Ff. 1-6, a tineis etiam laesa (praesertim 1), scidis perlucidis obducta invenies. Titulus f. 1r et ornamentum superinpositum minio sunt picta pariter atque litterae librorum initiales. Lineae stilo sicco adeo inpressae, ut charta admodum fragilis progrediente tempore passim perrupta evaserit. In marginibus (quibus scholia adscribere voluit librarius, sed vacua reliquit) editionis cuiusdam paginas indicatas invenies.

F. Iv πίναξ saec. XVII-XVIII. 1r summo marg. *leges platonis* m. saec. XV: imo marg. codicis nota *230,* quae iteratur f. 2r. Margo extera folii 147, quae exciderat, nova charta subpleta. Ir. 244v. 245r vacua. 245v monocondylion scribae nomen continens † ὁ ἀπὸ τῶν πατριαρχικῶν νοταρίων | ἀλέξιος ὁ μαχητάρης.

In dorso scuta Pii IX et A. Mai card. byblioth.

231 (olim 1060). Saec. XVI med., chart., mm. 357×246, ff. I. 486 (+ 461a), linn. 30 et (inde a f. 417) 28.

1 (f. 1) **Procli Diadochi** in Platonis Parmenidem lib. I; — (f. 22) lib. II (tit. βιβλίον β' inseruit m. rec. eademque ad marg. scripsit *Lib. II,* utrumque stilo plumbeo); — (f. 86v) lib. III; — (f. 117) lib. IV; — (f. 211) lib. V; — (f. 254) lib. VI; — (f. 310) lib. VII cum fine ab altero, f. Damascio, subpleto (ed. Cousin IV 3-224; V 3-330; VI 3-322). Textum in marg. conrexit librarius ipse, ni fallor. Opere absoluto scriptum legitur *τέλος Πρόκλου Πλατωνικοῦ πρὸς Παρμενίδην τῶν ἑπτὰ βιβλίων.*

2 (f. 417) *Ἀλεξάνδρου ὑπόμνημα εἰς τὸ β' τοῦ πρώτου ἀναλυτικῶν: ~ | ἀρχὴ σὺν Θεῷ τοῦ δευτέρου τῶν προτέρων ἀναλυτικῶν.* Inc. *Ἐν πόσοις μὲν οὖν σχήμασι καὶ διὰ ποίων.* Des. *ὡς ἐφ' ἑνὸς αὐτῶν λαμβανόμενος, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις· καὶ τὸ δεύτερον τῶν προτέρων ἀναλυτικῶν σὺν Θεῷ πληροῦται: ~ | † τέλος τοῦ δευτέρου τῶν προτέρων ἀναλυτικῶν:* † Cf. ex. gr. codd. Ambros. 829. 929 ap. Martini-Bassi pp. 924. 1036 et M. Wallies, Alexandri in Aristot. analyt. pr. librum I commentarius, Berolini 1883, p. v.

Codex, titulos et ornamenta titulis praefixa, litteras initiales, lemmata rubro picta exhibens, constat fasciculis 62 (quaternion., praeter 16. 50 ternion., 53 binion.), quos librarius sine numeris reliquit, sed in margine inferiore postremae singulorum paginae prima verba subsequentis derecte scripsit. Officinae chartariae signum, ancora circulo inscripta, cui stella superstat sex radiorum (cf. Briquet n. 496).

F. Iv πίναξ manu saec. XVII-XVIII. Ir. 198v (nihil tamen omissum est) vacua. Ff. 308. 309 glutinatoris oscitantia post 317 translata invenies, ut etiam docet notula stilo plumbeo scripta in marg. inf. f. 309v.

In dorso scuta Pii IX et A. Mai card. byblioth.

232 (olim 164). An. 1535-1549, chart., mm. 328×227, pp. II. 330, linn. 41.

Procli Diadochi in Platonis Parmenidem commentariorum (p. 1) lib. I; — (p. 19) lib. II inscriptus *Παρμενίδης, ἢ περὶ ἰδεῶν. κέφαλος* (manus rec. plumbo add. in marg. βιβλ. β'); — (p. 78) lib. III sine titulo (m. rec. in marg. add. βίβλ. γ' stilo plumbeo); — (p. 103) lib. IV; — (p. 175) lib. V; — (p. 208) lib. VI; — (p. 255) lib. VII usque tantum ad vv. *ἐπήνεγκεν οὐδ' ἄρα,* ut in cod. Paris. 1837 (Procli philosophi platonici opp. ed. V. Cousin IV 3-224; V 3-330; VI 3-253, 7).

Codex, quem eleganter perscripsit ⟨Iohannes Honorius a Mallia⟩, titulum primi libri litteris capitalibus aureis et rubris exaratum exhibet, cui superinponitur ornamentum auro, argento, caeruleo colore pictum. Littera initialis prima aurea, in pagina purpurea et caerulea argenteis punctis conspersa: reliquae litterae initiales rubrae, pariter atque tituli libb. II. IV-VII. Officinae chartariae signum, sagittae duae decussatae, quibus imminet stella sex radiorum (cf. Briquet n. 6289 ss. licet aliquantum div.). Fasciculos non numeravit librarius, non distinxit.

P. I πίναξ saec. XVII-XVIII. 1 in parte inf. scutum cernitur Pauli III haud ineleganter depictum, quod duo genii sustentant; subicitur iscriptio litt. aureis cap. *liberalitate Pauli III. pont. max;* post scutum vero in taenia quadam legitur litt. aureis cap. ὄλβιος ἀεί. Pp. II. 315-330 vacuae. Chartarum sectura aurea.

In dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Maii card. byblioth.

233 (olim 162). An. 1540 (cf. p. 200), chart., mm. 317×219, pp. II. 202, linn. 36.

Procli Diadochi in Platonis rem publicam commentarii (ed. Kroll I, Lipsiae 1899, p. 5-296).

Codex fasciculos conplectitur 17 (1 quaternio, postremus binio, rell. terniones sunt), quos scriba Ioh. Honorius a Mallia sine notas reliquit. Officinae chartariae signum, sagittae duae decussatae, superinposita stella sex radiorum (ut in cod. 232). Tituli et litterae initiales rubra, praeter titulum primum (partim litteris aureis exscriptum) litteramque initialem primam auream in pagina rubra et caerulea punctis argenteis conspersa. Foliorum acies inaurata ornamentisque inpressis distincta.

P. I exhibet πίνακα manu saec. XVII-XVIII; 1 in parte sup. ornamentum satis eleganter pictum auro, argento, coloribus purpureo caeruleo viridi, in quo lilia Farnesiana recurrunt: in parte vero inf. scutum Pauli III a duobus geniis sustentatum, cum inscriptionibus litt. cap. aureis ὄλβιος ἀεί, *liberalitate. Pauli. III. pont. max.* P. 200, opere

absoluto, legitur *Hoc opus ad huius Bibliothecę Palatinę usu(m), Ego Ioan(n)es Honori(us) à Mallia | oppido Hydru(n)tinę dioc. ortus Libror(um) Grecor(um) Instaurator sic scribebam. | Anno Domini. M. D. XXXX.* Pp. II. 201. 202 vacuae.

In dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. byblioth.

234 (olim 163). Saec. XVI, chart., mm. 335 × 230, ff. I. 106, linn. 30.

Procli Diadochi in Platonis Alcibiadem primum (Procli opp. ed. Cousin II 2-338; III 3-230).

Platonis loca rubro colore scripta interdum ita evanuerunt, ut vix legi queant. Exstant in marg. conrectiones ipsius librarii manu, notulae et notabilia quaedam.

Conprehendit liber fasciculos 13 (quaterniones, ultimum si excipias folior. 10), quos librarius graece signavit in marg. inf. med. primae singulorum paginae, at litterae numerales fere ubique, charta a glutinatore decurtata, perierunt. Quod vidimus officinae chartariae signum, arcubalista circulo inscripta, cui inminet lilium (cf. Briquet n. 762). Litterae initiales pariter atque notulae non nullae marginibus adpositae nec non Platonis loca, ut iam supra animum advertimus, rubro sunt exarata.

F. I^r πίναξ manu saec. XVII–XVIII, summo marg. codicis nota *234,* quae iteratur in marg. inf. f. 1^r. Ff. I^v. 106^v vacua. Emptus fuit codex pro Vaticana bybliotheca ab A. Eparcho Venetiis d. 8 aprilis 1551 (v. Batiffol *La Vaticane de Paul III à Paul V* p. 123 n. 203).

In tegumenti tergo stemmata Pii IX et A. Mai card. byblioth.

235 (olim 165). An. 1537 (p. 175), chart., mm. 322 × 220, pp. II. 190, linn. 43.

Platonis (p. 9) Phaedrus cum (p. 1) **Hermiae** philosophi commentario (quem post Ast, Pl. Phaedrus, Lipsiae 1810, p. 59–204, iterum evolgavit P. Couvreur, Hermiae Alexandrini in Platonis Phaedrum scholia, Paris. 1901 [*Bibliothèque de l'École des hautes Études* fasc. 133] p. 1–226).

Codicem Ioh. Honorius a Mallia, qua solebat elegantia, perscripsit, fasciculos non signavit. Ornamentum in parte sup. p. 1, tituli, litterae grandiores rubro picta. Officinae chartariae signum, sagittae duae decussatae, quibus inminet stella sex radiorum (cf. Briquet n. 6289 ss.). Foliorum acies inaurata.

P. I indiculus graece manu saec. XVII–XVIII. 1 scuto auro argento coloribus satis belle picto subicitur inscriptio litt. cap. aureis *liberalitate Pauli. III. pon. max.* P. 171, opere absoluto, legitur *Hoc opus ad huius Bibliothecæ Palatinæ usum, Ego Ioan(n)es Honori(us) | à Mallia Oppido Hydruntinæ Dioc. ortus librorum Græcoru(m) | instaurator sic exscribebam. An(n)o D(omi)ni. MD. XXXVII. | Paulo III. Pont. Max.* Pp. II. 176–190 vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. byblioth.

236 (olim 168). Saec. XVI, chart., mm. 335 × 231, ff. I. 101, linn. 30.

Maximi Tyrii orationes XLI ordine volgari, i. e. [1] (f. 1) XI ed. Hobein (Lipsiae 1910), [2] (f. 4^v) XII, [3] (f. 6^v) XIII, [4] (f. 9) XIV, [5] (f. 11) XV, [6] (f. 14) XVI, [7] (f. 16^v) XVII, [8] (f. 18^v) XVIII, [9] (f. 21^v) XIX, [10] (f. 23^v) XX, [11] (f. 26) XXI, [12] (f. 28) XXII, [13] (f. 30^v) XXIII, [14] (f. 32^v) XXIV, [15] (f. 34^v) XXV, [16] (f. 36^v) XXVI, [17] (f. 39^v) XXVII, [18] (f. 41^v) XXVIII, [19] (f. 43) XXIX, [20] (f. 45) XXXVI, [21] (f. 47^v) XXXVII, [22] (f. 50) XXXVIII, [23] (f. 52^v) XXXIX, [24] (f. 55) XL, [25] (f. 57^v) XLI, [26] (f. 60) VIII, [27] (f. 62^v) IX, [28] (f. 64^v) X, [29] (f. 67^v) IV, [30] (f. 70) V, [31] (f. 73) XXX, [32] (f. 75) XXXI, [33] (f. 76^v) XXXII, [34] (f. 79) XXXIII, [35] (f. 81^v) XXXIV, [36] (f. 83^v) XXXV, [37] (f. 86) I, [38] (f. 89^v) II, [39] (f. 91^v) III, [40] (f. 94^v) VI, [41] (f. 97) VII.

Exstant in marg. subplementa et conrectiones non nullae; singulis orationibus numerum adposuit, nisi fallimur, A. Mai.

Liber conprehendit quaterniones duodecim et ternionem unum, quos sine numeris reliquit scriba, at in marg. inf. int. ultimae paginae unius cuiusque fasciculi prima subsequentis verba derecte exaravit. Tituli et litterae initiales rubro picta pariter atque extrema verba *τέλος ἀμήν,* ter repetita f. 99^v. Officinar. chartariar. signa: f. 1 ss. ancora circulo inclusa, cui superstat crux trium bracchiorum (cf. e. g. Briquet n. 534), f. 97–99 arcubalista circulo inscripta (cf. Br. n. 744).

F. I^r indiculum graecum exhibet saec. XVII–XVIII, cui nota autographa adicitur *Nempe XLI Dissertationes editae omnes. A. Maius:* inferius, in membranula adglutinata, *Maximus Tirius de mate|rijs Platonis. | . 168.,* manu saec. XVI med. recentiore. I^v. 100. 101 vacua. De codice pauca nec satis diligenter perstrinxit H. Hobein, Maximi Tyrii philosophumena p. XLI.

In dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. byblioth.

237 (olim 171). Saec. XIV, chart., mm. 224 × 156, ff. IV. 317 (+ 181^{a-e}), linn. 18–30, in II partt., quarum altera ff. 156–317 conplectitur.

1 (f. 1) **Hermetis Trismegisti** Poimander (ed. Parthey, Berolini 1854, p. 1–134).

2 (f. 46) **Aesculapii** definitiones ad Ammonem regem (ed. post Hermeten Trismegistum, Paris. 1554, p. 89–99) et (f. 52^v) *περὶ εὐφημίας τοῦ κρείττονος. καὶ ἐγκώμιον βασιλέως* (ed. laud. p. 100–102).

3 (f. 54^v) fragmentum nescio cuius de intellegibilibus et de anima. Inc. *ἰστέον ὅτι τὰ νοητὰ τοιαύτην ἔχει φύσιν.* Des. mut. *εἰ δέ τις λέγει οὐκοῦν καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ ἐν Ῥώμῃ ἐστὶ καὶ πανταχοῦ ἡ ἐμὴ ψυχὴ λανθάνει ἑαυτὸν πάλιν τόπον λέγων. καὶ γὰρ τὸ ἐν Ἀλεξαν* |

4 **Porphyrii** [1] (f. 56) sententiae ad intellegibilia ducentes (in cod. *τῶν πρὸς τὰ νοητὰ ἀφορμῶν.* Ed. Duebner ante Creuzeri Plotinum, Paris. 1855,

p. XXXI-XXXVI 54), [2] (f. 64) de virtutibus (ed. Duebner loc. cit. p. XXXVIII 8-XLIV 35). In marg. ⟨A. Mai⟩ notavit *ed. ab Allatio.*

5 Procli Diadochi [1] (f. 76) institutio theologica (*στοιχείωσις θεολογικὴ· κεφάλαια, σ′*) usque ad c. 198 inclus. (edd. Creuzer, initia philosophiae III 2-196; Duebner loc. cit. LI-CXIII 38), [2] (f. 184) in Platonis theologiam lib. I, praeviis (f. 182) capitibus (titulum *Πρόκλου πλατωνικοῦ φιλοσόφου περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα θεολογίας τῆς πρώτου κεφάλαια* adiecit manus saec. XVI); — (f. 278^{v}) lib. II usque ad vv. *τὸ δὲ ἐπέκεινα τῶν,* praemissis (f. 277) capitibus (Procli successoris Platonici in Platonis theologiam libri VI... per Aem. Portum... in lucem editi, Hamburgi 1618, p. Cv^{v} - 106, 25). Libri I capitibus *α′-ιγ′* numeros stilo plumbeo adposuit manus recentissima.

Ff. I. IV avolsa ex codice membran. latino saec. XIII bin. col. exarato, continent epistulas varias (an artis dictaminis fragmentum? Speciminis causa haec adfero: f. I^{v} *Carbunculum tibi adiscere cupienti radiantem ostendo* etc. *Responsiva. A Carbunculi splendore amonitionum vestrarum series prosiliuit. in quibus non fuistis* etc.; f. IV^{v} *R. Dei gratia* etc. *Vicentino episcopo* etc.).

Codex, non una manu descriptus, constat quaternionibus 7 (ultimus foliorum 7) nunc sine numeris + fasciculis 3 (quaternion., praeter 3 binionem) graece signatis in marg. inf. med. primae et extremae paginae + fasciculis 14 (quaternion., si excipias *ιβ′* folior. 7, *ιδ′* folior. 9) et ipsis notatis in marg. inf. med. primae et ultimae paginae + fasciculis 16 (quaternion., excepto dum taxat *κ′* ternione) qui numeros prae se ferunt *ιβ′-κη′* ad ang. inf. int. primae paginae adpictos (numeri pauci tantum, margine a glutinatore resecta, exciderunt). Officinar. chartariar. signa, quae librum cursim evolventes animadvertimus: ff. 5 ss., 76 ss. corona (cf. Briquet n. 4598; Keinz n. 205); f. 45 ss. crux graeca quae dicitur (cf. Br. n. 5421); f. 56-58 ss. leo exsiliens (cf. Br. n. 10506). Folia in ultima codicis parte, quae ex alio libro desumpta est (ut etiam demonstrat quaternionum enumeratio) umore maculata sunt, non nulla a tineis quoque, parum tamen, terebrata scidulisque translucidis refecta. Obcurrunt interdum in marg. auctoritates (e. g. f. 214^{v} *plotinus,* f. 222^{r} *porphyrius,* f. 223^{r} *Iamblichus*) et aliae notulae latinae manu saec. XVI, rarius conrectiones et notae graecae manu antiquiore.

F. I^{r} imo marg. *u. 171 | n. 237.* II^{r} in frustulo adglutinato antiquior codicis nota *388.* III^{r} *πίναξ* saec. XVII-XVIII; inferius *237. Vat. gr. P. 1^{a}* manu rec. IV^{v} marg. sup. adscribitur *N° 49. 7 Plu.* Summo folio 1^{r} *hermes* manu saec. XV-XVI. 56^{r} in marg. inf. *Ianus Aquinus Madia Tabernàs | 1553.* Ff. II^{v}. III^{v}. 75^{v}. 181$^{a\text{-}e}$ recto vacua. 181e verso, post versiculum rubro exaratum, nunc perevanidum (... *μιος θ(ε)ῷ θυσί(αν) θειαν, καὶ νῦν μετα... χοροι τῶν νο...*), legitur *μετέστη πρὸς τὰς αἰωνίους μονάς. ἔνθα καὶ ζῶν εἶχε τὸ πολίτευμα, ὁ ἅ(γιος) εὐθύμιος | π(ατ)ριάρχης κωνσταντινουπόλεως ὁ κατεξοχὴν μέγας, κ(α)τ(ὰ) τὴν κθ′ μαρτίου μηνὸ(s) | τῆς θ′ (ἰνδικτίωνος). τοῦ ϛϡκδ′ ἔτους* (= p. Chr. 1416). *ὅτε ἄγγελοι μὲν, γήθησαν ἐν οὐ(ρα)νῶι τήν θείαν | ἰδόντες ἐκείνου ψυχήν, ἄν(θρωπ)οι δέ, μέγα ἐπένθησαν ἐπὶ τῆς γῆς, τοῦ εἰρηνικοῦ καὶ | πράου*

καὶ καλοῦ στερηθέντες ποιμαῖνος καὶ διδασκάλου. Ff. 210-211 post 207 conlocanda, ut manus quoque recentior plumbo notavit in marg. inf. folior. 207^{v}. 211.

In tegumentorum dorsis scuta Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

238 (olim 1063). Saec. XIII, chart., mm. 200×144, ff. I. 96, linn. ut plurimum 27.

1 (f. 1) ⟨*περὶ τῆς φαινομένης αὐξήσεως καὶ μειώσεως τῆς σελήνης*⟩. Inc. *Κατὰ τὴν τοῦ φαινομένου φωτὸς αὔξησιν.* Des. *μαθηματικὴ πραγματεία τῶν φαινομένων.* Titulum subplevimus ex indice rec. f. I^{r}. Praemittitur schema *τέσσαρες σχηματισμοί.*

2 (f. 1^{v}) schema divisionis animae humanae (*διαίρεσις τῆς τοῦ ἀνθρώπου ψυχῆς*) et summa cuiusdam, ut vid., operis philosophici inc. *Ὅτι ὄχημα τῆς λογικῆς ψυχῆς τὸ αὐγοειδὲς εἶναι φησὶ* (cf. Isidor. ap. Suid. s. v. *αὐγ.* ex Damascio *ὡς ἔχει τι ἡ ψυχὴ αὐγοειδὲς ὄχημα λεγόμενον*). *τῆς δὲ ἀλόγου τὸ πνευματικὸν. τῆς δὲ φυτικῆς τὸ ὀστρεΐμον,* des. *ἐν δὲ τοῖς ἀλόγοις, πάντα τῇ ἀλογίᾳ κινεῖται.*

3 (f. 2^{v}) **Porphyrii** isagoge (ed. Busse p. 1-22) cum scholiis non nullis et diagrammatis.

4 (f. 15) interrogationes et responsiones quaedam (*τί ἐστὶ κόσμος, σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς* etc., *τί ἐστὶν ὅρασις, ἡ γενομένη διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐνέργεια* etc. — *τί ἐστὶν ἀφή: ἡ ἀποτελουμένη διὰ τοῦ ἐληλυθότος πνεύματος· δι' οὗ αἱ τοῦ σώματος πνευματικαὶ ἀντιλήψεις γίνονται*), quibus subicitur *περὶ τῆς σελήνης ἐκλείψεως* (*Ἡ τῆς σελήνης ἔκλειψις γίνεται — ὅπερ ἡ ἡμετέρα ὁρῶσα φαντάζεται αἴσθησις*).

5 (f. 18^{v}) **Aristotelis** categoriae usque ad vv. *μεταβολῆς γινομένης* (p. 15 col. 2, 16 Bekker) cum scholiis, partim atramento partim minio exaratis, diagrammatis et (f. 17) prolegomenis de philosophia brevissimis, quae inc. *Πρὸ παντὸς μαθήματος καὶ παντὸς λόγου τῶν φιλοσόφων ζητεῖται,* des. *τοίνυν ἐκ τούτων ὁποῖον μέρος ἀνάγεται ἡ διδασκαλία χ. τοῦ φιλοσόφου.* Schol. I rubro scriptum inc. (f. 17) *ἰστέον ὅτι τὸ σημεῖον. τὸ νῦν καὶ ἡ μονὰς, περιέχουσι πάντα τὰ ὄντα· τὸ μὲν νῦν, συνάπτει χρόνον.* Schol. I atramento exaratum solutio est quaestionis cuiusdam, rubro colore exaratae, cui praescribitur *Πρόλογος εἰς τὰς κατηγορίας διὰ ζώσης φωνῆς. Ἔθος τοίνυν,* etc.: inc. (f. 19^{v}) *Ἐπειδὴ λέγων οὕτως εἴρηκε καλῶς. διότι τὰ ὁμώνυμα, εἰ θέλεις ὁ ἀπορῶν λέγε οὕτως ὁμώνυμα ὧν ὄνομα, κοινὸν.* Folii 45 pars maxima abstracta est; in frustuli, quod superest, pagina priore legimus *καὶ πόθεν ἔσχον τὴν ἀρχὴν τὰ ὁροθέσια — καὶ τοῦτον τὸν τρόπον τὴν ἀρχὴν ἔσχον τὰ ὁροθέσια:* in altera pagina, post scholium quoddam mutilum (*ὅταν περὶ φ...*

— *τοὺς ὁρισμοὺς λαμβάνομεν*), exstat indiculus: *περὶ ἄνθρωπον, περὶ τέκτωνα, περὶ ὑγείαν, περὶ ἀββάκιον* (haec pertinere videntur ad opus quod sequitur). **6** (f. 46) **Ammonii** in Porphyrii isagogen seu quinque voces, usque ad vv. *ἄνθρωπον εἶναι γελαστικὸν* (ed. Busse p. 1-116, 23; cf. p. xvii, ubi pauca de nostro codice perstringuntur). Insunt scholia non nulla et diagrammata minio picta pariter ac tituli et lemmata.

Codex fasciculos conprehendit 12 (quaterniones, si excipias 8 quinionem et extremum qui nunc foliis 7 tantum constat), signatos litt. graecis in marg. inf. medio ultimae singulorum paginae et notis arabicis saec. XV in marg. inf. med. paginae primae. Folia omnia umore plus minusve maculata, non nulla a tineis etiam perforata, conplura frustulis chartaceis refecta. Textus evanidus, interdum retractatus cernitur. Figurae et diagrammata minio picta, haud raro flavo quoque colore distinguuntur, ut etiam pauci tituli.

F. I^{r} *πίναξ* saec. XVII-XVIII. I^{v} vacuum. 1^{r} summo margini adscripsit manus saec. XIV *τοῦ ἀριστοτέλους πρὸς χρυσαώριον* †; paullo inferius, sinistrorsum, manu saec. XVIII *8231;* in marg. inf. exstat codicis nota *238*. Angulus sup. ext. folii 20 periit, non nullo scripturae damno; folii 45, ut supra animum advertimus, pars minima superat. Summo f. 95^{v} notula quaedam manu librario aequali (... *κριθαρικοῦ θίλια κβ'*); 96^{v}, manu saec. XV ex., *sophismata q(ue)da(m) Ar(istote)lis.*

In dorso scuta Pii IX et A. Mai card. byblioth.

239 (olim 1111). Saec. XVI med., chart., mm. 361×255, ff. II. 408, linn. 26.

1 (f. 1) **Porphyrii** vita Plotini (Plotini enneades ed. R. Volkmann I, Lipsiae 1883, p. 3-36). **2** (f. 19) **Plotini** enneadis primae lib. I; — (f. 23^{v}) lib. II; — (f. 27) lib. III; — (f. 29) lib. IV; — (f. 37) lib. V; — (f. 39) lib. VI; — (f. 44^{v}) lib. VII; — (f. 45^{v}) lib. VIII; — (f. 52^{v}) lib. IX; — (f. 53) enneadis secundae lib. I; — (f. 57^{v}) lib. II; — (f. 59) lib. III; — (f. 67) lib. IV; — (f. 74) lib. V; — (f. 77) lib. VI; — (f. 79) lib. VII; — (f. 81^{v}) lib. VIII; — (f. 82^{v}) lib. IX; — (f. 96^{v}) enneadis tertiae lib. I; — (f. 102) lib. II; — (f. 114^{v}) lib. III; — (f. 119) lib. IV; — (f. 122^{v}) lib. V; — (f. 129^{v}) lib. VI; — (f. 144) lib. VII; — (f. 154^{v}) lib. VIII; — (f. 161^{v}) lib. IX (cui, f. 163^{v} lin. pen., enneadis IV lib. I subiunctus est nulla distinctione facta); — (f. 164) enneadis quartae (perperam in cod. *Γ'*, conr. in marg. plumbo proximis temporibus) lib. II (in cod. lib. I); — (f. 166^{v}) lib. I denuo (in cod. II); — (f. 167) lib. III; — (f. 185) lib. IV; — (f. 211) lib. V; — (f. 217) lib. VI; — (f. 219^{v}) lib. VII; — (f. 227^{v}) lib. VIII; — (f. 232^{v}) lib. IX; — (f. 235) enneadis quintae (errore in cod. Δ', plumbo rec. conr. in marg.) lib. I; — (f. 242) lib. II; — (f. 243^{v}) lib. III; — (f. 255) lib. IV; — (f. 255^{v}) lib. V; — (f. 264^{v}) lib. VI;

— (f. 267) lib. VII; — (f. 268^{v}) lib. VIII; — (f. 277) lib. IX; — (f. 282^{v}) enneadis sextae lib. I; — (f. 300^{v}) lib. II; — (f. 313) lib. III; — (f. 330) lib. IV; — (f. 340^{v}) lib. V; — (f. 347) lib. VI; — (f. 359) lib. VII; — (f. 385) lib. VIII; — (f. 399) lib. IX (ed. Volkmann I 39-350; II 3-524). Verba hic illic crasa et rescripta. Exstant in marg. conrectiones et variae lectiones ex alio cod. ipsa librarii aetate descriptae, quae initio codicis abundant, deinde rarescunt, postremo omnino deficiunt. In fine rubro scriptum legitur *τέλος τοῦ σοφοῦ καὶ θείου Πλωτίνου.*

Codex titulos et primas singulorum librorum litteras minio pictas exhibet. Officinar. chartariar. signa, quae vidimus: f. 1 ss. corona, cui stella superinponitur sex radiorum (cf. Briquet n. 4835); f. 83 ss. incudo cum malleo circulo inscripta, cui superstat crux (cf. Br. n. 5965); f. 193 ss. stellula sex radiorum rhombo curvilineo inserta, qui circulo includitur (cf. Br. n. 6097; ff. hoc signum praebentia atramento late maculata sunt, quod et interdum chartam peredit); f. 387 ss. trimontium circulo inclusum superinposita stella sex radiorum (cf. Br. n. 11932); alia. Quaterniones 51, qui codicem efficiunt, non signavit librarius, aut numeri, resectis a glutinatore marginibus, omnes perierunt. Foliorum enumeratio duplex invenitur, altera (quae interdum effluxit) ad chartae ang. sup. ext., altera ultimo primae lineae scripturae verbo adpicta.

F. II^{r} *πίναξ* manu saec. XVII-XVIII. Ff. I. II^{v}. 18^{v}. 408 vacua.

In dorso scuta Pii IX et A. Mai card. byblioth.

240 (olim 950). Saec. XVI, chart., mm. 326×224, ff. V. 91 (+ 35^{a-c}. 67^{a-b}), linn. 29.

1 (f. 1) **Porphyrii** de prosodia (ed. Villoison, an. gr. II 103-118; Bekker, an. gr. 676, 3-703, 19; Hilgard, scholia in Dionysii Thracis artem grammaticam, Lipsiae 1901, p. 128, 27-150, 31).

2 (f. 13) **Georgii Choerobosci** de prosodia commentatio quam edd. Bekker, an. gr. 703-708; Hilgard, schol. in Dionys. 124, 26-128, 26: in codice tamen desunt vv. *οἷον — καὶ ἀσθενῆ, ἔνιοι δὲ — οἷον ЄCTIN AΞION, Ἄξιον δέ ἐστιν — δύο χρόνους* (ed. Hilgard pp. 124, 31-125, 23; 125, 32-126, 14; 127, 4-24).

3 (f. 15^{v}) *Διομήδους σχολαστικοῦ* (sic) *εἰς τὴν Διονυσίου τέχνην* i. e. scholiorum conlectio ad Dionysianae artis grammaticae 1-6 e cod. Barocciano 116 descripta (v. Hilgard, op. laud. pp. x. xxvi ss.). Praecedunt, ut in cod. Bar., haece: [1] (f. 14, 18) *Ἰστεόν ὅτι τέχνη — τὸν χαρακτῆρα,* [2] (f. 14^{v}, 12) *Ἰστέον δὲ ὅτι ἑπτά τινα — τῷ τεχνίτῃ,* [3] (f. 15, 1) *Λησίππου τῶν αὐτοῦ — καὶ τ' ἄλλα* (Hilgard, op. laud. p. 160, 10-161, 8; 161, 20-24). Conlectio habet: *περὶ τέχνης, περὶ τραγῳδίας, περὶ ἀναγνώσεως, περὶ τόνου, Πορφυρίου, περὶ στιγμῆς, περὶ στιγμῆς Στεφάνου, καὶ ἄλλως Στεφάνου, περὶ ῥαψῳδίας, ἑτέρου, καὶ ἄλλως Πορφυρίου, περὶ στοιχείων, περὶ στοιχείου* (= Hilgard, op. laud. pp. 161,

27-162, 7; 11, 4-7; 11, 12-13, 10; 168, 19-31; 170, 11-18; 17, 16-20, 12; 172, 29-173, 4; 20, 13-21, 3; 173, 13-18; 21, 6-21; 173, 28-174, 4; 21, 22-29; 174, 5-24; 171, 8-172, 9; 22, 15-23, 18; 24, 3-7; 175, 5-10; 175, 34-176, 14; 24, 8-28, 8; 176, 18-177, 5; 177, 6-178, 9; 178, 18-179, 2; 28, 10-30, 24; 179, 26-180, 7; 180, 9-17; 30, 25-38, 26; 39, 1-41, 17; 43, 10-47, 15; 197, 33-198, 6).

4 (f. 36) ⟨**Heliodori** commentarius in artis Dionysianae 12-20 ex Barocciano cod. 116 descriptus⟩ (v. Hilgard, op. laud. p. XIV). Mut. inc. *τὰ δὲ δισύλλαβα κατὰ* (ed. cit. p. 67, 23-106, 14). Praecedunt folia vacua tria et dimidium.

5 (f. 60^{v}) de barbarismo et soloecismo (ed. Walckenaer, Ammonius de differentia affinium vocabulorum, Lipsiae 1822, p. 176-187).

6 (f. 64) prolegomena Vossiana in Dionysium (sub inscr. *Θεοδοσίου περὶ ὅρου*) a vv. *Ὅρός ἐστι, λόγος καθολικός* ad vv. *γραμματικὴν αὐτὴν ἐκάλεσεν* (Hilgard, op. laud. p. 2, 20-7, 29). Cetera quae sequebantur (v. infra, ad f. 67^{v}) habet codex 1205 f. 104-119.

In marginibus ipsa librarii manu obcurrunt conrectiones et coniecturae non nullae.

7 (f. 68) anthologiae Palatinae epigrammata 59, scil. XVI 236. 237. 238. 239. 241. (f. 68^{v}) 242. 243; XI 108; XII 69. (f. 69) 65. 1. 4, *ἀδέσποτον. Αἶψα δ' ὀγ' ἀντιθέην*, (f. 69^{v}) *Νουμηνίου. Μηκέτι νῦν ὁμόσαις*, V 172. 31; XII 173; (f. 70) V 35. 60. 41 (v. 1-2 tantum), 135 (vv. 5-6), (f. 70^{v}) 128. 99. 37. 259. 244 (v. 1-4), (f. 71) 232 (v. 7-8), 77. 255 (vv. 1-6. 13-17), 258 (v. 1-5), 285, (f. 71^{v}) 275; XII 20. (f. 72) 77. 75. 76. 86. 196. 59. (f. 72^{v}) 79; V 243. 252. 246. (f. 73) 289. 272 (v. 4 om.), 242. (f. 73^{v}) 294. (f. 74) 305 (v. 2 iteratur); XII 17. 60; IX 361. (f. 74^{v}) 381; V 18 (v. 6 om.), 50. 60 (v. 1-4), (f. 75) 96. 158. 186 (v. 1 tantum), 71.

In f. 77 iterantur epigrammata V 60 (v. 2-4), 96. 158, sed lineis deleta sunt.

8 (f. 78) Hadriani vita ex Xiphilino (Cassii Dionis hist. Rom. ed. Boissevain III 650-658). Exstant in marg. conrectiones, variae lectiones, subplementa non nulla.

Codex tribus constat libellis a totidem manibus perscriptis, quorum libellorum *a* ff. 1-67; *b* ff. 68-77; *c* ff. 78 ss. conplectitur. Libellum *a* quaterniones efficiunt 10 (2 binio est, 5. 10 terniones); *b. c* singulis quinionibus constant. Scriba primi illius libelli, quem Emmanuelem Probatarium bybliothecae nostrae scriptorem graecum fuisse comperimus e quodam librorum circa an. 1566 in usum Vaticanae exaratorum indiculo (Archiv. bybl. t. 11, f. 187: *7. Porphirii Georgii Cheroboschi. Theodosii et Dionisii Thracis in artem grammaticam perpulcra quedam greca. di m. Manueli.*), fasciculos non numerasse vid., sed ad ang. inf. ultimae singulorum paginae prima paginae subsequentis verba derecte exaravit. Tituli et litterae initiales rubro picta sunt, exceptis tantum ff. 68-77. Officinar. chartariar. signa conplura: f. 4 ss. galerus praelaticius; f. 17 s. scutum quoddam gentilicium (cf. Briquet n. 1883); f. 21 ancora circulo inclusa (cf. Br. n. 490); f. 24 ss. aquila circulo inscripta, cui superstat corona trium foliorum (cf. Br. n. 209); f. 27 equus in circulo, superinposita stella sex radiorum; f. 30 ss. stella sex radiorum in rhombo curvilineo qui circulo inseritur (cf. Br. n. 6097); f. 68 ss. lilium (?) in circulo; f. 78 ss. scorpius circulo inscriptus.

F. IV^{r} index latinus manu saeculi XVII-XVIII. V^{r} *πίναξ* saec. XVII-XVIII; inferius, in membranula adglutinata, inscriptio medio saec. XVI recentior *Porphirius de accentib(us) | et alia aliorum. | . 950.* F. 67^{b} verso ad ang. inf. int. minio scriptum legitur *γένος διον⟨υ⟩σίου*, quae sunt prima verba folii subsequentis, nunc 104 codicis 1205. 69^{r} in marg. ext. duae notulae latinae ⟨Iosephi Spalletti⟩, in quibus laudatur cod. Palat. 33 p. 569. 78^{r} Hadriani vitae titulo adscribitur *Xiphilini est tota A. Maius.* Qui vir doctus etiam in indice graeco, f. V^{r}, verbis *Ἀδριανοῦ βίος* adnotavit *auctore Xiphilino ed.* 87^{v} imo marg. *xiphilino* manu saec. XVI. Vacua sunt ff. I-III. IV^{v}. V^{v}. 35^{v}. 35^{a-c}. 63^{v}. 67^{a-b}. 75^{v}. 76. 77^{v}. 86-91.

Integumenti tabulae, corio castaneo obductae, stemmata auro inpressa exhibent Gregorii XIII et G. Sirleti card. byblioth.

241 (olim 172). Saec. XIII, chart., mm. 257×168, ff. I. 341, linn. ut plurimum 26.

1 (f. 1) **Davidis** philosophi in Porphyrii isagogen expositio. Des. vv. *τῷ δε εἴδει ἡ διαφορά. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως* (Davidis prolegomena et in Porphyrii isagogen commentarium ed. Busse, Berolini 1904, p. 80-94, 5). In cod. deest inscriptio, sed ad marginem f. 1^{r} legitur nota autographa *Comm. hęc sunt Dauidis Philosophi ut uidere est in Cod. 1470* (manus rec. plumbo add. *f. 59*) *Zaccagn(ius)*. Sequuntur (f. 3^{v}) diagrammata et (f. 6) index Aristotelis interpretum (*Τίνες εἰσὶν ἐξηγηταὶ τῶν ἀριστοτελικῶν βιβλίων: εἰς μὲν τὰς ε' φωνὰς, Ἀμμώνιος — εἰς τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ, Ἀλέξανδρος ὁ ἀφροδισιεύς*...; ed. M. Hayduck, comm. in Arist. gr. XVIII 3 p. v).

2 (f. 7) **Porphyrii** isagoge (ed. Busse p. 1-22) cum glossis inter linn. et scholiis margini adscriptis, quorum plura serius addita Ammonii nomen prae se ferunt (ff. 11-15^{v}). Scholl. incc. † *ἰστέον ὅτι ὄργανον κα(λεῖ)ται ἡ λογικὴ πραγματεία* etc. † *τὸ ἁπλῶς τετραχῶς λέγεται* etc. *διατί τὸ ὂν προέταξε τοῦ ἀναγκαίου· καὶ λέγομεν ὅτι ὡς καθολικώτερον* etc. (= Eliae in Porphyr. isag. p. 1, 3; v. ed. Busse p. 42, 13).

3 **Aristotelis** opera conplura: [1] (f. 17) categoriae cum scholiis praesertim Ammonii (haec flavo atramento exarata). In fine (f. 34^{v}) categoriae enumerantur, adiectis exemplis; sequitur diagramma cum explanatione. [2] (f. 36) de interpretatione cum scholiis praesertim Am-

monii (f. 42^{v} *σχόλ.* *Ἡλιοῦ.* *Ἡ μετάθεσις τριχῶς,* ut in cod. 243 f. 87^{v}): Subiciuntur (f. 48) *τὰ ἴδια τοῦ πρώτου σχήματος, ... τοῦ δευτέρου σχήματος, ... τοῦ τρίτου σχήματος* (*Τὸ ἔχειν τὴν μείζονα πρότασιν — ἁπλῶς ἀποφαινώμεθα τί κατά τινος· ἢ τί ἀπό τινος*). [3] (f. 49) analyticorum priorum lib. I et (f. 88^{v}) lib. II cum scholiis et diagrammatis. [4] (f. 113) analyticorum posteriorum lib. I et (f. 137^{v}) lib. II scholiis instructi, quorum plura in fine libri I Alexandro et Philopono inscribuntur (ff. 134^{v}-137^{r}). [5] (ff. 151^{v}) topicorum lib. I; — (f. 161) lib. II; — (f. 169^{v}) lib. III; — (f. 175^{v}) lib. IV; — (f. 185) lib. V; — (f. 198) lib. VI; — (f. 213) lib. VII; — (f. 217) lib. VIII, scholiis (f. 151^{v} Alexandri) instructi, quae tamen in libris VI-VIII fere desiderantur. [6] (f. 228) de sophisticis elenchis cum scholiis. [7] (f. 255) de physica auscultatione lib. I, cui praecedunt (f. 254), post diagrammata inscripta *Μελίσσου Παραλογισμός,* quaedam ex ⟨Simplicii prohoemio in physicor. lib. I excerpta⟩ (inc. *περὶ τῶν κοινῶς* (sic) *πᾶσι τοῖς φυσικοῖς* [Simplicii in Aristot. phys. libros IV priores ed. H. Diels, Berolini 1882, p. 4, 8], des. *ποτέ ἐστι περιέγραψεν* [ed. laud. p. 6, 30]); — (f. 264) lib. II; — (f. 273^{v}) lib. III; — (f. 282) lib. IV; — (f. 298^{v}) lib. V; — (f. 306^{v}) lib. VI; — (f. 317^{v}) lib. VII; — (f. 333) lib. VIII. Haud multa exstant scholia in marg. et glossae inter linn., variae lectiones raro notantur.

Codex non una est manu exaratus, atramento fusco, si tamen excipias ff. 1-3, 13. 228 (inde a lin. 9) - 318^{r} quae colore flavescenti describuntur, pariter atque scholia pleraque. Tituli non nulli violaceo colore picti. Fasciculi sunt numero 32 (quaterniones, praeter 1 ternion., 2 quinion., ⟨δ′⟩ folior. 7, quia paenult. charta excisa est, ε′ quinionem et 32 binionem, cuius extrema charta ferro excisa est) graece signati in marg. inf. med. ultimae singulorum paginae (numeri licet aliquot effluxerint), quibus adduntur fasciculi 10 simili modo signati (α′ quinio, ult. ternio, rell. quaterniones). Chartas haud paucas tineae laeserunt non sine aliquo scripturae damno; quae chartae plerumque refectae sunt, satis tamen inepte.

F. I^{r} indicem graecum exhibet saec. XVII-XVIII. 1^{r} summo marg. † ἡγοῦ..., marg. imo *v. 172* | *n. 241.* 2^{r} in marg. sup. † *χ(ριστ)ὲ βοήθει.* Vacua sunt ff. I^{v}. 6^{v}. 35^{v}. 76^{v}. 253^{v}. 254^{v}.

In tegumenti dorso scuta Pii IX et A. Mai card. byblioth.

242 (olim 644). Saec. XIII-XIV, chart., mm. 217×147, ff. I. 287.

1 (f. 1) **Porphyrii** isagoge (p. 1-22 ed. Busse).

2 **Aristotelis** opera conplura. [1] (f. 16^{v}) categoriae. [2] (f. 49^{v}) de interpretatione usque ad c. 13 vv. *θάτερον δὲ ἀληθὲς* (p. 23, col. 1, 16 ed. Bekker). [3] (f. 79) analyticorum priorum lib. I (deest tit. in cod.); — (f. 104) lib. II. [4] (f. 120) analyticorum posteriorum lib. I; — (f. 139) lib. II (ff. exc. post 140, desiderantur vv. *τὸ ἐπίπεδον — τῶν δ' ἐχόντων,* p. 90, 2, 37-93, 2, 26 ed. Bekker). [5] (f. 148) topicorum lib. I; — (f. 169^{v}) lib. II; — (f. 188) lib. III; — (f. 198) lib. IV; — (f. 218^{v}) lib. V; — (f. 242) lib. VI; — (f. 255^{v}) lib. VII; — (f. 258^{v}) lib. VIII. [6] (f. 267) de sophisticis elenchis.

Exstant in marg. diagrammata et scholia, rarissima tamen.

Codex, quem librarii saltem tres exararunt (*a* ff. 1-78. 151-240; *b* ff. 79-92^{v}, 17; *c* ff. 92^{v}, 17-150. 241-287), constat fasciculis λγ′, immo λα′; nam θ′, ultimam partem libri de interpretatione continens, et ιη′ hodie desiderantur. Qui fasciculi, in marg. inf. int. primae et extremae paginae notati, partim quaterniones sunt (β′. ι′-ιϛ′. κθ′-λγ′), partim quiniones (α′. γ′-η′. ιθ′-κη′); ιζ′ ternio est, λδ′ folia dumtaxat 7 conplectitur. Iidem latine quoque signati inveniuntur manu saec. XV alphabeti litt. *a-z,* siglis *et, con, rum,* litt. maiusculis *A-G.* Hoc praeterea notandum, ff. 79-287 olim per se stetisse, ut fasciculorum demonstrat enumeratio α′-κδ′ postea in ι′-λδ′ conrecta. Tituli, litterae grandiores, diagrammata conplura (quae scilicet invenies in ff. a librario *c* perscriptis) minio picta sunt. Foliorum ordo turbatus sic restituendus: 127. 133^{v}. 133^{r}. 129-132. 128^{v}. 128^{r}. 134-143. 145. 144. Ff. 128. 133 perverse posita invenies.

F. I^{r} indicem graecum continet saec. XVII-XVIII. 1 a tineis perforatum est non sine textus damno et nova charta partim tantum refectum (tineae etiam quae sequuntur ff. laeserunt, parum tamen). 2^{r} summo marg. *Aristothelis logica* manu saec. XV ex. 24^{r} summo scholion latinum manu saec. XIV *quelibet substantia hoc quod est non dicitur* etc., cui alia manus alphabetum adscripsit latinum. Folium codicis extremum satis male habitum nova est charta refectum.

In dorso scuta Pii IX et A. Mai card. byblioth.

243 (olim 645). Saec. XIII-XIV, chart., mm. 252×163, ff. I (add.). 338 (+ 103^{a}. 105^{a}. 111^{a}. 117^{a}. 118^{a}).

Aristotelis organi pars anonymis scholiis inter lineas brevissimis, amplioribus ad oram atque diagrammatis qua uberrime qua parcissime inlustrata.

1 (f. 1) **Porphyrii** isagoge, prohoemio trunca (ed. Busse 1, 17-22).

2 **Aristotelis** [1] (f. 25) categoriae. Scholion marg. atrum (haec recensemus) primum inc. *Τῶν πραγμάτων τὰ μὲν κοινωνεῖ ἀλλήλοις κατ' οὔνομα,* des. *καὶ κατὰ τὸ ὑποκείμενον καὶ τοὔνομα οἷον ἄνθρωπος καὶ ἵππος,* ultimum, ad p. 15, col. 2, inc. *Ἰστέον δὲ ὅτι ἡ οὐσία ἢ οὐσίαν λέγεται ἔχειν ἢ ποσὸν,* des. *τὴν διάθεσιν. τὴν ἐπιστήμην καὶ τὴν ἀρετήν.* Ad p. 5, 2, 24 manu saec. XIV adscriptum est in marginibus (ff. 37^{r}-39^{r}) *Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου· περὶ τοῦ μεγάλου καὶ τοῦ μικροῦ· καὶ τοῦ πολλοῦ καὶ τοῦ ὀλίγου· ὅτι οὐ τῶν πρός τι εἰσὶν· ἀλλὰ τοῦ ποσοῦ* (ed. P. Tannery in *Annuaire de l'Association pour l'encouragement des études grecques en France* 21, 104-119). [2] (f. 71)

de interpretatione. Praecedit (f. 70^{v}) prohoemium *⟨Σ⟩κοπὸν ἔχων ὁ Ἀριστοτέλης διδάξαι ἐν τῷ περὶ ἑρμ.*, cum aliis monitis generatim. Scholion primum, fini prohoemii maxime conveniens, inc. *Περὶ ἑρμ. ἡ παροῦσα πραγματεία ἐπιγράφεται διότι περὶ,* des. *ὡς ἑρμηνεύων τὴν γνῶσιν τῆς ψυχῆς,* ultimum inc. *Καὶ ἄλλως· ὄνομα μὲν ὅταν μετὰ ἄρθρου λέγηται· ῥῆμα δὲ,* des. *ἀποφαινώμεθα τί κατά τινος ἢ τί ἀπό τινος* (cf. cod. 241, f. 48). Inserta sunt duo *τοῦ Ψελλοῦ* (ff. 76^{r}. 89^{v}) et unum *σχόλ. Ἡλιοῦ* (f. 87^{v}). Subditur (f. 100^{v}) *ἀρχὴ τῶν τριῶν σχημάτων. τὰ ἴδια τοῦ πρώτου σχήματος. Τὸ ἔχειν τὴν μείζονα* (ut in cod. 241, f. 48) — *μερικὸν ἀποφατικὸν συνάγει συμπέρασμα*, cum adnotationibus pluribus manus paullo recentioris *Συλλογισμός ἐστι λόγος ἐν ᾧ τεθέντων — αἱ δὲ λοιπαὶ ἀσυλλόγιστοι.* 3 (f. 102) analyticorum priorum lib. I et (f. 182^{v}) lib. II. Scholion *α'* in l. I inc. *Ἀπορήσειέ τις ἐὰν ὁ συλλογισμὸς συναγωγή,* des. *περὶ τοῦ ἀποδεικτικοῦ καὶ τῶν λοιπῶν, ὕστερα ἀναλυτικά,* ultimum inc. *⟨Κ⟩αθολικῷ δὲ λόγῳ ὅταν ἔχῃ τὸ α καὶ τὸ β ἤγουν ἡ ἁπλῆ ἀντίφασις,* des. *ἡ ἐκ μεταθέσεως κατάφασις, ἐπ' ἐκείνων πάντων συναληθεύοι.* 4 (f. 246) analyticorum posteriorum lib. I et (f. 297^{v}) lib. II, cuius suprema vv. *εἰ οὖν μηδὲν ἄλλο — ἅπαν πρᾶγμα* rec. manus subplevit. Scholion primum (sunt perpauca et a fine haud prope deficiunt) in l. I inc. *Ὥσπερ ἡ ἀπὸ τῶν τριῶν σχημάτων ἀρχομένη πραγματεία,* des. *ὅταν τὸν τοιοῦτον συλλογισμὸν εἰς τὰ ἄμεσα ἀναλύσωμεν:* sequitur ad instar subscriptionis, *Τὰ δ' ζητούμενα πρὸς τὰς δ' μεθόδους τὰς διαλεκτικὰς οὕτως ἔχει· εἰ ἔστι — καὶ διὰ τί ἐστιν ἀναλυτική τελικόν.* Prohoemion (Leonis Magenteni ?) in l. II inc. (f. 297) Διαλαβὼν *ὁ Ἀριστ. ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τῆς ἀποδεικτικῆς,* des. *διδασκαλίαν, ἐν τῷ παρόντι δευτέρῳ βιβλίῳ ποιήσασθαι* (cf. comm. in Arist. gr. vol. XIII 3 pp. VIII. XXIII); scholion primum inc. *⟨Ἤ⟩τοι τὰ ζητούμενα ἐπὶ πάσης γνώσεως ἐπιστημονικῆς, ἰσάριθμα,* des. *κενταύρου· ἀνθρώπου· καὶ τῶν τοιούτων,* ultimum (ad p. 91, col. 2, 26) inc. *Ἔτι τί κωλύει τὸν ἀνεπιστημόνως καὶ ἀσυντάκτως,* des. *προσθεῖναι ταῖς οὐσιώδεσι διαφοραῖς.*

3 (f. 325) de tribus figuris syllogismi opusc. inc. *⟨Ἰ⟩στέον ὅτι γ' εἰσὶ σχήματα τῆς φιλοσοφίας, δι' αἰτίαν,* des. *ἀσυλλόγιστα πάντα συνάξεις.* Titulum abrasum subplere potest subscr. (f. 327^{v}) *Τέλος εἴληφε τὰ περὶ τῆς συντόμου καὶ σαφεστάτης συντάξεως καὶ διδασκαλίας τῶν τριῶν σχημάτων κατὰ τὴν Ἀριστοτέλους μέθοδον.* Sequitur al. manu de iisdem rebus *Σκόπει ὦ συνετὲ* (ex -*ταὶ*) *ἀκροατὰ ἐὰν ἡ κατάφασις ᾖ ἀληθὴς* etc., cum pluribus schematis.

4 (f. 331), post varia schemata et scholia de reciprocatione (f. 330), venit sine titulo opusc. *⟨Π⟩ᾶς συλλογισμὸς ἐκ φανερῶν προτάσεων — καὶ τινὸς ὄντος, τί οὐκ ἐστί,* cum figuris; quod opusc. in cod. 207 f. 273 **Boethii** dicitur atque a **Maximo Holobolo** in graecum conversum. Add. *⟨ἀ⟩ρχὴ τοῦ περὶ εὐπορίας προτ. — ἀλλὰ δὴ καὶ τοὺς ἀσυλλογίστους: — βογὸδ ζῆθι βη βθι γζ γη δη μετὰ στιγμῶν χρόνους: — ⟨ἐ⟩παρίθμησις τῶν ἐμπεριεχομένων:* nec amplius.

(f. 338) tabula superscribta *Αἱ προτάσεις αἱ ἐν τῷ β' τμήματι τοῦ περὶ ἑρμηνείας αἱ ἐξ ὑποκ⟨ει⟩μένου ⟨ὡ⟩ρισμέν⟨ου⟩ καὶ κ⟨ατηγ⟩ορουμένου. κατὰ κεφά-(λαια)* etc. (cf. comm. in Arist. gr. XVIII 3 p. 69 sqq.).

F. 338^{v} manu saec. XIV-XV: *ὁμοῦ φύλλα τοῦ ὅλου παρόντος βιβλίου τξς':* qua re folia ad minimum viginti sex diceres excidisse; vix enim quis putare cum foliis potuit lacinias angustiores quas numeris 103^{a}. 105^{a}. 111^{a} signavi. Haud dubie tamen duo fasciculi et folium unum initio perierunt, testibus numeris fasciculorum tum graecis iisque rubris in imo primae paginae margine circa medium, tum armenis in summo primae atque in imo ultimae circa medium adpictis. Qui numeri quia ad *μγ'* (f. 322. 329^{v}, paenultimi fasciculi extremis) usque pertingunt, fasciculi toti non quidem 44, sed 42 tantum sunt. Atque ita sane ff. 7^{v}. 8^{r} notae armenae pro 3 et 4 obcurrunt atque f. 17 *ε'*. Est et alia solius tamen Aristotelis fasciculorum enumeratio (ff. 297 *λε'*, 306 *λς'*, 183 *κα'*, 56^{v} *δ'*) tum in primae tum in ultimae paginae imo margine, plerumque deperdita. Fasciculi erant quaterniones universi, praeter *ιε'*, *κς'*, *μ'* quiniones; attamen *ια'* ternio atque *κα'* et *λε'* septem foliorum facti sunt citra textus damnum, unius vero, nunc primi, folium primum deperditum est. Tituli, litterae maximae, scholia plurima, praesertim inter lineas, atque schemata conplura rubra. 96^{v}. 296. 297 ornatus rubro et atro colore non inelegantes. Sunt et additamenta violacea, item castigationes et additamenta variarum manuum, vel paullo recentiorum. Qui scholia addidit, quandoque lacinias ad hoc inseruit, quandoque erravit (f. 166^{v} *δὶς ἐγράφη τοῦτο τὸ σχόλ. ἐνθάδε*, f. 88 *σύγγραφε ταῦτα τμήματι τῷ τετάρτῳ ἔσφαλα καὶ γὰρ ὡς γεγραφὼς ἀσκόπως*), ut idem versibus fassus est (al. vers. f. 117^{v}). 12^{v}. 13^{v}. 25^{r}. 35^{v} summis verba latina manu inperita saec. XIV exarata. I *πίναξ* Allatianus manu saec. XVII-XVIII. 16 (add. saec. XVII), 19^{v}. 20^{r}. 70^{r}. 98. 101^{v}. $103a^{v}$. $105a^{v}$. $111a^{v}$. 163^{r}. 238^{v}. 296^{v}. 305. 328^{v}. 329^{r}. 337^{v} vacua. Marginum plurimum a glutinatore resectum ostendunt quae supersunt margines ff. 4. 10. 12 atque damna scripturae in ff. 330 sqq.

In dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. byblioth.

244 (olim 1061). Saec. XIII, chart., mm. 351 × 255 c., ff. III (addit.), 652 (+ ff. 120-129 bis num., 157^{a}. 170).

Aristotelis organum explanatum Leonis praecipue Magentini commentariis integris, praeterea excerptis unius alteriusve commentarii, vel Ammonii, vel Simplicii, vel Philoponi, vel Alexandri Aphrodisiensis, postea additis.

1 (f. 4^{v}) **Porphyrii** isagoge cum commentario **Leonis Magentini**, in cod. (f. 3^{r}) *σύντομος ἐξήγησις τῶν πέντε φωνῶν· γενομένη παρὰ τοῦ ἱερωτάτου μητροπολίτου Μιτυλήνης κυροῦ Λέοντος τοῦ Μαγεντηνοῦ* (Prohoem. *Ζητητέον τὰ ὀκτὼ κεφάλαια — ἡ περὶ συλλογισμῶν πραγματεία ἣν τὸ ὄργανον*

παραδίδωσιν. Schol. α´ Ἀνάγκη περὶ καθόλου διαλαβεῖν πρότερον — οὐδὲ ὂν ῥηθήσεται, λδ´ et ultimum, f. 28r, κἂν γὰρ ὁ ἄνθρωπος ὡς ποιόν τι λαμβάνηται — ἤτοι λευκότητος καὶ ἐρυθρότητος, append. f. 32r διὰ τί εἰσὶ πέντε φωναὶ καὶ οὔτε πλείους — ποιεῖ τὸ συμβεβηκός, cf. Busse, comm. in Arist. gr. IV 1 p. XLIV sq.), atque excerptis plurimis ἐκ τῶν τοῦ Ἀμμωνίου εἰς τὰς ε´ φωνάς ante (f. 1 δεῖν φασι τὸν μετερχόμενόν τι — πρὸς σύστασιν ὡς συμβεβηκότων ὄντως) et ad oras circumquaque, quae cum scholiis ἄλλου, nempe Ammonii, codicis Coisliniani 157 a Busse, comm. laud. IV 3 p. XXXVI in specimen datis plane conveniunt (1 ἐπεὶ αὐτοφυῶς ἅπαντα τοῦ ἀγαθοῦ ἐφίεται — ἵνα διὰ τούτων προτρέψηται τοὺς νέους εἰς τὴν τοῦ βιβλίου διδασκαλίαν, cf. ib. 24, 2-26, 5; ultimum καὶ ἡ μὲν διαφορὰ — ἐστιν· οὐδὲ γὰρ λογικοῦ — κεραννύμενα ποιεῖ φαιόν, ib. 126, 1-9).

2 **Aristotelis** 1 (f. 32v) categoriae cum exegesi quae tribuitur **Leoni Magentino** (v. Busse, comm. laud. IV 1 p. XLIV n.: prohoem. Διαφωνία τις ἐγένετο τοῖς ἐξηγηταῖς περὶ τοῦ σκοποῦ τῶν δέκα — εἰς τὴν συλλογιστικὴν μέθοδον καὶ εἰς τὴν ἀπόδειξιν, schol. α´ ὁμώνυμα λέγεται τὰ κοινωνοῦντα κατὰ τὸ ὄνομα μόνον — ἑαυτῷ, ἀλλ᾽ ἑτέρῳ ἢ ἑτέροις, ultimum περὶ δὲ τοῦ ἔχειν διδάξας ὄπισθεν ἔνθα — ἀλλὰ ἀναψηλαφᾶν εὑρίσκειν τινὰ ἕτερον, epilog. Ἐπιστῆσαι ἄξιον ὅτι τῶν θρυλλουμένων ὀκτὼ — οὐδὲ ἐναντίον ἔχουσα τοῖς νῦν εἰρημένοις) et excerptis ex **Simplicio** ut supra additis, iisdem, ut videtur, atque in Paris. 1972 et Coislin. 157 apud Kalbfleisch, comm. in Arist. gr. VIII p. **xv** sq. (exc. 1 f. 31v Ἑπταχῶς αἱ κατὰ φιλ. — ὡς οἱ κυνικοί, ed. Kalbfleisch l. c.; exc. ζητοῦμεν δὲ ἐπὶ πᾶσι πρῶτα τὸν σκοπόν· ἐπεὶ οὗτος ὀρθῶς γνωσθεὶς deficit in vv. ἁπλᾶ, οὕτω καὶ αὐτή, p. 8, 14-29, quod monuit aliquis scribens λείπει διφύλλ.; f. 32r ἐκ τῶν τοῦ Σιμπλικίου αἱ εἰς τὰς κατηγορίας προσθῆκαι et scholion aliud ut ap. Kalbfleisch p. XV-XVI; ultimum καὶ ὁ Ομηρος οἳ δ᾽ εἶχον κοιλην — Ἀρκαδίαν, ib. 437, 6-8). 2 (f. 93) de interpretatione cum exegesi quae tribuitur **Leoni Magentino** (omnino ut apud Busse, comm. in Arist. gr. IV 5 p. XXXV sq.: prohoem. Μέλλων διδάξαι ἐν τῇ συλλογιστικῇ — πᾶς ἄνθρωπος ζῶον ἐστί, schol. 1 Τὰ μὲν σημαινόμενα τοῦ θέσθαι — αἰσθητικὸν καὶ τὸ σῶμα, ultimum ὥστε εἰ ἐπὶ τῆς δόξης οὕτως ἔχει — ἀποδείκνυσι διὰ προσσυλλογισμοῦ) et excerptis ex commentario **Ammonii** (exc. 1 f. 90v Ἰστέον ὅτι πολλαχοῦ τῆς (sic) περὶ ψυχῆς — τοῦ φιλοσόφου τὸ βιβλίον, comm. in Arist. gr. IV 5 p. 6, 4-7, 14; 2 Ὁ Ἀμμώνιος μετὰ τὸ ἐξηγήσασθαι τὸ, Ἔστι μὲν οὖν τὰ ἐν τῇ φωνῇ — ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς, προστίθησι καὶ τάδε· ὅτι τριῶν ὄντων ὑπὲρ [ex ὑπὸ] τὰς φυσικὰς — ἐπλεόνασεν, ib. p. 24, 24-25, 30; 3 ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας ὁ Ἀριστοτ. προτίθεται παραδοῦναι — ὀνομαζομένους ib. p. 2, 5-9; ultimum f. 133 Χρησάμενος ἐν τῇ ἐπιχειρήσει ὡς ἐναργεῖ — τῷ

αὐτῷ ἅμα ὑπάρχειν, ib. 271, 30-272, 32), quae excipit (f. 133v) σύνοψις τῶν τριῶν σχημάτων ἤτοι ψιλὴ τῶν συλλογισμῶν εἴδησις καὶ ἐπιπόλαιος, inc. Τῆς συνόψεως τῶν συλλογισμῶν στοχαζόμενοι, des. ἕκτος τρόπος ἐστὶν ὁ ἐξ ὅλων ὑποθέσεων (ed. Trincavellus in fine Ioan. gramm. Philoponi comm. in priora anal. Arist., Magentini comm. in eadem, Venetiis 1536, ff. XXXXII-XLVr lin. 18) cum breviore additamento de modis 3, 4, 5 et cum pluribus schematis (f. 137). 3 (f. 141) analyticorum priorum lib. I et (f. 240v) II usque ad vv. οὐ πλείοσιν ἀλλ᾽ ἀντι⟨στρέφει· εἰ δὲ μή, οὐκ ἔσται ἓν ἑνὸς σημεῖον add. m. saec. XVI⟩, cum exegesi **Magentini,** in cod. f. 139 Ἐξήγησις τοῦ Μαγεντηνοῦ σύντομος εἰς τὰ τρία σχήματα τοῦ Ἀριστοτέλους (ed. Ven. laud. f. I-XXXXI, quae caret fine libri II, nempe ab illis circa medium schol. ρπ´ verbis πάλιν εἴ τις εἴποι ὅτι τῶν ἐναντίων ad sch. ρϟγ´ γένος δὲ ἄτομον λέγει, τὸ εἶδος τὸ εἰδικώτατον ὡς μὴ δυνάμενον εἰς εἴδη τέμνεσθαι ἀλλ᾽ εἰς μερικά, vel aliud ultra, si quidem fuit in foliis post f. 296 deperditis) et excerptis rarioribus in lib. I ex ⟨**Ammonio** aut **Philopono**⟩, ut videtur (exc. 1 f. 145v Εἶπεν ἀνωτέρω ὅτι τέλειον καλῶ — λέγει ἀντιστροφῆς [Ammon., comm. in Arist. gr. IV 6 p. 34, 23-35, 19] δι᾽ ἧς οἱ ἐν δευτέρῳ καὶ τρίτῳ σχήματι — τὰ πάντα προτάσεων εἴδη ιη´, 2 τὰς προτάσεις ἐν αἷς ἡ ἀντιστροφὴ γίνεται, ἀνάγκη ἢ κατ᾽ ἀμφοτέρους τοὺς ὅρους [cf. ib. p. 35, 37 s.] — περὶ ἧς ἐνταῦθα ποιεῖται τὸν λόγον, cf. Philopon., comm. laud. XIII 2 p. 40, 31-42, 16; f. 148v-151 διὰ πλείονα σαφήνειαν — ὅπερ ἔδει δεῖξαι et εἰ δὲ ἐξ ἀνάγκης — οὐ παντὶ ἀνθρώπῳ, ib. 52, 4-57, 12; 57, 14-59, 3 ut in Paris. 1972, ib. p. XXVIII; f. 166v ἐκ τοῦ περὶ ἑρμηνείας Ἀμμωνίου περὶ τῶν καταφάσεων καὶ ἀποφάσεων τῶν τε ἀληθευουσῶν καὶ ψευδομένων· ἐπί τε τῶν ἀναγκαίων καὶ τῶν ἐνδεχομένων καὶ τῶν ἀδυνάτων θεώρημα μικροῦ ἀξιοπαράδεκτον. Τοῦτο τὸ θεώρημα τὸ νῦν — τὴν εἱμαρμένην αἰτίαν εἶναι ὁμολογήσουσιν, comm. in Arist. gr. IV 5 p. 130, 27-138, 10; exc. ad Arist. 29, 2, 29 Εἰκότως δευτέραν τάξιν ἔχει ἡ ἐκ τῶν ἀναγκαίων — περὶ τῶν ἐξ ἀναγκαίων προτάσεων, cf. Philopon. p. 119, 5 sqq.), uno Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως (f. 220 πῶς ... διὰ τούτων ὑπογράφει — γνωρίμους ἀνάγειν, comm. in Arist. gr. II 1 p. 340, 5-13) atque scholiis alius ut videtur generis inde a f. 212 (ex. gr., f. 218 Ἀλλ᾽ ἴσως εἴπῃ τις· πῶς ὦ Ἀριστοτέλες σὺ etc.). Excerpta in l. II fere nulla (ex gr., f. 273v, ubi et καὶ ἄλλως, 281v) nec multa sunt scholia quae dixi alius generis.

4 (f. 301v) analyticorum posteriorum lib. I et (f. 370v) II. In lib. I adest commentarius ille inc. Σκοπὸς ἐστὶν ἐνταῦθα τῷ Ἀριστοτέλει περὶ τοῦ ἀποδεικτικοῦ (usque ad initium schol. ις´, f. 305, 2 in nostro, ed. ex Escorial. M. Hayduck, comm. in Arist. gr. XXI 1 p. VII-XVIII), des. τϟθ´ ἔστι δὲ ἡ ἀγχίνοια εὐστοχία καὶ εὕρεσις τοῦ μέσου — λάμπεται οὗτος ἀγχίνους

(ut in cod. Coisl. 167 et aliis apud Wallies, Ioan. Philop. in Arist. analytica posteriora, comm. in Arist. gr. XIII 3 pp. x sq., xviii, 21), sed brevior et non nihil varians, qui tamen serioribus curis ad formam editam diligenter redactus est; adsunt praeterea paucissima primae manus excerpta (f. 303v *Ὁ Μένων ἐρωτηθεὶς ὁ Θετταλὸς παρὰ Σωκράτους — ἀλλ' ὃ οὐκ οἶδε τίς πῶς εἰς ἔννοιαν τούτου ἔλθοι*), eo quod, ut monet expilator f. 302, *ἐπιχειρήσας προστιθέναι καὶ ἐν τοῖς δυσὶ τμήμασι τῆς ἀποδεικτικῆς τὰ εὑρεθέντα εἰς σαφήνειαν πλείονα, κατέλιπον τοῦτο, ἐπεὶ τὸ τῶν τετραδίων στενὸν οὐ συνεχώρησεν,* denique seriores additiones variarum manuum (f. 301v *διανοητικὴ εἶπε καὶ οὐκ ἀποδεικτική, ἐπὶ τὸ καθολικώτερον ἀνιὼν — χορηγεῖν ἡμῖν μεθόδους τῶν ἀποδείξεων* ex **Philopono** p. 5, 4-11; ff. 318 sqq.). Comm. in lib. II (inde a f. 369v) est ⟨**Philoponi,**⟩ in *σοα'* segmenta dispertitus (ed. Wallies p. 334-440).

5 (f. 417v) topicorum lib. I (cuius initium usque ad vv. *ζητοῦμεν κατὰ τὴν προκ* f. 417r scriptum fuerat ac deletum est); — (f. 442) II; — (f. 462) III; — (f. 477) IV; — (f. 497v) V; — (f. 520v) VI; — (f. 548v) VII; — (f. 556v) VIII, cum commentario, uti constat ex initiis a Montfaucon, bibliotheca Coislin. p. 227 prolatis, ⟨**Leonis Magentini**⟩ in duas partes diviso, alteram segmentorum *φν'*, re vera *φμ'* (nam in fine lib. I ab *ροθ'* ad *ρϙ'* saltu facto ac vix *ρπ'-ρπβ'* repositis desunt *ρπγ'-ρϙβ'*, vel monente librario f. 442r summo: *ὅρα μή σε τὰ ψηφία ταράξωσι κατὰ λήθην γὰρ ἐτέθη ἀντὶ τοῦ ρπγ' τὸ ρϙγ'. λάβε γοῦν ὡς ἀρχὴν τὸ ρϙγ' ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ δευτέρου τῶν τοπικῶν καὶ πρόβαινε ἀνενδοιάστως*), in libros I-IV (*α'*, prohoemio omisso, *ἐξ αὐτῆς τῆς ἀρχῆς τῆς παρούσης πραγματείας — καὶ ἠθικὰ καταγίνεται, φν' ἔτι ἐπεὶ τὸ παρεπόμενον τινί, ἐὰν — τῆς στερήσεως, οὐ δυνατὸν εἴδη εἶναι*), alteram segmentorum *χ'* in libros V-VIII (*α' δι' ἣν αἰτίαν προετάγησαν τὰ γενικὰ — τὸν ἄνθρωπον τετράπουν· ἢ τὸν ἵππον δίπουν, χ' δεῖ δὲ ἔχειν τοὺς λόγους καὶ τοὺς συλλογισμοὺς — ἤγουν μεμελετημένα καὶ πεφροντισμένα*) atque excerptis plurimis in libros I-IV. VIII 1-5 in., alibi perraris vel nullis ex commentario ⟨**Alexandri Aphrodisiensis**⟩ postea adiectis (exc. 1 f. 417v *κοινότερον μὲν τὸ περὶ παντὸς καθ' ὅσον — περὶ παντὸς διαλεκτικοῦ,* comm. in Arist. gr. II 2 p. 6, 21-7, 2; exc. 1 in lib. II *προβλήματα ἔοικε νῦν — μουσικός* ib. 129, 16-32; exc. 1 in lib. V *Ἀπὸ τῶν τοῦ Ἀφροδισιέως Ἀλεξάνδρου σχολίων τῶν εἰς τὰ τέσσαρα τῶν τοπικῶν. Ὁ σκοπὸς τοῦ ε' τῶν τοπικῶν, παραδοῦναι τόπους καὶ ἀφορμὰς, πῶς δεῖ τὸ πρὸς τὸ ἴδιον ἐπιχειρεῖν καὶ ποσαχῶς — διαφορά,* ib. 369, 6-8, et cf. p. xxxv sq.; ultimum in lib. VIII f. 568v *ἐπεὶ δ' ὁ καλῶς συλλογιζόμενος — συναχθήσεται,* ib. 550, 14-25).

6 (f. 583v) de sophisticis elenchis cum commentario ⟨**Leonis Magentini**⟩ (prohoem. *Τὰ πράγματα ἢ πάντη ἀληθῆ εἰσὶν, ἢ πιθανὰ — περὶ*

τῶν σοφιστικῶν ἐνοχλήσεων ἤγουν ἐλέγχων, cf. comm. in Arist. gr. II 3 p. xxiii; *α' ὁ σοφιστικὸς ἔλεγχος εἰ μὲν ἡμάρτηται περὶ τὴν ὕλην — οὐδὲν δὲ τούτων ποιοῦσιν, β' γ',* ut ib. xxiv; ultimum *φλε' εἰ δὲ ἡ λογικὴ μέθοδος — παρελείψαμεν ὁμολογεῖν*), et excerptis postmodum adiectis ex **Alexandri** quod fertur commentario, in cod. (f. 581v ante prohoemium) *οἶμαι δὲ ὅτι τοῦ Ἐφεσίου εἰσίν,* dein add. *ἐν ἄλλῳ εὗρον ὅτι εἰσὶ τοῦ Ψελλοῦ* (*προλεγόμενα εἰς τοὺς σοφ. ἐλ. Ὅτι μὲν ὁ περὶ — ποιησώμεθα . . . Πλάτων μὲν — ἐλέγχονται* ed. Wallies ib. 1-5, 24; exc. 1 *Τί σόφισμα. τί ἀληθὴς ἔλεγχος — διὰ τὸ εἶδος τοῦ συλλογισμοῦ,* ib. 5, 28-7, 1; f. 602v *Μιχαὴλ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τὰς ἀποκρίσεις — εἰς τὴν τοῦ ἐλέγχου ἄγνοιαν,* ib. 65, 16-23; ultimum . . . *συλλογιστικὴ μέθοδος — χάριν,* ib. 197, 24-198, 16, uti, ni fallor, in codd. Paris. 1972, Coisl. 157, de quibus ib. p. xxiii sqq.).

Codex ingens diligenter perscriptus ea fere ratione ac plures biblicae catenae. Philosophi enim contextus, litteris moduli maioris (haud sibi constantis; v. ff. 521v-523. 531-533) exaratus, medium folium occupat; circumstat commentarius idemque litteris minoribus et numeris cuique segmento praeviis distinctus: quod marginum superest et spatia inter versus habent additiones ceteras sive primae sive seriorum manuum, signis loco et vix non semper scriptura ipsa distinctas. Fasciculi sunt 84 (immo 85, si conputes ff. 1. 2 postmodum extra numerum addita), in summo primae paginae margine dextrorsum notati, iique quaterni praeter *ιβ'* quinionem (ff. scilicet 95. 96 postea insertis), *κζ'* (ff. 201-206), 55 (ff. 417-422) et 84 nunc terniones, *νδ'* binionem, *λθ'* foliorum duorum (295-296). Excisa autem sunt folia minorum huiusmodi fasciculorum semel cum damno scripturae (post f. 296) ac forte alias (ante f. 417): excisa quoque videntur ff. duo supra numerum adiecta post f. 32v, si fides habenda notae illi *λείπει διφύλλ.* quam suo loco rettulimus. Sunt praeterea notae aliae fasciculorum, nempe pro singulis codicis partibus (*a* ff. 3-169, *α'-κβ'* in imo margine primae et ultimae paginae interius; *b* ff. 170-298 in summo angulo ext. primae paginae, sed vix vestigia supersunt in ff. 177. 193. 207; *c* ff. 301-416 eodem loco, v. ex. gr. f. 325 *δ'*, 349 *ζ'*, 373 *ι'*, 381 *ια'*; *d* ff. 417-fin.? eodem loco, v. f. 463 *ζ'*, 487 *ι'*, 511 *ιγ'*) atque pro singulis operibus descriptis (in angulo exteriore ultimae paginae infer., ex. gr. f. 124 *περὶ ἑρμηνείας δ'*, 192v ⟨*περὶ*⟩ *μίξεων γ'*, 582v *τοπικῶν κα'*, atque etiam in summo ang. exteriore primae paginae, f. 413r *ἀποδεικτ...*). 266v monocondylion rubrum *διαφορὰ τῆς δι' ἀδυνάτου καὶ τῆς δεικτικῆς.* 289v summo, manu saec. XIV (?) *ἀνεγνώσθη ἕως ὧδε.* 75v manu saec. XVI? *Ἰωάννης ἀγγελέρος φλορεντίνος,* idem qui f. 268r scribere coeperat *ὥστε ὁ μὲν ψέλος.* 441v fin. rubro *ξζ* (?). 652v manu saec. XV *Aristotles* ... et infra *in nomine.* IVr *πίναξ* Allatianus manu saec. XVII-XVIII. I-III. IVv. 137v. 138. 169. 219. 239v. 297-300 (add. saec. XVI), 416v vacua.

In dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. byblioth.

245 (olim 648). Saec. XIII, chart., ex mm. 290×180, nunc 385×255, ff. I (add.), 151.

Aristotelis opuscula logices aliquot sparsim et inaequaliter inlustrata scholiis brevissimis inter lineas, longioribus ad oram.

1 (f. 1) de interpretatione, inde a vv. c. 12 *⟨ε⟩ἶναι καὶ μὴ δυνατὸν* (ed. Bekker p. 21, 1, 35); exciderunt praeterea, f. uno post 6 avolso, vv. *τούτων ἐναντία τῇ ἀληθεῖ — συμπεπλεγμένη ἐστὶ· καὶ γὰρ* (ib. 23, 2, 1-26). Scholion 1 quod superest (ad p. 22, 2, 26) *ἀπορήσας καὶ παντοίως ποικίλλας τὸν λόγον — ἀλλ' ἀεὶ ἀναγκαία εἰσίν*, ultimum *πάλιν ἀνακεφαλαιούμενος τὰ ⟨ἐν⟩ τοῖς ἐπιχειρήμασι — οὔτε ἐν τῇ καταφάσει* (f. 5^{v} ... *ὡς ὁ Ἰωάννης γράφει ὁ ἥλιος φαίνει*...). **2** (f. 8^{v}) analyticorum priorum lib. I, sine vv. unius post 45 folii: *Ὅτι μὲν οὖν οἱ ἐν τούτοις — προτάσεων. ἀδύνατον δὲ* (ib. 40, 2, 17-41, 1, 7). Schol. 1 *ἀπόδειξις καὶ ἐπιστήμη ἀποδεικτικὴ διαφέρουσι — ἐπιστήμης τῇ ψυχῇ*, ultimum *ἵνα μή τις νομίσῃ ὅτι διὰ τὸ μὴ προσκεῖσθαι — ῥῆμα, οὐδὲν διαφέρει* (unum f. 52^{r} *τοῦ Μαγεντινοῦ* et alterum f. 50^{v} *Μαγ* inscribta sunt); — (f. 66^{v}) lib. II. Scholion 1 *Σκοπός ἐστι τ⟨ῷ⟩ φιλοσόφ⟨ῳ⟩ τῆς παρούσης πραγματείας, ὡς μέν τινες λέγουσι — οὐ τῇ χρήσει τούτων, ἀλλὰ τῇ ἀποφυγῇ. Ἔτι περὶ τοῦ σκοποῦ. Μαρίνου. Νῦν τὰς ἀρχὰς* (cf. Scholia in Arist. coll. Brandis, p. 188, col. 1 fin.) — *περὶ ἐπαγωγῆς, καὶ ἄλλων πολλῶν* (in imo f. *Φιλοπόνου· Σκοπὸς — βιβλίῳ*, comm. in Arist. XIII 2 p. 387, 6-12), ultimum (f. 89^{v}, ad p. 67, 2, 11) *ἤγουν ἡ ἀπάτη καὶ ἄγνοια — ἐπιστήμη καὶ γνώσει.* **3** (f. 96) analyticorum posteriorum lib. I lacunis tribus hians; nam exciderunt post f. 110 ff. tria et vv. *εἰ δὲ μή, οὐ καλῶς. δῆλον — οὗτοι γὰρ ἔχουσι τῶν αἰτίων* (Bekker p. 77, 2, 11-79, 1, 4), post f. 113 f. unum et vv. *ἢ ὡς ἔχουσιν αἱ προτάσεις — εἴ τις αἴσθησις ἐκλέλοιπεν* (ib. 80, 2, 35-81, 1, 38), post f. 122 ff. duo et vv. *καὶ σχήματος παρὰ τὰ τινὰ — τοσαῦθ' ἡμῖν εἰρήσθω* (ib. 85, 1, 34-86, 2, 32); — (f. 130) lib. II, mutilus, nam perierunt post f. 146 f. unum et vv. *εἶναι διαφοράν, ἢ καὶ εὐθὺς — ἐν τοῖς ὅροις τὸ σαφές* (ib. 97, 1, 38-2, 32) et post f. 151 vv. *τούτοις γνῶσις* usque ad finem (ib. 99, 2, 38-100, 2). Praecedit *τὰ δ' ζητούμενα πρὸς τὰς δ' μεθόδους τὰς διαλεκτικὰς οὕτως ἔχει — ταῦτα δέ εἰσι τὰ φυσικὰ προβλήματα.* Schol. 1 in lib. I *Τὸ γνώσεως οὐκ ἀκουστέον ἀντὶ εὑρέσεως κατὰ Ἀλέξανδρον, ἀλλ' ἁπλῶς — ἤτοι πάθος, μάθησις* (ex Philopono, comm. in Arist. gr. XIII 3 p. 4, 13-22), supremum e vetustioribus (f. 110^{v}) *οἷον ζητεῖται — ἠξίου* (ib., p. 149, 10-17), e recentioribus (f. 128) *διαφέρει τῆς ἐπιστήμης ἡ δόξα — δύναται ἄλλοτε ἄλλα ἔχειν.* Scholion 1 in lib. II *Ἐν μὲν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ — αἴτιος τοῦ πράγματος* (ex Philopono, ib. 334, 1-8); ultimum quod superat ... *τῶν ζώων ... ἔχοντα τὴν ἐπιμονὴν καθαρὰν — ἔχει τὴν μνήμην* (cf. ib. 435, 12 sqq.).

Codex male habitus, cuius folia plura exciderant, plura loco deturbata fuerant, idemque peius resartus, quia universa quae exstant folia conpagibus sublatis singula a coniugato dissecta sunt atque chartarum ampliorum marginibus inserta et adglutinata, ita ut liber longe maior evaserit; denique plurima chartis pellucidis croceis contecta.

Fasciculorum notas, in imo margine paginae ultimae ad dexteram et primae ad sinistram inscribtas vidi paucissimas, nempe *ζ'* f. 14^{v}, *η'* f. 22^{v}, *θ'* f. 23^{r}, *ϛ'* inversam f. 7^{r} (ex f. deperdito), e quibus nihilo minus constat periisse initio fasciculos quinque atque folia primum et ultimum quaternionis sexti. Perierant autem haec et alia folia ac permixta cetera fuerant iam saeculo XV, quo fasciculi litteris latinis atque numeris arabicis denuo signati sunt hac ratione: *a1, a2-y3.* Folia autem sic reponenda: 1-6 (excidit f. unum), 7-22. 30. 24-29. 23. 31-45 (exc. f. unum), 52. 50^{v}. 50^{r}. 51. 49. 46. 48. 47. 54. 53. 55-73. 79. 78. 77. 76. 75. 74. 80-82. 86. 84. 85. 83. 87-96. 104. 98-103. 97. 105-110 (exc. ff. tria), 111. 115. 112. 113 (exc. f. unum), 114. 116-122 (exc. ff. duo), 123-147 (exc. ff. tria), 148-151 (sqq. perierunt). Inscriptiones, litterae maiores et scholia non nulla rubra. Littera maxima una vel altera variis coloribus (ff. 36^{v}. 39^{v}. 41^{v}) ac semel ad avem exprimendam picta (f. 29^{v}). Glossae schemata scholia et primae manus et recentiorum. 45^{v}. 58^{r}. 106^{r} conscribillationes manuum rudissimarum. 8^{v} manu saec. XV ex. *AR^lis logica:* e qua pagina foliorum prior numeratio cepta fuerat. I^{r} *Πίναξ* Allatianus manu saec. XVII-XVIII. I^{v} vacuum. 150. 151 plus quam alia blattis exesa.

In dorso scuta Pii IX et I. B. Pitra card. byblioth.

246 (olim 649). Saec. XIII-XIV, chart., mm. 263×167 (ff. 243 sqq. mm. 248 vel minoris altit.), ff. II (add.), 274 (+ 6^{a}. 232^{a} add.), e pluribus codicibus conflatus.

1 (f. 1) adversaria philosophica cuiusdam (an Iohannis Nicaeotae? v. f. 37^{v}) definitiones potissimum et schemata congerentis ex libris ni fallor logices Aristotelicae eiusve interpretum. Eorum sufficiet non nulla hinc illinc speciminis gratia referre. F. 1^{r} *α' σελίς. κατάφασις ἁπλῆ*..., superius *σελὶς λέγεται ἡ κατὰ συστοιχίαν τάξις*, f. 2^{v} *εἰς τὸ ε' τμῆμα τοῦ περὶ ἑρμηνείας. Ἰ⟨στέον ὅτ⟩ι εἴρηται ἀνωτέρω. ὅτι οὐ δογματικῶς ἐνταῦθα τοῦτο ἀποφαίνεται, ἀλλὰ διαλεκτικῶς. εἰσὶν οὖν ϛ' λογισμοὶ Ἀριστοτέλους* etc., f. 4^{v} *ἰστέον ὅτι ἡ ἡμετέρα ψυχὴ μέσην εἴληχε τάξιν* etc., f. 5 *Ἑρμηνεία τῶν πέντε φωνῶν. διὰ τί λέγονται φωναί. ὡς ὕλη τῆς λογικῆς πραγματείας* etc., f. 7^{v} *μέθοδος σύντομος τῶν συλλογισμῶν τῶν τριῶν σχημάτων πῶς ὀφείλεις εὑρίσκειν ἕκαστον αὐτῶν. γίνωσκε γοῦν ὅτι τὸ μὲν α'* etc., quae continuatur in ff. 8^{v}-10^{v} neque ad finem perducitur; f. 12^{v} in marg. *ἀξίωμα κατὰ Θεόφραστον ἐστὶ δόξα τις ἡ μὲν ἐν τοῖς ὁμογενέσιν* etc., 13^{v} marg. *φυσιολογία περὶ γέλωτος. ἐκ τῆς ἐναντίας διαθέσεως πλέον τοῦ συνήθους εὐρυνομίων τῶν πόρων* etc. Inmixta sunt aliena quaedam, ut puta geographica (f. 1^{v}) *ἡ Ῥόδος καὶ ἡ Ἀλεξάνδρεια ὑπὸ τῷ αὐτῷ κεῖται μεσημβρινῷ — ἤτοι μιλίων χξϛ'. ἰστεόν ὅτι ἡ γῆ κατὰ μὲν τὴν τοῦ Ποσειδονίου μέθοδον — μυριάδες ͵ϛφ': ~* (*ἑκάστου ζωδίου* cancell.) *τέμνεται καὶ ὁ ἡλιακὸς κύκλος ὃν διέρχεται — δύο καὶ ν' μυρίαδων τὴν διάμετρον ἔχων εὑρίσκεται.*

2 (f. 15) adversaria similia ex libris aliquot Euclidis eque in eos scholiis. Exc. 1 *ὅρος ἀξιώματος καὶ αἰτήματος, ἀρχὴ ἀναπόδεικτος*, 2 *κοινά*

ἐστιν αἰτήματα — τοῖς ἀκούουσιν ὥσπερ τὸ θερμὸν εἶναι τῷ πυρὶ. ἄλλως. τὰ αὐτὰ ἀξιώματα — πρὸς ταῦτα οὐδείς (Euclidis opera ed. Heiberg V 110 sqq., schol. 9 et 11), 3 et 4 *τὸ δεύτερον βιβλίον — πρὸς ἀπόδειξιν ἔνστασιν: ∼ τὸν γνώμονα — ὁμοιότητα* (ib. 220. 225 sq.), *οἱ δημώδεις ὅροι* (quattuor). *ἁπλῶς ἀριθμός ἐστι μονάδων σύστημα ἢ ποσότητος χύμα — τῆς μονάδος μεσιτείαν. Πυθαγόρου. ἄρτιος ἀριθμός ἐστιν ὁ τὴν εἰς τὰ — τεμνόμενος* (cf. Nicomachi Geraseni introductionis arithmeticae lib. I 7, ed. Hoche 13), *ἀνάλυσίς ἐστι κατὰ Εὐκλείδην λῆψις — ἤτοι κατάληψιν* (Heiberg IV 364. 366 not.); — (f. 15v) *Εὐκλείδου στοιχείων πρώτου τῆς γεωμετρίας ὅροι... αἰτήματα γεωμετρικα ε′ ... κοιναὶ ἔννοιαι δέκα* cum additamento *καὶ τὰ τοῦ αὐτοῦ ταυτὰ μείζονα καὶ ἐλάττονα; ἴσα ἀλλήλοις εἰσίν* (Heib. I 2-10, 12) et *ὅροι τοῦ δευτέρου στοιχείου Εὐκλείδου* (ib. 118, 2-9), — (f. 16) *μζ′ θεώρημα τοῦ α′ στοιχείου τοῦ Εὐκλείδου* (ib. 110-114) et *ἐξήγησις τοῦ θεωρήματος τούτου* (Heib. V 212, 6-28. 215, 1-8); — (f. 16v) *Εὐκλ. στοιχείων τοῦ τετάρτου ὅροι* et *... στερεῶν πρώτου ὅροι. στοιχεῖον ια′* (Heib. I 270. 272; IV 2-8); — (f. 17) *Εὐκλ. ὀπτικοὶ ὅροι* (Heib. VII 2).

3 (f. 20) **Eusebii** praeparationis euangelicae, in cod. (cancellato lemmate libri III 11 *ἔλεγχος ἰσχυρὸς τῶν ἑλληνικῶν δογμάτων*) *ἐκ τῶν τοῦ Εὐσεβίου Παμφύλου συγγραμμάτων*, lib. III 8 (ad oram *Πλουτάρχου*), 9. 11, — (f. 26) XV 23-62 usque ad vv. *λοιπὸν ἐπισκεπτέον* (inscribt. c. 58 *περὶ ἐγκλίσεως γῆς*), — (f. 35) II 2, sub lemmate *περὶ τῆς Ἑλλήνων θεολογίας. Κάδμον τὸν Τήριον τὸν καὶ* (*τὸν Τ.* et *καὶ* add.)... (M. 21, 181-188; 195-208; 1376-1408 B; 105-120). Initio (f. 20r imo) definitiones momentorum vitae a ff. 1-17 librario adscriptae (*γένεσίς ἐστιν ἡ πρώτη μέθεξις — σβέσις καὶ μάρανσις*, fere ad verbum ex lib. Aristotelis de respiratione 18, ed. Bekker I 479). Qui librarius nescio an suum ipse nomen prodiderit ad oram Eusebii praep. II 2, 35 (f. 37v) scribens: *ταῦτα τὰ γράμματα, Ἰωάννου τοῦ Νικαιότου.*

4 (f. 45) **Philoponi** in Aristotelis categorias commentarium, in cod. *σχόλιον τῶν Ἀριστοτέλους κατηγοριῶν*, plurimis alterius manus inmutationibus et additamentis ad aliam textus formam redactum (ed. Busse, comm. in Arist. gr. XIII 1 p. 1-204; cf. p. xv sq. de nostro cod.). Titulus *ἰωου γρ* (hucusque 1a m., cetera subpleta sunt) *αμματικοῦ ἀλεξανδρέως τοῦ φιλοπόνου εἰς τὰς κατηγορίας Ἀριστοτέλους ἐξήγησις*, inscribtus est praeviae cuidam diversi commentarii introductioni, quae conplectitur (f. 44) vitam Aristotelis ps. Ammonianam (ed. V. Rose, Arist. qui ferebantur librorum fragmenta, Lipsiae 1886, p. 437-441) et (f. 44v) de arte logica disputationem *ἐπειδὴ δὲ λογικῆς πραγματείας ἀρχὴ — ὄργανόν ἐστι τῆς φιλοσοφίας* (Ammon. ed. Aldus, Venetiis 1503, quat. AA init.). Vv. in ff. 47. 48 *⟨πραγ⟩μάτων ἄρα - τοῦ ἀφ' ἑνὸς· ὅτι* (Busse p. 9, 4-17, 7) et versus aliquot in summis ff. 44-46. 49 subplevit librarius qui scripsit ff. 1 ss. Ff. 52-59 iam saec. XIV perturbata sic repone: 52. 56. 53. 54. 57. 58. 55. 59. Subscriptio, quae rubro iterata fuit, fortasse librarii se, episcopo puta vel abbati, commendantis: *Εἰ καὶ τέλος δέδεκτο σὴ βίβλος πάτερ; ἀλλ' οὖν τέλος σὺ τῆς ἀγάπης μὴ λάβης.*

5 (f. 92) *Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου παράφρασις εἰς τὰ ὕστερα τῶν ὑστέρων ἀναλυτικῶν Ἀριστοτέλους* (inscriptio renovata fuit), inc. *Οὔτε τῆς Ἀριστοτέλους μεγαλονοίας οὔτε τῆς ἡμετέρας οὐθενείας*, des. *συγγνώμοσιν εἴη ἐντυγχάνειν διαιτηταῖς* (cf. S. D. Papadimitriu opus quod inscribitur Theodorus Prodromus, Odessae 1905, p. 244 s.). Finis inde a vv. *περὶ τῶν εἰδῶν πολυπραγμονεῖν· ἐκ τοίνυν τῆς ἐμπειρίας, ἀρχὴ γίνεται τέχνης καὶ ἐπιστήμης* (ad Arist. 100, 1, 6 ss.) manu vix recentiore scriptus est in f. subpleto 132.

6 Excerpta varia e ⟨**S. Iohannis Damasceni** libris de fide orthodoxa⟩. [1] (f. 133) *περὶ τῶν βιβλ. τῆς παλαιᾶς* - et infra *περὶ τῆς νέας δ. - διαθήκης καὶ πόσ... ἔχ.. | ⟨Ἰστέον?⟩ ὅτι κβ′ — κανόνες | ⟨τῶν ἁγί⟩ων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος* (lib. IV 17, M. 94, 1177 B-1180). [2] (ib.) *περὶ τοῦ ἀντι⟨χρίστ⟩ου. Δεῖ τοίνυν πρῶτον — ἡμᾶς ἠσφαλίσατο* (lib. IV 27, ib. 1217). Verborum plurimorum scriptura renovata est. [3] (f. 133v) de sole, luna, planetis etc. (summatim ex inscriptionibus editorum haec memoro, ne plura lemmata describam). *Ἐκλείπει μὲν ὅ τε ἥλιος — ζώδιον* (lib. II 7, ib. 896 B-900, 2). [4] (f. 134v) de aquis. *συνήχθησαν τοίνυν — Βασίλειος: ∼ διαδέχεται τὸ — ιγ′· ,θοβ′* (lib. II 9, ib. 901 fin.-905, 7; 907 B-908, 2). [5] (f. 135) de paradiso. *τινὲς μὲν — μετουσίᾳ γινόμενον* (selecta ex lib. II 11, ib. 916 B-917 D) *ἢ ξύλον μὲν ζωῆς ἡ μετοχὴ — ἐμέλλομεν.* [6] (ib.) de homine. *τὸ κατ' εἰκόνα — ὁμοίωσιν: θεούμενον δὲ — βία γινόμενον: πᾶν σῶμα — καθ' ὁρμὴν κίνησιν: αἱ δὲ καλούμεναι γευστικαὶ — αὐστηρότητος: μόνα τῶν — τὰ ὦτα + λέγεται βούλησις καὶ ἐπὶ — ἀδυνάτων: τῶν γινομένων — καὶ ἀπροσδόκητα* (lib. II 12. 18. 22. 25, M. 920 B; 924, 4-16; 926, 12-D; 936 C et 11-12; 944 C-945, 3; 957, 1-9). [7] (f. 135v) de D. n. Iesu Christo. *τὸ κοινὸν εἶδος — μητρὸς καὶ ἡμῶν:* (f. 136v) *περὶ τῆς τοῦ κυρίου οὐσίας. Αἱ τοῦ κ. οὐσίαι — ἀριθμοῦ* (lib. III, 3 et 8, M. 992 B-996 fin.; 1016 B C). [8] (f. 136v) emblemata divisionis tum scientiarum, tum virtutum, tum animae partium atque his intermixta [a] *δι' ἑπτὰ τρόπων συνίστανται τὰ καλὰ — ἐὰν μὴ καλῶς γένηται,* [b] *δύναται καὶ ἀπὸ τροφῆς — ποτὲ δὲ χολώδης,* [c] diagrammata zodiaci, eclipsis et genealogiae Christi decurtatae; quae omnia ad praecedentia excerpta plus minus spectare possunt. [9] (f. 137v) *ὀρύγγους καὶ οὐρισκιούς φησιν ὁ Χοίριλος — τοὺς ταγώς* (ed. in *Rendiconti del r. Istituto Lombardo di scienze e lettere*, an. 1915, p. 952). [10] (ib.) *ἡ κλίνη τοῦ Σαλωμὼν... αἱ θεῖαι γραφαί· ἐν ἐκείναις γὰρ — κατάγον τὸ γένος* et τὸ

τῆς διδασκαλίας — τὰ θεῖα λόγια, quae videntur ex ⟨**Theodoreti** in cantica canticorum lib. II⟩ mutuata (M. 81, 121 c-125, 14).

7 **Nicephori Blemmidae** [1] (f. 139) epitome logica et (f. 185) physica, in cod. *Νικηφόρου μοναστοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ Βλεμύδου* (-μμ- renovator f. 139) *εἰσαγωγικῆς ἐπιτομῆς βιβλίον πρῶτον* et ...*δεύτερον* (M. 142, 688-1321). Adsunt diagrammata non nulla (ex. gr. ad lib. I 9. 10. 19; II 17 *ιγ'*. 25), item additamenta quaedam in marginibus, quae desiderantur in edd. (ex. gr. ff. 153^{v}. 155^{v}. 210 ad I 14 fin., 17 n. 11 fin.; II 13 fin.; ff. 219^{v} et 237, quae edidi in *Bessarione* an. 1915, p. 227); praeterea scholia non nulla (ex. gr. f. 230^{v} ad II 25 *θ'*, M. 1236 A, *ἐν δὲ τῷ περὶ κόσμου πρὸς Ἀλέξανδρον Ἀριστοτέλης οὕτω περὶ τούτων φησί· συνεχῆ δὲ — ὁρίζεται,* Bekker 392, 23-29; f. 236^{r} etc.: illa ff. 161^{v} et 185 sunt al. man.). Prima scriptio deficit cum f. 242^{v} in vv. lib. II 30 *θ' ἡμετέραν οἰκοῦσιν* (M. 1296 c 1): cetera subpleta sunt saec. XIV. Libro II tabula capitum praefixa est, quae duo praeter edita capita exhibet: *λγ' περὶ ψυχῆς· λδ' περὶ σώματος* inferius describenda, ad haec alia duo seriore manu: *λε' περὶ πίστεως. λς' περὶ ἀρετῆς καὶ ἀσκήσεως.* Qua re constare videtur codicem olim alia duo Blemmidae opuscula continuisse et subplementa ex alio exemplari descripta esse. [2] (f. 248^{v}) *λγ' τοῦ αὐτοῦ λόγος περὶ ψυχῆς,* inc. *Ἡ μὲν ὁρμὴ τοῦ λόγου διαλαβεῖν,* des. *ἡ κόλασις οἷς ἂν κληρωθείη, μονιμωτάτη καὶ ἀτελεύτητος* (ed. Lipsiens. 1784 III 29-48), et [3] (f. 257) *λδ' τοῦ αὐτοῦ λόγος περὶ σώματος,* inc. *Περὶ ψυχῆς εἰρηκέναι φθάσαντες πρότερον,* des. *κἂν τοῖς ἄλλοις σχηματισμοῖς* (ed. laud. III 1-29, in qua tamen deest prohoemium *Περὶ ψυχῆς — λόγον ὑπόμνησιν,* itaque libellus inc. *Ἐπειδὴ* [in nostro *Ἐπεὶ δὲ*] *περὶ σώματος,* prorsus uti penes plagiarium illum Iosephum philosophum in cod. 111 f. 286^{v}. De utroque opusculo cf. Heisenberg, Niceph. Blemm. curriculum vitae et carmina, Lipsiae 1896, p. LI. LXXXIII ss.). In marg. lemmata, bina codicis alterius varietas (f. 252^{v}. 254^{r}) atque *ὅρος ψυχῆς ἕτερος. ἄλλος τις οὕτως ὁρίζεται — μοναχῶς τε καὶ διχῶς* (f. 248^{v}).

8 (f. 272) *τοῦ αὐτοῦ* (? abras.) † *περὶ τῆς τῶν κδ' γραμμάτων εὑρέσεώς τε καὶ ἀλληγορίας, καὶ δι' ἣν αἰτίαν ταῦτα ὁ θεὸς ἔδωκεν· καὶ τίνες αὐτὰ πρῶτον παρ' Ἕλλησιν εὗρον.* Ad initium *Ὅρα μοι ἀγαπητέ, τὴν τοῦ θεοῦ — σαφῶς ἀπεκάλυψεν:* in marg. *Νεοφύτου (μονα)χοῦ προθεωρία σύντομος* (in qua de Palamede, Cadmo Milesio et Epicharmo Syracusio reppertoribus litterarum eadem ac in scholiis Marcianis in Dionysii Thracis artem grammaticam, ed. Hilgard, Grammatici graeci III 320, 20 ss.), et rursus ad ss. *Ἔνθεν νόει μοι φίλτατε* (*λοιπὸν* add. sup. lin.) *καὶ τὴν τῶν κδ' γραμμάτων ἑρμηνείαν* etc., in marg. *ἐντεῦθεν τοῦ πρώτου ἐξηγητοῦ:* et sic infra

semel *τοῦ παλαιοῦ ἐξηγητοῦ* (f. 273^{r}) et ante finem *ὢ τῆς πρὸς ἡμᾶς τοῦ θεοῦ λόγου — καὶ ἀγαθότητος· ᾧ πρέπει ..αἰώνων ἀμήν:* iterum *ἔνθεν τοῦ πρώτου ἐξηγητοῦ.* Similiter *Νεοφύτου* ter prae additis ad oram, bis in ipso textu. Quae, si intellego, suadent inesse opusculum vel excerptum vetustius inc. [*Ἔνθεν?*] *νόει μοι φίλτατε,* des. *ὢ τῆς ... ἀγαθότητος· ᾧ πρέπει* etc., auctum prohoemio *Ὅρα μοι* et explicationibus primo immixtis, deinde ad oram a quodam Neophyto mon., fortasse librario, quem Prodromenum et opusculi totius auctorem putavit V. Lundström in Eran. philol. suecana V 152.

Codicem in Asia coëmptum ante medium, nisi fallor, saeculum XV iamque tunc omnia quae hodiedum conplexum esse docet index circa tempus illud f. 274^{v} exaratus: *p(ri)m tractatul(us) i(n) logica cu(m) figuris.* | *It(em) Plutarchi* (scilicet excerpta ab Eusebio f. 20 ss.) *opus* | *It. Ioha(n)nis Gramatici* | *expo(s)itio sup. dece(m) p(re)dicam(en)ta* | *It. Theodori philosophi i(n) lib° posterior(um) Arist.* | *It. Nicophori* (sic) *Vlemidi ysagogie* | *op(us) egregiu(m) i(n) philosophia.* | *Empt(us) in Asia.* Indicem sequitur adnotatio, opinor, Nicolai Maiorani, in chartula adglutinata + *Philophoni Exp° in logica(m).* Constat liber fasciculis quinque et triginta, quaternionibus praeter primum binionem et decimum octavum (ff. 133-138 adscititia) ternionem, ac praeter folium singulare 132 postea subpletum. Partiendi vero sunt ii inter codices ad minimum tres chartarum genere, scriptione etc. plane differentes atque propriam quaternionum conputationem quemque exhibentes; quibus male habitis iam saeculo XIV et subplementa facta sunt et plurima excerpta a viro quodam studioso praefixa. Sic enim

a chartae 1-40, ne minores sequentibus essent, ampliores factae sunt laciniis externo lateri atque margini inferno adglutinatis, in quibus obcurrunt insignia officinarum, nodus (ff. 5. 13; cf. Briquet n. 11979) et aes campanum (ff. 4. 7. 26. 31. 39. 41, atque in ipso f. 16; cf. Briquet n. 4027): inscriptiones et alia non nulla rubra, notae quaternionum inde a f. 20 *α'-γ'* circa medium imi primae paginae marginis, scriptio saec. XIV, fortasse Iohannis Nicaeotae (v. supra, ad f. 24).

b (ff. 41-91) sex ex chartis laevigatis quaterniones *α'-ς'* inferne tum in prima pagina circa medium, tum in ultima interius notantur (ff. 51^{v}. 91^{v}); versus 45 sunt iique spissiores et ad regulam ducti; inscriptiones, litterae maiores et alia rubra; plures additiones et emendationes alterius manus; praeterea subplementa superius recensita librarii ff. 1-40, qui et ordinem perturbatum ff. 54-59 signis et monitis rubris ex parte restituit; scriptio saec. XIII-XIV videtur. In f. 48 subpleto insigne quoddam mirae formae, quod non vidi hucusque.

c (ff. 92-138) quaterniones sex in imo primae paginae margine circa medium *α'-ε'* manu altera notati, prima vero manu in ultima pagina interius *η'. θ'. δέκατον. ια'. ιβ'*; quo liquet eos esse fragmentum alterius codicis. Charta orientalis, litterae spissae, atramentum luridum, versus paginarum 24-28, scriptio saec. fortasse XIII. Ternio *ς'* notatus (ff. 133-138) alterius chartae et scriptionis; item f. 132, cuius initio al. m. *ἐξήγησις εἰς τὸ ὄργανον,* quasi f. primum idem fuerit olim.

d (ff. 139-242) quaterniones tredecim manu prima in imo primae paginae margine exterius *α'-ιβ'* (*ιγ'* non perspicio), altera vero ibidem circa medium *ζ'-ιθ'* (sc. una cum *c*)

notati; charta orientalis; ornatus initio, lemmata (usque ad f. 179^{v}) et litterae maiores rubrae; atramentum languidum, praesertim certis in paginis, quarum scriptura ex parte renovata fuit (ex. gr. 139^{r}. 140^{r}. 143. 144^{v} etc.); versus 29-35; scriptio saec. XIII vel XIV inc.; emendationes alterius manus plurimae f. 184^{v}.

e (ff. 243-274) subplementum codicis *d:* quaterniones quattuor, primum sine numero, 2-4 vero α'-γ' in ima prima pagina circa medium notati; charta altitudine minor, ex officinis duabus insigne habentibus, altera circulos duos linea recta dispertitos (ff. 251. 253. 259. 274; cf. Briquet n. 3197 et 3200), altera cornu (ff. 261. 269. 272; cf. Briquet n. 7756); versus 31-38; tituli et litterae initiales rubrae.

Ff. 48^{v} ss., 100^{v}. 107^{v}. 114^{v} etc. emendationes viri docti saec. XVI. I^{r} πίναξ Allatianus manu saec. XVII-XVIII. 1^{r} imo, sub numero recenti *246* vetustior alius *24*. 20^{v}. 34^{r}. 35^{r} notulae A. Maii. 44^{r} manu L. Allatii *Edita sunt sub Ammonii nomine.* I. II^{v}. 11. 17^{v}. 18. 19. 41-43. 138. 274^{r} vacua.

Margines plures nova charta recens refecti. Ff. 134. 243-251, quae inter volutandum frangebantur, velo serico nuperrime contecta.

In dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. byblioth.

247 (olim 650). Saec. XIII-XIV, chart., mm. 336×244, ff. II (add.), 246 (+ 67^{a}).

1 (f. 19) **Porphyrii** isagoge cum **Ammonii** commentario, in cod. (f. 13) *Ἀμμωνίου φιλοσόφου ἐξήγησις τῶν πέντε φωνῶν* (comm. in Aristot. gr. IV 1 p. 1-22; IV 3 p. 1-128, et cf. ib., p. XVII). Ad v. *μαθητοῦ* superscriptionis isagoges rubro notatum est: *Ὁ Πορφύριος οὗτος τύριος ἦν. ἔοικεν οὖν ἑταῖρος* (hinc *ἑταίρου* emend. in marg. tituli) *εἶναι Πλωτίνου μᾶλλον ἢ μαθητὴς ὡς αὐτὸς παραδηλοῖ τὸν βίον Πλωτίνου συγγραφόμενος.* Ad Ammonium p. 51, 9 et 55, 10 scholia duo addita sunt f. 21^{v} (*οὐδεμίαν ἀσάφειαν ἐνταῦθα — κατὰ πρῶτον λόγον οὕτω λεγόμενον*) et 22 (*καὶ μὴν οὐ τὸ γενικώτατον γένος — τὸ διάγραμμα τῆς διαιρέσεως τόδε . . . ἢ συμβεβηκός*). Subscr. Ammonii f. 37^{v} *τέλος τῶν πέντε φωνῶν· τῆς ἐξηγήσεως Ἀμμωνίου φιλοσόφου ἐξηγητοῦ καὶ μεγάλου καὶ καλοῦ διδασκάλου τῶν φιλοσόφων.*

2 **Aristotelis** [1] (f. 42^{v}) categoriae cum commentario **Ammonii**, in cod. *σχόλια εἰς τὰς κατηγορίας Ἀμμ. φιλοσόφου* (f. 41^{v}-74^{v}, non 114^{v}; f. 39 proleg. sine titulo; comm. laud. IV 4 p. 1-106, et v. ib. p. XXII). Subscriptionem sequuntur rubri *στίχοι. Ὠκεανὸς γενόμην* (Bandini III 4; anthologiae Graecae append. c. III 209, Cougny III 324). Alia tria *ἐπιγράμματα* manu paullo recentiore adscripta sunt f. 42^{v}, nempe *εἰς εἰκόνα Ἀριστοτέλους* (anthol. Palat. c. XVI, appendix Planud. n. 329, ed. Dübner), *εἰς τὸν αὐτὸν* (ib. 330), *εἰς τὸν Θεμίστιον, ὅτε προεβλήθη παρὰ τοῦ Κωνσταντί^{ου} ἔπαρχος Κωνσταντινουπόλεως* (*Ἄντυγος αἰθερίης* etc., ut ap. Themistium, anthol. Pal. c. XIII, 292). [2] (f. 76) de interpretatione. Ad c. 14 (f. 83^{v}) alia manu adscripta est *παράφρασις τοῦ πέμπτου τμήματος. Εἰπὼν περὶ τῶν ἐξ ὑποκειμένου — τοῦτο γὰρ βούλεται δηλῶσαι.* [3] (f. 85) analyticorum priorum liber I, e quo, folio uno post 101 avolso, exciderunt vv. *ζῷον - ἄνθρωπος - λευκὸν — τοῦ μηδενὶ ὕπνος* (Bekker p. 39, 2, 5-40, 1, 38). Huius et praecedentis opusculi sectiones et capita propriis rubricis adcurate distincta sunt.

3 (f. 115) **Ammonius** in lib. de interpretatione (comm. in Arist. gr. IV 5 p. 1-272, et cf. ib. p. XIII ss.); addita sunt scholia paucissima manu paullo rec. (ff. 149^{v}. 167^{v}). Lacunae plures in textu Aristotelis. F. uno post 184 et duobus post 188 avolsis exciderunt vv. *καὶ οὐκ ὄρνιν καὶ τὴν κίσηριν — εἰ πεπερασμένος αὐτῶν ὁ ἀριθμὸς* (ib. 211, 13-214, 15) et *συμβαίνει· ὃ γὰρ ἐνδέχεται — σελίδα τοῦ διαγράμματος* (ib. 226, 1-232, 24). Subscr. *τέλος Ἀμμωνίου Ἑρμείου τοῦ περὶ ἑρμηνείας.* Seq. (f. 202^{r}) *σχόλ(ιον) εἰς τὸ ῥητὸν· τὸ ἢ προστιθεμένου ἢ διαιρουμένου τοῦ εἶναι ἢ μὴ εἶναι. Αἱ προτάσεις ἢ ἐξ ὑποκειμένου καὶ κατηγορουμένου — σύνθεσιν τοῦ μὴ εἶναι.*

4 (f. 202^{v}) **Iohannis Philoponi** [1] in analyticor. prior. lib. I, usque ad vv. *καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως* (comm. laud. XIII 2 p. 1-191, 31, et cf. ib. p. XIV). Vv. (*ὑπά*)*ρχειν τῆς δὲ ἐνδέχεσθαι* (ib. 186, 27) ss. subplevit nota manus ⟨Iohannis Honorii nostri⟩, prorsus alia ab ea, « quae antea manum primam passim correxit » (ib. p. XV, ubi et alibi codex ipse male dicitur saec. XV). [2] (ff. 1-12) in analyticor. posterior. lib. I, sine nomine auctoris, usque ad vv. *ἐπεὶ μηδὲ συλλογισμὸν* (comm. laud. XIII 3 p. 1-33, 13).

Liber constat fasciculis 31 in quattuor partes distribuendis, quarum prima (ff. 13-75) quaterniones octo conprehendit in imo margine primae et ultimae paginae modo atramento, modo minio notatos, altera (ff. 76-114) quinque et tertia (ff. 115-246) decem et quinque similiter circa medium eorum marginem nigro signatos, quarta (f. 1-12) vix unum servat quaternionem signatum α' (f. 8^{v}) et unum binionem.

Ex illis quaternionibus inperfecti sunt duo, uno folio (post ff. 101 et 184) privati, unus pare foliorum medio (post f. 188) atque unus tribus supremis foliis (post f. 244) carens. Textus Aristotelis in parte prima litteris paullo maioribus scriptus est in media pagina, atque circum commentarius; in parte vero tertia et quarta textus ipsi commentario veluti insertus est ac solum distinguitur signis in margine ante versum pictis. Atramentum pluries atque saltem inde a f. 202^{v} scriptura ipsa plus minus variat (cf. et f. 112^{v}). Inscriptiones et litterae maiores rubrae: harum tamen conplures praetermissae sunt. Additamenta tum primae tum sequiorum manuum in marg. Saec. XV ff. 1-34 numeris arabicis in imo margine notata sunt: item fasciculi universi signati *a* (*a1 a2* etc.) — *z, et, con, rum, A — E 5.* 67^{a} et 93 margo exterior excisus absque damno scripturae. Hi margines atque alii, qui in principio et in fine libri plus minus pessum iverant, saeculo XVI novis chartis adglutinatis refecti sunt, quo scilicet tempore Iohannes Honorius ff. 245 et 246 subplevit et litteras plures evanescentes in ff. 1-3 renovavit. 21^{r} *θκε βοήθει μοι* et 91^{r} *ὅτε πρῶτον ὑμᾶς εἶδον ἐπὶ τὰς θύρας ἥκοντας ὦ σοφώτατε Ὀδυσσεῦ, ἡγησάμην ὀψέ ποτε* (ini-

tium est declamationis V Libanii, ed. Foerster V 303) manu saec. XIV. I^{r} summo, manu saec. XV ? † *ἐκοιμήθ(η) ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ . . . . . ος μακρονοσήσας, ἐν τῇ κγ΄ αὐ(γ)ούστου μηνὸς | . . . . . οὗ πολιορκουμέν⟨ης⟩ τῆς πόλ⟨εως⟩.* II^{r} *πίναξ* Allatianus manu saec. XVII–XVIII. Ff. I. II^{v}. 75^{v}. 114^{v} vacua.

In dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. byblioth.

248 (olim 173). Saec. XIII, chart., mm. 247×163, ff. II. 322 (+ 304^{a}).

A r i s t o t e l i s t o p i c a et s o p h i s t i c i e l e n c h i cum s c h o l i i s anonymis inter lineas brevissimis et ad oras amplioribus.

1 (f. 9) t o p i c o r u m lib. I; — (f. 48) lib. II; — (f. 82) lib. III, des. *μετὰ δὲ ταῦτα — ἴδιον ἐπισκεπτέον,* scilicet adsuto libri sequentis initio; — (f. 104) lib. IV, des. *εἴρηται, μεθοδευτέον;* — (f. 144) lib. V; — (f. 188) lib. VI; — (f. 236) lib. VII; — (f. 249^{v}) lib. VIII. Scholiorum in libros I–IV pars quidem ex ⟨**A l e x a n d r o A p h r o d i s i e n s i**⟩ desumpta est, pars vero ex alio nescio quo, fortasse Alexandri expilatore (Schol. 1 et 2 in lib. I *τόπος ἐστὶ κατὰ Θεόφραστον — ἀόριστος: ~ Ὅτι τοπικὰ ἐπιγέγραπται ἀπὸ τοῦ τόπους — τοῦτο γὰρ ἡ ἀρχή,* comm. in Arist. gr. II 2 p. 5, 21–26, 18–27; ultimum *οὕτως εἰώθασιν ἀποδιδόναι τοὺς ὁρισμοὺς — οὐκ ἄρα ἄδεκτος.* Schol. 1 et 2 in, seu potius ante, lib. II *ποιεῖται πρώτην — τίς δὲ οὔ: ~ χρήσιμα καὶ — ἀναιρεῖν τί ἐστιν,* ib. 127, 17–128, 30; 130, 3–131, 18; ultimum *ὅτι γὰρ μὴ ἀληθὲς — δείκνυται,* ib. 214, 11–23. Schol. 1 in lib. III *οὐχ ὡς ἐκ — λογικοῖς: ~* ib. 220, 14–17; 2 *οὐκ ἔστι ταυτὸν αἱρετώτερον — γινομένων λέγεται,* ultimum *ὁ ἀριθμὸς, ἢ ἄρτιος ἢ περιττὸς — ἢ ἄρτιος ἀριθμὸς ἡ ψυχή,* cf. ib. 494. Scholion 1 in lib. IV *παραδοὺς διὰ τοῦ β΄ — συγκριτικῶς πρὸς ἄλλο,* ib. 294, 3–7; 2 *διὰ τί τετραχῶς διελὼν τὰ προβλήματα — χωρὶς τούτων μὴ συνισταμένων,* ultimum *ἀλλ᾽ εἰ καὶ ἑπόμενον — ὁ γὰρ τραγέλαφος μὴ ὂν μέν ἐστιν· οὐ γίνεται δέ*): illis addita sunt serius libro I usque ad f. 35 alia longiora scholia ⟨ex A l e x a n d r o⟩, quibus cum margines non subfecerint, quaternio unus initio adiunctus est continens: *εἰς τὴν διαλεκτικήν. τοῦ α΄ τετραδίου* Alex. 16, 1–25; 23, 25–25, 12; *τοῦ β΄ τετραδίου* id. 49, 7–51, 5; 53, 28–54, 27; 55, 2–57, 14; *τοῦ γ΄ τετραδίου* id. 74, 11–75, 3; 75, 27–76, 19; 84, 14–85, 23; 91, 27–92, 19; *τοῦ δ΄ τετραδίου* id. 96, 2–21; 99, 21–25. Scholia in libros V–VIII cuius sint non repperi (1 et 2 ad lib. V *διαλαβὼν ὁ Ἀριστ. ἐν μὲν τῷ δευτέρῳ . . . νῦν ἥκει — μέλλομεν εἰπεῖν ἐξεταστέον: — δεῖ δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις — ζῷον γελαστικόν,* ultimum *ἔσται τι τῶν σωμάτων τὸ μετ᾽ ἐκεῖνο ὂν οἷον ὁ ἀὴρ. ἢ τὸ φῶς.* 1 et 2 ad lib. VI *διαλαβὼν ὁ Ἀριστ. ἐν μὲν τῷ δευτέρῳ . . . νῦν ἐν τῷ ἕκτῳ — κατηγορεῖται καὶ τὸ ἄνθρωπος ὄνομα: — χρὴ εἰδέναι ὡς ἐν τῷ παρόντι ἕκτῳ — ὡς μέσος ὅρος γινόμενος,* ultimum *οἷον εἴ τις ὡρίσατο τὴν θάλασσαν — καὶ μὴ γνώριμος.* 1 et 2 ad lib. VII *διαλαβὼν ὁ Ἀριστ. ἐν τῷ ἕκτῳ — καὶ ἡ εὐεξία ἔσονται ταυτὰ τῷ ἀριθμῷ: — τὸ δὲ πότερον ὁ ὁρισμὸς — τὸ ταυτὸν καὶ ἓν τῷ ἀριθμῷ,* ultimum *διὰ τὸ ἐν συμπλοκῇ εἶναι — τὸ μὴ ἐν ὑποκειμένῳ εἶναι.* 1 et 2 ad lib. VIII *μετὰ ταῦτα . . . ἤτοι μετὰ δὲ τὴν διδασκαλίαν καὶ παράδοσιν — ὁμοίως δὲ καὶ τὰς προτάσεις: ~ ἐνδέχεται δὲ πρῶτον μὲν — εἴτε ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος,* ultimum *μεμελετημένους καὶ πεποιημένους ἡμᾶς — τούτους ἔχοιμεν ὡς δεδήλωται*).

2 (f. 290) s o p h i s t i c i e l e n c h i usque ad vv. *παρ᾽ ἕκαστον τούτων· ἔτι παρὰ τὸ μὴ* (c. 8, Bekker p. 170, 1, 8). *προλεγόμενα* (f. 289) inc. *τριττόν ἐστι τὸ εἶδος τῶν κατηγορικῶν συλλογισμῶν* des. *ὅ τε ἀποδεικτικὸς καὶ ὁ διαλεκτικός.* Scholion 1 *Εἰπὼν περὶ δὲ τῶν σοφιστικῶν ἐλέγχων ἠνίξατο τοὺς σοφιστικοὺς — μᾶλλον ὄντες καὶ οὐκ ἔλεγχοι,* 2 *ἐν μὲν τῷ εἰπεῖν περὶ . . . ἐδήλωσε τοὺς φαινομένους — ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐλέγχου.*

Constat fasciculis sex et triginta in imo primae paginae margine tum graece circa medium inde a f. 9 (*α΄–κδ΄, κβ΄* bis–*κδ΄* bis, *κε΄–λγ΄*; ff. 1–8 serius addita sunt extra seriem), tum latine saeculo XV exeunte signatis (*a–z, et, con,* ⟨*rum*⟩, *A–L*). Iidem quaterniones sunt, praeter *λβ΄* ternionem, *κα΄* quinionem, *κγ΄, κβ΄* bis et *λγ΄* (nunc folio ultimo privatum) seniones, denique *κβ΄* et *κδ΄* quattuor et decem foliis constantes. Plures notae exciderunt. Atramentum fuscum et languidum, scriptura spissior et conpendiis horrens, scholiorum signa minus perspicua, nullus ornatus. 218^{v}, quod ab imo scribi coeptum fuerat, verba non nulla abrasa. Foliorum plurium margines laciniis superinductis recens refectae, praesertim quae blattis exesae fuerant. 179^{v}. 180^{r}. 183^{r} maculata. I–II. 319–322 a glutinatore addita. I. II^{v}. 6^{v}. 7. 8. 319–322 vacua.

In dorso scuta Pii IX et A. Mai card. byblioth.

249 (olim 174). Saec. XV, membran., mm. 289×215, ff. III add. (I. II chart.), 226 (+ 81^{a}. 188^{a}), linn. 29.

Aristotelis opera quinque. **1** (f. 1) n a t u r a l i s a u s c u l t a t i o n i s lib. I; — (f. 9^{v}) lib. II; — (f. 18) lib. III; — (f. 26^{v}) lib. IV; — (f. 42) lib. V (omissa sunt extrema vv. *ἀπορήσειε δ᾽ ἄν τις — ἀντίκειται*); — (f. 49) lib. VI; — (f. 59^{v}) lib. VII; — (f. 64^{v}) lib. VIII. **2** (f. 82) d e c a e l o lib. I; — (f. 98) lib. II; — (f. 113) lib. III; — (f. 122^{v}) lib. IV. **3** (f. 128^{v}) d e g e n e r a t i o n e e t c o r r u p t i o n e lib. I; — (f. 144) lib. II. **4** (f. 154) m e t e o r o l o g i c o r u m lib. I; — (f. 169) lib. II; — (f. 184^{v}) lib. III; — (f. 190) lib. IV. **5** (f. 200^{v}) d e a n i m a lib. I; — (f. 203^{v}) lib. II; — (f. 218^{v}) lib. III.

Textus conrectus et subpletus, plerumque librarii manu. Tituli omnes desiderantur.

Codex fasciculos conplectitur numero 23 graece signatos *α΄–η΄. α΄–ιε΄* ad ang. inf. int. primae et extremae singulorum paginae (quiniones, praeter 8 senionem et ultimum ternionem). Iidem litteris etiam latinis notati fuerunt ad ang. inf. ext. primae paginae.

Litterae librorum initiales auro, coloribus, interdum (ff. 1^r. 200^v. 203^v. 218^v) etiam imaginibus decorantur, satis ambitiose. In parte inferiore ornamenti, quod folii 1^r quattuor margines occupat, conspicitur scutum Nicolai episcopi Modrusiensis († circa an. 1480): vulpes flavi coloris exsiliens, in pagina rubra, superinposita mitra episcopali; quod scutum recurrit, minutissime pictum, in littera *T* initiali f. 200^v. Membranarum enumerationem a f. 53 ad f. 184 erratam manus recentior conrexit. Sectura inaurata.

In tegumento priore averso nota exstat antiquior *N°. 34 6 Plu*, quam f. I^r manus rec. stilo plumbeo iteravit, aetate scil. Leonis XIII et Ioh. B. Pitra card. byblioth., cum liber, nulla ratione, nova praeditus est custodia, cuius in locum nos veterem illam reponendam curavimus. F. I^r, in membranula adglutinata, librarius saec. XVI medio recentior notavit *Arist. libri Phisicorum | et alia eiusdem. | . 174.* II^r index graecus saec. XVII-XVIII, manu recentissima emendatus. III^r summo marg. saec. XVI scriptum legitur *physica*, inferius *n°. nuouo 249*. Ff. I^v. II^v. III^v. 81^a vacua. In tegumento post. int. *227*. Codicem descripsit F. H. Fobes, Aristotelis meteorologicor. libri quattuor, Cantabrigiae Massachusettensium 1919, p. XXX.

In tabulis scuta Pauli V et Sc. Borghese card. byblioth.

250 (olim 654). Saec. XIV, chart., mm. 299×220, ff. II (add.), 343 (+ 193^{a-e}), linn. 23 (text.) et 42 (comment.).

Aristotelis de naturali auscultatione (f. 1) lib. I; — (f. 48) lib. II; — (f. 80) lib. III; — (f. 118) lib. IV; — (f. 194) lib. V, om. in fine vv. *ἀπορήσειε — ἀντίκειται* (p. 231, 1, 5-17 Bekker); — (f. 202) lib. VI; — (f. 214^v) lib. VII; — (f. 221) lib. VIII.

Libri I-IV habent interiectum commentarium ⟨**Iohannis Philoponi**⟩ inde a vv. *Ἀρχὰς τῶν πραγμάτων πάντων* (ed. Vitelli p. 5, 7-786). Libris vero V-VIII, qui alia manu descripti sunt, subditur (ff. 239-342) commentarius **Simplicii** usque ad vv. *συνεχῶς κινοῦντος γίνεται* (ed. Diels p. 801-1265, 7).

F. I^v continet fragmentum quoddam commentarii manu saec. XV descriptum, incipiens *|νόμενον ὁ Ἀριστοτέλης χρῆται τῷ γένη τῷ,* desinens vv. *καθάπερ οὖν αὐτὸ τυγχάνει,* quae legere est ap. Simplicium p. 703-704 ed. Diels.

Folii 343 frustulum tantum superest, ubi carminis cuiusdam prima perscriptio legitur, manu librarii coaeva. Primi versus, charta umore ac tineis pessum data, paene effluxerunt, ultimi hi sunt *ὡς τῆς πρὸς αὐτὴν ἀξιωθεὶς ξενίας, | τὸ τρίτον ἔσχε πρὸς δυσὶν ἄλφα ξένως.*

Codicem efficiunt quaterniones (solus *κδ'* quinio est) numero 44, graece signati ad ang. inf. ext. primae et ultimae singulorum paginae. Fasciculus *ζ'* et ss. olim notati fuerunt *α'*, *β'* etc., pariter atque fasc. *λβ'* et ss. Hoc autem animadvertendum, fasciculi *δ'* folium secundum, fasc. *ια'* duo prima folia, fasc. *κγ'* folium paenult., fasc. *λα'* tria folia postrema ferro excisa esse, nulla tamen textus iniuria. Officinar. chartariar. signa tria

vidimus: ff. 1. 5 ss., 48 ss. alibi, columnam (cf. Briquet n. 4346); ff. 17 ss., 86 ss. alibi, asciam (cf. Br. n. 7494; Keinz n. 211); ff. 182 ss., 193 ss. caput unicornui. Singulis Aristotelis libris numeros stilo plumbeo adscripsit manu recentissima. Vacua sunt ff. I^v. 193^v. 193^{a-e}. 210^v. F. I^r indicem graecum continet manu saec. XVII-XVIII. II^r ad ang. sup. ext. num. *79,* inferius *ζῶον ἀίδιον ἐπιδὴ μᾶλλον πρὸς τὸ παράδειγμα ὅμοιον ἐπενόησε,* illa saec. XV manu quae folium II^v exaravit, deinde antiquior codicis nota *N° 12* (supra lin. conr. *13*) *5 Plu secr.* 343^r titulus legitur ipso saec. XIV adpositus ***physica aristotelis audictio;*** in frustulo subiecto manus saec. XVI notavit ***i(n) 4or ult(imos) sò (sunt?) fo(lia) 104.***

Dorsus tesseris gentiliciis ornatur Pii IX et A. Mai card. byblioth.

251 (olim 653). Saecc. XIII. XV, membran., mm. 201×147, ff. I. 192, linn. plerumque 20.

Aristotelis physicorum (f. 1) lib. I; — (f. 22) lib. II; — (f. 41^v) lib. III; — (f. 60^v) lib. IV; — (f. 98) lib. V, om. in fine vv. *ἀπορήσειε — ἀντίκειται* (ed. Bekker p. 231, 1, 5-17); — (f. 114^v) lib. VI; — (f. 140^v) lib. VII, praeviis (f. 139^v) capitibus, quorum primum *Ὅτι πᾶν τὸ κινούμενον ὑπό τινος κινεῖται,* ult. *⟨Π⟩ῶς ἔχει τὸ κινοῦν πρὸς τὸ κινούμενον ... καὶ μειώσεως;* — (f. 157) lib. VIII, praefixis (f. 155) capitibus numero *μη'*, quae mut. incc. (c. 12) *κινεῖται. τὰ δὲ ὑπ' ἄλλων· καὶ τῶν ὑπ' ἄλλων τὰ μὲν, φύσει. τὰ δὲ, παρὰ φύσιν,* des. *τί ἐνδέχεται τὰ ὑπο κινουμένου κινούμενα συνεχῆ κίνησιν κινεῖσθαι* (cf. cod. 256 f. 280).

Iniectae sunt variae lectiones et scholia minora, alia marginibus adscribuntur, quorum primum *τὸ εἰδέναι λαμβάνει ὡς γένος ἐπιπλεῖον γάρ ἐστι τοῦ ἐπίστασθαι — ἢ ἐκ παραλλήλου τὸ αὐτό.*

Codicem flavo atramento saec. XIII exaratum manus saec. XV, atramento usa pallidiore, subplevit (ff. scil. 1-8. 49-56. 154. 159. 185-192). Manus haec quaterniones 24 graece signavit ad ang. inf. int. primae et novissimae singulorum paginae: librarius antiquior litteras numerales adposuerat margini sup. primae et marg. inf. postremae paginae, sinistrorsum. Tituli qui exstant et ornamenta titulis praefixa, subscriptiones, litterae initiales, plerumque etiam scholia, rubro colore picta. Qui codicem subplevit paginarum 1-8 partem inferiorem vacuam reliquit, ut ibi postea scholia inscriberet, vel potius, opinor, ut omnia quaternionis folia occuparet. Membranae non nullae madore maculatae (v. ff. 153. 156-158. 160), sine tamen scripturae detrimento.

F. I^r in parte sup. leges *φυσικὴ ἀκρόασις,* praeterea *N° 48* (conr. ex *49*). *5 Plu;* inferius *653 v.* | *251 n.* et, si codicem inverteris, abecedarium, unicuique litterae super scripto nomine latino litteris graecis. I^v index graecus Allatianus m. saec. XVII-XVIII. Vacua sunt ff. 97^v. 154^v. In ima facie inscriptio *ἀριστοτέλους φυσικὴ ἀκρόασις* nunc lectu difficilis.

Dorsum scutis distinguitur Pii IX et A. Mai card. byblioth.

252 (olim 175). Saec. XVI, chart. (ff. I. 147 membran.), mm. 292×210, ff. V. 147, linn. 31.

Aristotelis opera tria. **1** (f. 2) de caelo lib. I; — (f. 22) lib. II; — (f. 41) lib. III; — (f. 52v) lib. IV. Adscriptus est commentarius, qui inc. (f. 1) *'Ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ οὐρανοῦ βιβλίων, πειρᾶται δεῖξαι ὁ Ἀριστοτέλης*, des. *διὰ τὸ εὐδιαιρετώτερον εἶναι τὸν ἀέρα τοῦ ὕδατος.* **2** (f. 60) de generatione et conruptione lib. I (in fine verbis *ἀλλοιωθέντων ἕνωσις* subicitur *περὶ μὲν οὖν μίξεως καὶ ἁφῆς, καὶ περὶ τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν, εἴρηται*); — (f. 79v) lib. II. Adcedit commentarius ⟨ex **Ioh. Philopono** excerptus⟩, inc. (f. 59v) *Διαλαβὼν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ φυσικῇ* (ed. Vitelli p. 1), des. *ὡς ἐνδέχεσθαι καὶ μὴ εἶναι* (ed. laud. p. 314, 8). **3** (f. 93v) meteorologicorum lib. I (om. in fine v. *εἴσιν*); — (f. 108) lib. II; — (f. 124v) lib. III; — (f. 132) lib. IV.

Codex, litteras grandiores titulosque non nullos rubro pictos exhibens, constat (praeter binionem sine nota initio adiectum) fasciculis 15 (quinionibus, ultimo dum taxat excepto foliorum 6) arabice signatis in marg. inf. medio primae singulorum paginae. In marg. autem inf. ultimae paginae, dextrorsum, librarius ipse primum vel prima fasciculi subsequentis verba scripsit. Officinae chartariae signum, galerus (cf. Briquet n. 3387).

Pagina interna prioris tegumenti tabulae veterem codicis notam praebet *N° 11;* superius, in membranula adglutinata (quae olim paginae ext. adhaerebat), legitur *Arist. de caelo et alia eius|dem.* | . *175* manu saec. XVI medio recentiore. Ir summo marg. *A. Colotius amicis* | *Hunc parauit.* Vv *πίναξ* ipsa librarii manu. Iv. II-Vr. 143v-147 vacua.

Codicem descripsit F. H. Fobes, Aristotelis meteorologicor. libri quattuor, Cantabrigiae Massachusettensium 1919, p. xxx.

Opercula obducta sunt corio rubro (nunc tamen color inmutatus est), ornamentis inpresso; catenae et ligaminum sola vestigia superant.

253 (olim 655). Saec. XIII, chart., mm. 241×164, ff. III (add.), 269, linn. plerumque 25-26.

Aristotelis opera conplura. **1** (f. 1) de caelo lib. I; — (f. 20) lib. II; — (f. 38v) lib. III; — (f. 48v) lib. IV (subicitur *περὶ δὲ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῶν φύσει γινομένων*). **2** (f. 54v) de generatione et conruptione lib. I; — (f. 71v) lib. II. **3** (f. 81v) meteorologicorum lib. I; — (f. 100v) lib. II (subiciuntur prima vv. libri subsequentis); — (f. 125v) lib. III; — (f. 137) lib. IV. **4** (f. 155) de anima lib. III (contulit A. Förster, Arist. de anima libri III, Budapestini 1912; cf. p. XII. Inter f. 162 et 163 duas chartas vacuas inseruit glutinator, nihil tamen in textu desideratur). **5** (f. 168) de sensu et sensili (desunt in fine vv. *καὶ τοῦ μνημονεύειν*). **6** (f. 184v) de me-

moria et reminiscentia. **7** (f. 196) de insomniis. **8** (f. 203v) de animalium motione. **9** (f. 211v) de longitudine et brevitate vitae. **10** (f. 215) de iuventute et senectute, de vita et morte, cui subnectitur, nulla distinctione facta, **11** (f. 218v, 23) de respiratione. **12** (f. 231) de coloribus. **13** (f. 241) de lineis insecabilibus. **14** (f. 246v) mechanica. **15** (f. 262v) de spiritu.

Librum (Bekkero *L*) efficiunt fasciculi 34 (20 constat duobus ff., ultimus ff. 3, reliqui sunt quaterniones) nullis numeris, vel hodie, distincti. Folia multa, quae tineae laeserant, scidulis translucidis contecta, vel ad margines nova charta refecta sunt. Tituli et ornamenta manu satis rudi titulis praefixa, litterae initiales, figurae, diagrammata minio picta. Foliorum enumerationem antiquiorem, in qua nn. 155-157 omittebantur (ideo fortasse quod folia iis numeris insignita excidere) manus rec. emendavit.

F. Ir, in totidem frustulis adglutinatis, antiquiores codicis notae *253* (rubro scripta) et *429.* 1r summo nota saeculi XV vel XVI (?) *.10.* IIIv *πίναξ* manu saec. XVII-XVIII. Ff. Iv. II. IIIv. 269v vacua.

In dorso stemmata Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

254 (olim 1000). Saec. XIV, chart., mm. 215×141, ff. I (add.), 227.

1 (ff. 1-8. 220-227 ex alio codice divolsis) **Aristidis** Panathenaicus, usque ad vv. *ἔγνωσαν παραπλήσια* (ed. G. Dindorf I 150-191, 1), cum glossis inter lineas et scholiis aliquot brevioribus ad oram (ex. gr. f 220v ad p. 107, 20: *ἐπωνυμία πάγος γὰρ ἐκαλεῖτο — ὁ ὑψηλὸς τόπος ἀφ' οὗ κρημνισθείς τις πήγνυται*, quae inter edd. scholia non vidi).

2 (f. 9) ⟨**Simplicii** commentaria in⟩ Aristotelis de caelo e perturbatissimo et inperfecto exemplo descripta (quod Heiberg, comm. in Arist. gr. VII pp. VII. XIV, Marcianum gr. 491 fuisse adfirmat), adhaec propter deperditas plures nostri codicis chartas lacunis vel maioribus hiantia, quas plene dimetiri nobis haud licuit vix ieiunissima codicis Marciani notitia Heibergiana usis. Lib. I inc. *Ἡ περὶ φύσεως ἐπιστήμη περὶ τὰ συνεστῶτα* (Heiberg p. 6, 33). Sequuntur sine ulla distinctione (f. 141v) lib. III inde a vv. *πάλιν τὸ αὐτὸ* (ib. 551, 20) et (f. 203r, lin. 8) lib. IV, qui deficit in vv. *συμβήσεται πολὺν ἀέρα* (f. 219v, nempe Arist. Bekker p. 310, 1, 12; Simplic. p. 692, 19). Interciderunt vero post f. 16 verba — quicquid inter illa sive adfuerit sive defuerit — *δέδεικται γάρ· τὸ ἄρα — διέλῃ, καὶ ἑκάστῳ* (Heib. 18, 9-25, 9); inter ff. 37 et 39 vv. *ἥ τε κύκλῳ καὶ ἡ κατ' εὐθεῖαν — τὸ πᾶσιν ἐπι(πολάζον*, ib. 60, 5-61, 25; Arist. 269, 2, 25); post f. 50 vv. *καὶ πολὺν ἠρεμαιότερον — ἐν τοῖς ἄστροις διά(φορα*, Heib. 83, 34-89, 3); post f. 73 vv. *(ἀν)τίθεσις πάσαις — γίνεται, ἧς τὴν ἀπό(δειξιν*, ib. 130, 11-144, 10); post f. 110 desinens in vv. *σώματα στοιχεῖα* (Heib. 274, 7), quia sequitur *ὅτε δὲ*

ἄλλως ἔχειν φθειρόμενον: τὸ κοινὸν (ib. 293, 11), vv. ...? — *ἐναλλὰξ ὁτὲ μὲν οὕτως;* post f. 115 vv. *ἄτακτον ἂν αὐτὴν — τοῖς διαγράμμασιν* (Heib. 303, 23-305, 2); post f. 152 vv. *καὶ μέγα, ὥστε οὐδὲ — καὶ ἕτερον, ὅτι* (ib. 570, 17-572, 14); post f. 200 vv. *τὸ σχῆμα. καὶ τί — καὶ τὸ πῦρ δὲ καὶ* (Heib. 657, 3-661, 14; Arist. 307, 1, 10). Textus Aristotelis plenus: emendationes plures alterius manus; adnotationes denique, ni fallor, Bessarionis (quod plane fugit Heiberg), qui codicem cum alio suo exemplo contulit, lacunas plurimas atque locorum Aristotelis seriem indicavit, notabilia signavit (v. gr., f. 152^{v} *λείπει καὶ ἐξήγησις καὶ κείμενον,* f. 142 *ἐκ τοῦ (τρίτ)ου τῶν π<ερὶ> οὐρανοῦ. μετὰ ἓν καταβατὸν ἐν .. βιβλ. ἡμῶν,* f. 118^{v} *λείπει κείμενον καὶ οὐχ ἕπεται τὸ μετὰ τοῦτο γεγραμμένον. λείπει δὲ κείμενον ε΄ φύλλων εἰς τὸ ἡμέτερον*).

F. 9^{r} summo *Simplicius sup(er) celo et mundo. imp(er)fectus. meus* (*69* in ras. et delet.) | *loc(us) 60 Car(dina)l(is) Tusculani.* | *Σιμπλικίου εἰς τὸ περὶ οὐρανοῦ· ἀτελείωτον· ἐμοῦ* | *βησσαρίωνος· καρδηνάλεως τοῦ τῶν Τούσκλων:* (*μς΄*, et infra *ξθ΄*, ex *ξε?*, delet.) *ξ΄*; atque in imo marg. *69* delet., et *60*. Cf. cod. 222. Videtur autem esse liber graecus 375 indicis an. 1468: « Item Simplicius super de caelo et mundo, imperfectus, in papyro, expositio optima » (ed. H. Omont in *Revue des bibliothèques* IV 164).

Liber constat fasciculis uno et triginta notas arabicas saeculi XV in imo primae paginae margine circa medium praeferentibus, quae ostendunt eumdem iam tunc ita uti nunc mutilum et perturbatum fuisse. Porro sunt illi quaterniones, praeter sequentes sive minores sive potius ut plurimum inperfectos: 3 et 29 foliorum quinque, 7. 15. 18. 21 et 30 ff. sex, 6. 8 et 14 ff. septem, 16 et 17 (male ut videtur distinctos) ff. quinque et octo, vel potius quattuor et uno et octo ex tribus fasciculis. Quat. 1 et 31, avolsi ex codice versuum in qualibet pagina 23-27 alia manu perscripto, officinae chartariae praebent insigne crucem (ff. 4+5. 1+8; ea minus distat a Briquet n. 5593): praeterea quat. 1, f. 1^{r} in imo margine habet a manu vix recentiore notam *ια΄* et circa medium *καὶ τρία.* Simplicii fasciculi propriam seriem efficiebant graecis litteris distinctam tum initio in summae paginae angulo exteriore, tum in fine ad imae angulum interiorem: quae litterae inde a *ιε΄* (f. 105) retractatae sunt et factae, v. gr., *κγ΄-κζ΄. λ΄* ex *κδ΄-λ΄*, alicubi et male locatae (f. 123^{v}. 124^{r}). Ex notis primae manus liquet excidisse fasciculum *ι΄* (post f. 73): praeterea videtur unus excidisse fere totus post 15 aut 16. Ad haec loco suo ante notas retractatas aberraverant aliquot folia, quae sic repones: 37. 39-44. 45. 200, (lacuna), 209-213. 201-208. 214-219. Titulus, ornatus, litterae maiores et lemmata in ff. 9-21 rubra. Versus in paginis sunt 27-30. Officinarum chartariarum insignia: *a* fructus quidam inter duo folia (ff. 85-86; cf. Briquet n. 7373); *b* fructus inter duo minores, et quidem triplicis formae (ff. 76+79, 74+81, cf. Br. n. 7348; ff. 139+146, 177+184, 185+192, cf. Br. n. 7381; ff. 142-143, 147+149 etc. a praecedente non nihil differens); *c* norma sive *L* littera (ff. 201+208, 203+206 etc., cf. Br. n. 5954); *d* ascia (ff. 32-33, 31+36, cf. Br. n. 7488); *e* circuli duo linea quae desinit in crucem divisi (ff. 132-133, cf. Br. n. 3188); *f* galea (ff. 10+15, 11+14; cf. Br. n. 2885 s.). Plurimum marginum excisum a glutinatore, qui sic et plures Bessarionis adnotationes et arabicas fasciculorum, quandoque et foliorum quaternionis (ex. gr. ff. 17 ss., 147 ss.), notas

intercidit. I^{r} *πίναξ* Allatianus manu saec. XVII-XVIII. I^{v} vacuum. 2^{r} summo manus saec. XV ex. notavit *Simplic(ius) s(upe)r celo et mundo AR(istote)lis.*

De libro, quem facit saeculi XV, non nulla Heiberg in Actis minoribus academiae Berolinensis an. 1892 p. 70 s. et in comm. Arist. gr. VII p. XIV.

In dorso stemma Pii IX.

255 (olim 1069). Saec. XIV, chart., mm. 155×110, ff. VII. 258 (+ 251^{a-d}), linn. 18-22.

1 (f. 1) **Aristotelis** metaphysicorum lib. I, in cod. *Ἀρ. τῶν μετὰ τὰ φυσ. ἢ περὶ θεολογίας* (sic et in titulis libb. IV. VII. IX-XI) *ἤγουν βιβλίον πρῶτον ἤτοι ἄλφα μεῖζον,* des. *πρὸς τὰς ὕστερον ἀπορίας* (Bekker 992, 1, 27); — (f. 22) liber II conplectens volgatum *α΄ ἔλαττον* et librum II, cuius initio (f. 25^{r}) manu altera signato lemma *Ὅτι προαπορεῖν χρησιμώτατον* praescriptum est; — (f. 40^{v}) lib. III; — (f. 60) lib. IV, in cod. ... *ἢ περὶ θεολογίας λόγος δ΄. ποσαχῶς αἱ ἀρχαὶ λέγονται;* — (f. 87^{v}) lib. V, des. *τὸ ὄν· σημαίνει γὰρ τὸ μὲν τί ἐστιν;* — (f. 93^{v}) lib. VI, in cod. ... *βιβλ. ς΄* (et ita porro); — (f. 124^{v}) lib. VII; — (f. 134) lib. VIII; — (f. 148^{v}) lib. IX; — (f. 166) lib. X; — (f. 192) lib. XI; — (f. 209) lib. XII; — (f. 235^{v}) lib. XIII. Omissiones plurimas, item fenestras non paucas a librario exemplum alicubi evanidum haud legente apertas (cf. ex. gr. ff. 41^{v}-48^{v}. 51^{v}. 129. 136-139. 171-179. 212. 228. 239^{v}-249) sustulit emendator paullo recentior, qui maximas omissiones duas, nempe verborum libri I *τὸ δυὰς εἶναι ἓν — αἱ ἄλλαι πᾶσαι πάσαις* (Bekker 991, 1, 4-2, 26, sed *πᾶσαι πας* non deerant f. 18^{v}) ff. IV^{v}-VI^{r} subplevit, et vv. libri VIII f. 141^{v} desideratorum *ἐπεὶ δὲ τῶν πράξεων — ἐκείνην δὲ κίνησιν* (Bekk. 1048, 2, 18-35) f. 251; idem praeterea glossas multas inter lineas et ad oram addidit. F. VII^{v} manu alia principium libri I usque ad vv. *τὸ δὲ τῶν ἀνθρώπων γένος* (Bekker 980, 2, 27) nescio cur iteratum est.

2 (f. 256) *τοῦ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων* <de sphaera caelesti>, inc. *δεδόσθαι λέγεται σημεῖον τὲ καὶ γραμμὴ· ἃ τὸν αὐτὸν ἔχει ἀεὶ τόπον· μεγέθη δὲ δεδόσθαι λέγεται, οἷς δυνάμεθα ἴσα πορίσασθαι. καὶ ὅπως μὲν ἕκαστον τούτων ἔχει, ἐφεξῆς θεωρητέον. χρὴ δὲ γινώσκειν ὡς παρὰ μὲν τῷ γεωμέτρῃ,* des. *διάφορον ἔχει καὶ τὴν κολόβωσιν· δηλονότι ποτὲ μὲν πλείονα ποτὲ δὲ ἐλάττονα* (non repperi inter scripta Iohannis Itali, Michahelis Pselli et Ioh. Pediasimi). Ff. quoque 252-255 ad hanc explanationem indubie spectant atque reponenda sunt inter ff. 257 et 258.

Constat quaternionibus duobus et triginta in imo margine primae paginae (inde a f. VII^{r}) circa medium notatis, ad haec quaternione uno in fine (nunc foliorum septem, 252-258, uti superius dixi restituendorum), sine numeris atque ff. I-III recens et IV-VI fortasse saeculo XIV praefixis. Superscriptiones librorum Aristotelis et litterae maximae

rubra. Officinarum chartariarum insignia: *a* litterae *M* et *P*, et quidem duplicis formae (altera ff. 17. 34-35. 64 etc.; altera ff. 11. 41-42. 50-52 etc.); *b* litt. *G* (ff. 7. 86. 155; cf. Briquet n. 8175); *c* litt. fortasse *C* (ff. 109. 115. 123-124. 135 etc., atque alterius formae ff. 242 + 245; cf. Br. n. 12002); *d* litt. duae vel plures, e quibus *D* (ff. 19. 38. 68; iisque haud plane similes tum in ff. 59. 101, tum in ff. 13. 24); *e* litt. saltem tres *DCE* (f. 158, iisque haud plane similes in ff. 75. 85. 95); *f* litt. saltem tres, quarum media videtur *D* (f. 3); *g* incertae litt. saltem duae (f. 43); *h* litt. *A* et *G* (f. 252; cf. *G* in Briquet n. 9511). Verum haec insignia plerumque sunt intercisa, chartis in folia parvi moduli divisis, ideoque distingui probe vix possunt. I^{r} in scidula membranea adglutinata indiculus saec. XVI ex. *Aristotelis metaphisica.* | (*n°. antiq°.* add. manu saec. XVII) *1069* (*n°. nouo* | *255* add. eadem manu). III^{r} πίναξ Allatianus manu saec. XVII-XVIII. 258^{v} εἴπερ πάντων τῶν ὑπὸ θεοῦ πεποιημένων nec amplius. I^{v}. II. III^{v}. IV^{r}. VI^{v}. VII^{v}. 251^{a}-251^{d} vacua.

In summa facie Αριστοτε|λους, in ima, litt. maiusculis, με .... (?).

In dorso stemmata Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

256 (olim 660). Saec. XIV in. (an. 1320-1321? ff. 1-218^{v}); chart., mm. 243×152 (184 rec.), ff. I (add.), 474 (+ 218^{a}. 389^{a}), in duas partes recens divisus (P. 2 ff. 218^{a}-474).

1 Aristotelis [1] (f. 1) metaphysicorum lib. I; — (f. 28^{v}) lib. II; — (f. 43^{v}) lib. III; — (f. 61^{v}) lib. IV; — (f. 84^{v}) lib. V; — (f. 89) lib. VI; — (f. 113) lib. VII; — (f. 119) lib. VIII; — (f. 129^{v}) lib. IX; — (f. 142^{v}) lib. X; — (f. 162^{v}) lib. XI, des. *τοῦτο δ' εἴρηται οὕτως* (Bekker 1075, 2, 34; seqq., usque ad *κοίρανος* tantum, subpl. al. m. in marg.); — (f. 176) lib. XII, qui incipiebat *Περὶ μὲν τῆς αἰσθητῆς οὐσίας* (al. man. emend.); — (f. 201) lib. XIII. Subscriptio (f. 218) † *τετέλεσται ἡ παροῦσα βίβλοσ ἐν ἔτει ͵ςω' εἰκοστῷ* (*ἐνάτῳ* add. alio atramento, fortasse in rasura), h. e., scriptionis a. 1311-1312?, emendationis vero 1320-1321. Plura inmutavit et in ipsis versibus aut ad oram subplevit emendator eiusdem aetatis — fortasse ipse postea librarius, — quae plus semel vel minime vel haud recte notata sunt in ed. Bekkeri (cui codex *T* est): immo etiam integra folia substituit saltem aliquot, ex. gr. 81. 88. 129. 137. [2] (f. 221) physicorum, scholiis non Simplicianis magis magisque rarescentibus (cf. Diels ad comm. in Arist. gr. IX p. xvi) inter versus et ad oras ornatorum, quibus praemissa sunt (f. 218^{a}) *προλεγόμενα Σιμπλικίου* (ex *συμπλ.*) *εἰς τὸν πρῶτον λόγον τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως* (ib. 1-8, 30), lib. I; — (f. 229^{v}) lib. II, in cod. *Ἀρ. φυσικῶν β'* (similiter ante III-VI. VIII); — (f. 237^{v}) lib. III, in cod. ... *γ', περὶ κινήσεως καὶ ἀπείρου;* — (f. 245) lib. IV; — (f. 260) lib. V, des., ut in plurimis codd. (cf. Bekker ad 231, 1, 5 et 17), *ἐναντίαι τίσιν, εἴρηται;* — (f. 266) lib. VI; — (f. 275^{v}) lib. VII, in cod. *Ἀρ. περὶ κινήσεως, η'*, ex altera seu volgari recensione: praecedunt (f. 275^{r}) *⟨Ἀ⟩ριστοτέλους περὶ κινήσεως α*

κεφάλαια τοῦ ἦτᾶ: ~ *⟨Ὅ⟩τι πᾶν τὸ κινούμενον ὑπό τινος κινεῖται* etc., ut in cod. 251 f. 139^{v}; — (f. 281) lib. VIII, praevia (f. 280) ampliore tabula sine inscriptione *Πότερον γέγονε κίνησις οὐκ οὖσα πρότερον καὶ φθείρεται πάλιν ὥστε μηδὲν κινεῖσθαι:* — *ὅτι ἀγέννητος ἡ κίνησις. ... Εἰ ἐνδέχεται τὰ ὑπὸ κινουμένου κινούμενα, συνεχῆ κίνησιν κινεῖσθαι* (cf. cod. 251 f. 155). Scholia ad lib. I initium (f. 220^{v} fin.) *Μέθοδος ἐστὶν ἕξις θεωρητικὴ* — *πρόβασις ἐπὶ τὸ γνωστόν* (ex Alexandro vel Simplicio p. 14, 21-23): ~ *τὸ ἐξ οὗ ὑλικόν. καθὸ* — *δι' οὗ ὀργανικόν* (cf. ib. 10-11); *ἐν τούτοις διαφορά ἐστιν οὐ μικρά· τὰ γὰρ αἴτια τετραχῶς λέγεται* — *ὀνομάζονται καὶ ἀρχαί· οὐ μὴν τὸ ἀντίστροφον:* ~ *ση. ὅτι τὰ καθόλου καὶ κοινὰ τὴν ὁλοσχερεστέραν* — *ἢ καὶ ἐναντίας ὡς Ἀναξαγόρας τὰς ὁμοιομερεῖς* (ibid. plures philosophi recitantur). Simplicium saltem bis vidi nominatum (f. 265^{v}; cf. *Mélanges d'archéologie et d'histoire* XXXV 213): qua re putem illum et alibi adhibitum. Ad Arist. 209, 2, 11 adfertur Plato in Timaeo et *ἐν τοῖς ἀγράφοις δόγμασιν* (f. 246; *συνουσίαις* Simplic. 542, 12).

2 (f. 295^{v}) de planetarum numero, ordine et nominibus secundum Graecos et Aegyptios, ex lib. Achillis de sphaera, inc. sine titulo *πλανώμενοι ἀστέρες τὸν ἀριθμὸν*, des. *ἰσοταχεῖς γάρ εἰσιν οἱ τρεῖς* (prorsus ut scholion in Basilii hexahem. ed. a G. Pasquali in *Nachrichten d. K. Gesellschaft d. Wissenschaften zu Göttingen*, Phil.-hist. Kl., an. 1910, p. 198 s.). Subicitur stemma rerum sive entium universitatem proponens.

3 (f. 298) Nicomachi introductionis arithmeticae, in cod. *Νικ. Γερασ. πυθαγορείου εἰσαγ. ἀριθμ. τῶν εἰς τὰ δύο*, exemplis, item scholiis plurimis ⟨ex Philopono, fortasse et Asclepio Tralliano⟩ inter versus et ad oram inlustratae, lib. I, des. *εὑρήσεις· ἐπὶ πασῶν* — *ὁ αὐτός ἐστιν* (ut in plurr., ed. Hoche, Lipsiae 1866, p. 70); — (f. 316^{v}) lib. II cum subscript. *τέλος ἀριθμητικῆς τῶν εἰς δύο τὸ δεύτερον.* Praecedit (f. 197) *περὶ ἀριθμητικῆς* (alia manu *Νικομάχου* praescripto), inc. *Ἀριθμητική ἐστιν ἐπιστήμη θεωρητικὴ τῶν περὶ ἀριθμοὺς*, des. *τὸ φιλοσοφεῖν ἄρα, διὰ τῶν μαθημάτων* (ed. Tannery Diophanti Alex. opp. II 73-77). Scholion 1 in lib. I *Εἰσαγωγὴ ἐπιγέγραπται, ὡς πρὸς τὰ* — *ἐκείνου πρώτου ὄντος τῶν παλαιῶν* (priorem particulam ed. Hoche *Ιωαννου γραμμ. Αλεξανδρεως... εις το πρωτον της Νικομ. αρ. εισαγ.*, Lipsiae 1864, p. 1), 2 *μέθοδος ἐστὶν ἕξις ὁδοποιητικὴ μετὰ λόγου* (ex Philopono in physicor. I 1, comm. in Arist. gr. XVI 6 p. 27), 3 *καλῶς ἐπήγαγε τὸ δημιουργίας* — *δημιουργία δ' οὔ* (initium ex Philopono, ed. Hoche p. 3), ultimum *πλευρὰ τοῦ κε' τὰ ε'* — *πεντάκις γὰρ τὰ ιδ', γίνονται ο'.* Scholion 1 in lib. II *καὶ γὰρ πάσης μελῳδίας στοιχεῖα, ὀξὺς* — *καὶ δίχα φρονεόντων ἕνωσιν* (Philopon. ad l., ed. Hoche, Berolini 1867, p. 1), 2 *εἴδη τῆς μουσικῆς δ'· φθόγγος* — *ἁρμονία δέ ἐστι συστημάτων σύνταξις*, 3 *ἁπλῶς μὲν γὰρ παντὸς ποσοῦ* — *ἡ μονὰς*

περιττή (Philopon., ed. cit. 1-2), ultimum cum emblemate *τόνος λέγεται ὁ σφοδρότατος φθόγγος — ποιεῖ τὴν διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε* (sic des. in Ambros. H. 58 sup. seu 438 apud Martini-Bassi, Barocc. 113 et aliis commentarius, ut fertur, Asclepii in Nicomachum, e quo fortasse petita sunt scholia, quae non invenimus in Philopono).

4 (f. 337) **Aristotelis** de partibus animalium cum scholiis ⟨ex **Michahele Ephesio**⟩ lib. I, in cod. *ἄλφα* (*βῆτα, γάμμα, δέλτα*); — (f. 345) lib. II, des. *ἐστὶν ὡς εἴπομεν;* — (f. 359) lib. III; — (f. 371^v) lib. IV; editionem posteriorem in cc. 11-12 (Bekker 691, 2, 28-695, 1, 27) exhibens atque des. *ἐν τοῖς ζώοις, περὶ πάντων τῶν ζώων καθέκαστον, εἴρηται: ∼ τέλος,* scilicet vv. *τούτων — διελθεῖν* omissis. Scholion 1 in lib. I *ὥσπερ ἐν τοῖς — ἀρχὰς ἔχων. β′ θεὶς ὑπόδειγμα — καὶ τῶν λοιπῶν κατηγορεῖται. λθ′ .. ὅσα καλῶς — τὰ μαλάκια. μ′ τὸ ἀντικαταλλάττεται — δυσχέρειαν* (Mich. Eph. ed. M. Hayduck, comm. in Arist. gr., XXII 2 pp. 1, 3-23; 2, 33-37; 21, 25-22, 10; 22, 20-24, 17). Schol. *α′* in lib. II *ἀπορίαν ἣν ἄν τις — καὶ φθορᾶς εἴρηκεν. β′ ἀκολουθοῦσιν αὗται — καὶ πυκνόν,* ultimum *σαφῆ λέγει περὶ τῆς ῥινὸς — τοῦ παρόντος βιβλίου* (ib. 25, 15-21; 26, 1-2, sed heic ed. sunt retractata; 48, 26-50, 11). Schol. 1 in lib. III *μετὰ τὰ εἰρημένα — καὶ χαυλιόδουν,* 2 *μύουρον λέγει — νυττῶν καὶ χηνῶν,* ultimum *ὥσπερ ἡ γέρανος. — ἕως τοῦ τέλους* (ib. 51, 2-16; 52, 19-23; 66, 25-67, 36). Schol. 1 in lib. IV *ἡ γὰρ τῶν ὄφεων — παραπλήσια,* 2 *σαφῆ τὰ ἑξῆς γενήσονται ἃ ἀντιλέγει — καὶ κρᾶσιν,* paenultimum *ἤτοι ἐν τῷ μορίῳ — αὐτοῦ ψυχρόν* (ib. 68, 4-8; 68, 16-69, 37; 99, 10-16), ultimum illudque alienum *τὸ αἵ τε γὰρ φῶκαι — πτηνὸν ὦτα ἔχει* (ib. 99 in adparatu). Cf. quae attigi in *Mélanges* XXXV 204. 207 ss.

5 (f. 389) ⟨**Libanii**⟩ *ἔκφρασις καλανδῶν* (Libanii opera rec. R. Foerster VIII 472-477, qui p. 442 codicis nostri mentionem facit).

6 (f. 390) **Aristotelis** de anima, cum emblematis pluribus atque lectionibus variis variorumque scholiis rarioribus, lib. I, *ἄλφα;* — (f. 398^v) lib. II; — (f. 410^v) lib. III (e Coisliniano 386 descripti, iudice A. Förster, Arist. de anima p. XII). Scholion 1 in lib. I *δ′ εἰσὶ μέθοδοι δι᾽ ὧν τὰ πάντα — ἀναλυτική: ∼* 2 *ὁ Θεμίστιος παραφράζων οὕτω φησίν· ὥσπερ καὶ περὶ — ἀπόδειξις:* (comm. in Arist. gr. V 3 p. 2, 14 sq.) *καθ᾽ αὑτὰ — τὸ θνητὸν καὶ τὰ ὅμοια.* Scholion prolixius in lib. II (qui paucissima praebet) ad Arist. 422, 2, 17 *δύο παράδοξα τίθησι — λύει δὲ διὰ τοῦ τῆς σμήλης παραδείγματος ἐπὶ τοῦ ὀφθαλμοῦ* (similia sed infinita in Philophono comm. laud. XV 407, 19 sqq.). Schol. 1 in lib. III *προσυπακουστέον ὅτι πάντως καὶ αἱ λοιπαὶ — οὐδενὸς τῶν οἰκείων,* ultimum *τοῦτο κατασκευαστικὸν τῆς ἀποφατικῆς προτάσεως.* Alexander pluries adfertur ad lectiones dubias (ex. gr. f. 401^v. 403. 419 quinquies), et

semel saltem Stephanus (f. 418^v; cf. *Mélanges* XXXVI 214 ss.) et *οἱ ἐξηγηταί* (f. 421). Subscriptioni *Ἀριστοτέλους περὶ ψυχῆς καὶ τοῦ ὅλου, τέλος: ∼* adicitur breviarium operis *Ἰστέον ὅτι Ἀριστοτέλης ἐν τρισὶ λόγοις τὸν περὶ ψυχῆς ἐξέθετο λόγον· ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ — ἐπὶ τὰς ἐξῃρημένας τῶν φυσικῶν πραγμάτων αἰτίας, οὕτω καὶ ἐνταῦθα πεποίηκεν* (fere ut in Philopono p. 20, 23-34) nec non scholion *εἰκόνα φέρων τοῦ εἰρημένου — τὴν ἐκείνης κίνησιν* (ex Simplicio p. 310, 22-311, 6) spectans ad f. 419^v.

7 ⟨**Nicephori Blemmidae** [1] (f. 422) de corpore⟩ inde a vv. *καὶ ὑπ᾽ ἀλλήλων παθήσεως* (ed. Lipsiens. an. 1784 III 2, lin. 24,-29), [2] (f. 431) ⟨epitomes physicae capita plurima sine ordine et sine numeris⟩, nempe cc. 26-32. (f. 443) 8-9. (f. 446) 11. (f. 448^v) 14-25. (f. 468) 2. (f. 469) 10. (f. 469^v. 471-473^r) 3-4. (f. 470) 12, quod ante c. 3 scriptum fuerat (M. 142, 1033 ss.). Adpicta sunt zodiacus post c. 30, rosa ventorum in medio c. 17, emblema partium philosophiae post c. 4. Ad c. 12 initium *πρῶτον ἀναγνωστέον τὸν λόγον τοῦτ⟨ον⟩· ἔπειτα τὸν ὄπισθεν· τὸν περὶ ὄμβρου καὶ χαλάζης καὶ τῶν ἄλλων,* seu c. 14.

Liber ex pluribus, ut videtur, conflatus, iisque eodem tempore et eodem forte loco descriptis in chartis laevigatis orientalibus, atramento pallescente. Ff. 1-218 scriptura amplior et erecta, versuum 21-25 in qualibet pagina, sine scholiis: librorum initia ornatu, titulo et litteris maximis miniatis distincta: vix aut ne vix quidem seriores sunt conrectiones pleraeque ac subplementa per tota quae superius indicavimus folia; fasciculorum notae in angulo exteriore summo primae paginae (f. 1 *α′*, f. 89 *ιβ′*, ... 169 *κβ′*), ex quibus liquet illos quaterniones fuisse nihilque deperisse. Ff. 218^a ss. scriptura minor, spissior, declinata, praesertim in scholiis plurimis; tituli, litterae maximae et ornamenta colore rubro fere evanescente (immo f. 422 ss. solo atramento) picta; versus paginarum plures, a 29 ad 40 et ultra (in Blemmida): fasciculorum quae fere nullae supersunt notae, vel uti supra positae (f. 247 *δ′*), vel in ultimae paginae imo angulo exteriore (f. 352^v *β′*), pro variis operibus, quae propriam singula subputationem habuisse opinor. F. 417 subpletum videtur. Ff. 218^v. 296. 336^v. 389^a. 421^v. 474^v, sc. in fine singulorum operum, vacua. Ff. 46^r. 322^v. 436^v. 474^v imis scriptiunculae saec. XIV. F. 297^r, manu saec. XV aut fortasse XIV, *pythagoras uocavit te(m)pus nu(meru)m.* I *πίναξ* Allatianus manu saec. XVII-XVIII. F. 1^r imo manu saec. XVII *660. v. | 256. n.* et rec. *256. Vat. Parte 1^a* (et similiter f. 218^a). F. 389 *Libanii opus Zac(cagni).*

Recens glutinator paribus foliorum dissectis conpagines universas male dissolvit ac folii cuiuslibet latus interius laciniis chartaceis adglutinavit, ff. 7-51 atque alibi particulas ff. laceras charta pellucida superinducta refecit. Qua re liber et latior et crassior factus in duo partitus est.

Scripturae exemplum (f. 309^v) dederunt P. Franchi de' Cavalieri et Ioh. Lietzmann, Specimina etc., tab. 40.

In dorso stemmata Pii IX et A. Tosti card. byblioth.

257 (olim 181). Saec. XV ex., membran. (128-129 chart., add.), mm. 293×212, ff. II. 129 (+ 3^{a}), linn. 29.

Aristotelis metaphysicorum (f. 1) lib. I, in cod. *Ἀρ. μετὰ τὰ φυσ. ἢ περὶ θεολογίας ἄλφα μεῖζον*, et sine titulo, uti in libris ss., (f. 13^{v}) *α′* minus; — (f. 15^{v}) lib. II; — (f. 23^{v}) lib. III; — (f. 35) lib. IV, inc. *Ἀρχὴ μὲν λέγεται, ὅθεν*, des. *τούτων ἐν ἑτέροις;* — (f. 49^{v}) lib. V; — (f. 52^{v}) lib. VI; — (f. 68) lib. VII; — (f. 72^{v}) lib. VIII; — (f. 80) lib. IX; — (f. 88) lib. X; — (f. 100) lib. XI, inc. *Περὶ δὲ τῆς*, des. *εἷς κοίρανος;* — (f. 107^{v}) lib. XII; — (f. 120) lib. XIII.

Liber ab eodem atque codex 249 librario scriptus in usum eiusdem Nicolai Modrusiensis episcopi, cuius praefert (f. 1^{r}) tesseram gentiliciam, nempe vulpem exsilientem in pagina rubra, adeoque inter annos 1460 et 1480 exaratus.

Constat fasciculis tredecim, quinionibus praeter *ιγ′* qui quaternio est, tum in principio tum in fine notatis ad angulum inf. int. Folii 1^{r} margines aureus ornatus occupat ex arboribus frugiferis interque ramos lepore et ave, item cancellis vario colore affabre pictis; qui inferne medio in latere praebet scutum idem ac cod. 249 inclusum coronae a duobus pueris sustentatae atque mitra episcopali superius distinctae. Porro inest titulus in pagina aurea litteris maioribus caerulis scriptus. Litterae singulorum librorum initiales maximi moduli eaeque in pagina aurea, caerulae ac multicolore ramulorum linearumve ornatu distinctae, qui per marginem supra et infra late porrigitur. Artificii rationem pictorum Ferrariensium propriam esse me docet C. Stornaiolo. Scriptio adcurata haud inelegans. Conplures additiones ac variae lectiones ipsius primae manus. I^{r} olim tegumento adglutinatum. I^{v} nota saeculo XVI medio antiquior ***Nº 38 6 Plu.*** atque, in chartula super *38* adglutinata, nota saec. XVI medii ***342.*** II^{r} summo, manu saec. XV ex., ***Metaphysica. Aristotelis.***, atque inferius, in scidula membranea adglutinata post saec. XVI medium scripta, ***Arist. Metaphysica. | 181.***, dein manu saec. XVII in. ***nº. nuouo 257.*** II^{v} *πίναξ* Allatianus manu saec. XVII–XVIII. Ff. 128. 129 vacua. Foliorum acies aurea a primo glutinatore facta.

Integumentum corio rubro signato obductum praefert insignia Pauli V et Scipionis Borghese card. byblioth. in tabulis, iterumque Borghesiana in earum angulis et in dorso, praeterea in scidula chartacea anteriori tabulae adiecta notam recentem rubram.

258 (olim 179). Saec. XIV, chart., mm. 228×155. 226×155, ff. III. 325 (+ 156^{a}), in II partt.

Aristotelis opera. **1** (f. 1) de atomis. **2** (f. 7) de coloribus. **3** (f. 18^{v}) de audibilibus (des. *πρῶτον σκεπτέον περὶ μνήμης*, ed. Bekker p. 449 col. 2, 3). **4** (f. 36^{v}) de memoria et reminiscentia, de somno et vigilia, de insomniis et de divinatione per somnum (tit. in cod. est *περὶ μνήμης. περὶ ὕπνου. περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς. α′.* Inc. *Περὶ μνήμης καὶ τοῦ μνημονεύειν, λεκτέον τί ἐστι.* De somno inc. f. 42, ubi tit. *περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως καὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς* add. est in marg. rubris litt. De

insomniis inc. f. 48^{v}, ubi tit. *περὶ ἐνυπνίων* in marg. adscriptus est rubro colore. De divinatione per somnum denique inc. f. 54^{v} sub tit. *περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς* litt. unc. nigris). **5** (f. 57^{v}) de animalium motu. **6** (f. 70) de generatione et conruptione lib. I (in fine add. *περὶ μὲν οὖν μίξεως καὶ ἀφῆς. καὶ περὶ τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν, εἴρηται;* — (f. 87) lib. II. **7** (f. 99) meteorologicorum lib. I; — (f. 118) lib. II; — (f. 137^{v}) lib. III; — (f. 145) lib. IV. **8** (f. 157) de partibus animalium lib. I; — (f. 165) lib. II (cuius titulus, pariter atque tituli duorum librorum subsequentium, in spatio vacuo relicto postea adiectus est); — (f. 180^{v}) lib. III; — (f. 197) lib. IV. **9** (f. 217) de animalium incessu (tit. rubr. litt. erasus). **10** (f. 226^{v}) de animalium generatione lib. I (tit. in spatio vacuo adiectus); — (f. 245) lib. II (des. *περὶ μὲν οὖν τῆς ἡμιόνων ἀτεκνίας, εἴρηται*); — (f. 266) lib. III; — (f. 282^{v}) lib. IV; — (f. 298^{v}) lib. V. **11** (f. 310^{v}) de longitudine et brevitate vitae. **12** (f. 313^{v}) de iuventute et senecta, de vita et morte. Subicitur sine ulla distinctione **13** (f. 316^{r}, 7 ab imo) ⟨lib. de spiritu⟩.

Codex (Bekkero *T*) in duas partes hodie divisus (quarum altera ff. I–164 conplectitur, altera 165–325), constat quattuor libellis: primus quaterniones conprehendit 9 (*ζ′* folior. 7 tantum, ultimus ternio est; litterae numerales effluxerunt, si tamen excipias f. 31^{v} ad angulum inf. ext. *δ′*, f. 40^{r} ad ang. inf. int. *ς′*); secundus 2 quaterniones conplectitur signatos *α′*, *β′* in marg. inf. primae paginae; tertius habet fasciculos 9 (folior. 8 praeter extremum folior. 9) notatos in marg. inf. med. primae et ultimae paginae; quartus denique habet fasciculos 21 (quaterniones, excepto *κα′* folior. 9) signatos in marg. inf. med. primae paginae (*α′–θ′* etiam in novissima pagina). Scripserunt manus quattuor, quas distinxit F. H. Fobes: *a* ff. 1–155^{v}. 165–325^{v}; *b* ff. 155^{v}–156^{r}; *c* f. 157; *d* ff. 157–164^{v}. Officinar. chartariar. signa parum perspexi; certe in ff. 7. 161. 165 alibi legi litteras *TIN;* in ff. 172. 204 alibi, litt. *VO*. Tituli conplures in prima codicis parte rubri, alii (postea subpleti) atramento exarati sunt, litterae initiales non nullae rubrae. Scholia repperies in ff. 3^{r}. 70. 75^{v}–76. 79^{v}–81. 83^{v}. 85^{v}. 99–108. 111–125. 134–142^{v}. 143^{v}–145^{v}. 259^{v}. 260. 261^{v}. 262. 263^{v}; figuras in marg. ff. 3^{v}. 40^{v}. 41^{r}. 139. 142^{v}. 143^{v}. 206^{r}. 224. 229^{r}. Multa folia schedis translucidis partim superinducta invenies; fere omnia margines charta flava turpiter refectos exhibent. Pura sunt ff. I^{v}. 65. 68^{v}. 69. 110^{v}. 156^{v}. 156^{a}.

F. I rec. adiectum continet indicem graecum saec. XVIII, qui proxima aetate plumbo conpletus est: II^{r} *πίνακα* saec. XIV, cui manus eiusdem aevi subiecit ***aristotelis libri physicor(um);*** inferius, figuras duas geometricas. II^{v} pauca praebet omnino neglegenda. III^{r}, manu fort. saec. XIV, ***ste lib | ste liber est demetri greci*** (qui Demetrius videtur diversus ab illo de quo Müntz–Fabre *La bibliothèque du Vatican au XVᵉ siècle* p. 40 nota 5). III^{v} eadem manu ***disce puer dum t(em)p(u)s h(ab)eas dum sufficit etas · | t(em)p(or)a pretereu(n)t modo labentis aque.*** 1^{r} summo marg. ***de insecalibus lineis.*** Summo marg. f. 156^{r} manus saec. XV notavit ***aristotelis meteora.*** In marg. inf. f. 219^{r} nescio quis anserem delineavit pigmento violaceo. F. 325^{v} ipsius scribae manu † *ἐτελειώθη τὸ*

παρὸν βιβλί(ον) | διὰ χειρὸς ἐμοῦ ἰω(άν)νου | προαστειώτου (non *ἠρακλειώτου*, ut ap. Vogel-Gardthausen p. 128, non *γεραστειώτου*, ut ap. Fobes loco infra citando) *τοῦ βαραλε...* (cf. f. 124^{r} summo marg. *ἰωάννης*). Subiciuntur versus illi † *θ(εο)ῦ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει φθόνος. καὶ μὴ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει πόνος.* Inferius † *ἄνους μοναχὸς, τῇ βίβλῳ προσιζάνει.*

Codicem descripsit F. H. Fobes, Aristotelis Meteorologicorum libri quattuor, Cantabrigiae Massach. 1919, p. xxxi s.

In tegumentorum dorsis stemmata Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

259 (olim 657). Saec. XV, membr., mm. 285×199, ff. I. 163, linn. 21.

Aristotelis **1** (f. 1) de partibus animalium lib. I inscriptus *Ἀρ. περὶ ζ. μ. βιβλία (τέσσαρα). βιβλίον α΄*, inc. *Περὶ πᾶσαν μέθοδόν τε καὶ θεωριαν;* — (f. 8^{v}) lib. II; — (f. 25) lib. III; — (f. 41) lib. IV, ex editione priore in cc. 11-12. **2** (f. 63) de animalium generatione lib. I, inscriptus ut supra, ... *βιβλία ε΄. βιβλίον α΄*; — (f. 81) lib. II; — (f. 100^{v}) lib. III; — (f. 116^{v}) lib. IV; — (f. 133) lib. V cum subscript. *Ἀρ. π. ζ. γ. βιβλία ε΄.* **3** (f. 146) de animalium incessu, in cod. inscribitur et subscribitur *περὶ ζώων πορείας.* **4** (f. 156^{v}) de motu animalium.

Scriptura adcurata. Ornatus, tituli et litterae maximae initio librorum rubra ac gilbo tacta. Notabilia, subscriptiones (quae absunt a solis libris III-IV de part. an.) atque in summis ff.^{r} numeri librorum rubra. Aliquot emendationes (*γρ.*) primae manus, f. 39^{r} additio alterius. Singulis ff.^{r} titulos librorum adscripsit manus saec. forte XVI. Fasciculi septem et decem (quiniones, praeter ultimum duobus foliis constantem) signati sunt in imo primae paginae margine circa medium, ab ipso librario qui novam seriem inde a f. 63 (?) orsus est (f. 71 *β′*, 91 *δ′* etc.), tum denuo alia manu ab *α′* ad *ιζ′* (f. 161). F. 163^{r}, in scidula membranea adglutinata, ***Empt(us) ab Argyropilo uná cum alii*** (sic) ***XI.** | **si(mi)l(ite)r signat. B. Manfredus,*** ut in cod. 24 etc.

I^{r} summo manu saec. XVI, fortasse Nic. Maiorani, ***Ar(istote)les de partib.*** (***animalium et de ge*** cancell.) ***et generatio(n)e a(n)i(m)aliu(m),*** dein nota quaedam vetustior *23* et recens *259.* I^{v} *πίναξ* Allatianus manu saec. XVII-XVIII. Ff. 147^{v} et 148^{r} maculata. 163^{v} vacuum.

Integumentum corio rubro signato obductum praefert in tabulis insignia Pauli V et Scipionis Borghese card. byblioth., iterum gentis Borghese in earum angulis et in dorso, praeterea notam *259* in chartula tabulae anteriori adglutinata.

260 (olim 176). Saec. XI, membr., mm. 205×113, ff. III. 195 (+ 42^{a}. 106^{a}), linn. 33.

Aristotelis **1** (f. 1) de partibus animalium lib. I; — (f. 10^{v}) lib. II; — (f. 35) lib. III; — (f. 57) lib. IV, ex editione priore in cc. 11-12. Subscriptio *τέλος Ἀριστοτέλους τῶν περὶ ζώων, ἢ τῶν ἐν τοῖς ζώοις μορίων: ~ α΄ β΄ γ΄ δ΄.* Quae exciderant ab initio libri I usque ad vv. *ἢ τὰ καθόλου ὑπάρ-(χοντα,* Bekker p. 644, 1, 26), saeculo XV ante an. 1449 subpleta sunt. **2** (f. 88) de incessu animalium, in subscr. *Ἀρ. περὶ ζώων πορείας.*

3 (f. 103) de anima lib. I, in cod. ... *λόγος πρῶτος* (et sic in ss.); — (f. 116^{v}) lib. II, inc. *Ἐπεὶ δὲ τὰ παραδεδομένα περὶ ψυχῆς;* — (f. 152^{v}) lib. III, cum subscriptione: *Ἀριστοτέλους περὶ ψυχῆς λόγοι α΄ β΄ γ΄* (contulit A. Förster, qui codicem tribuit saec. XIII ineunti). Adsunt scholia breviora et rariora primae manus (ex. gr. ff. 106^{v}. 125^{v}-130^{v}. 145 s., 150^{v} s.), alia recentioris (an saec. XIV ex.? ff. 107. 112-114. 137. 143^{v} s. etc.), alia vel serioris, quae solet inter lineas velut interpretamenta adscribere (ff. 103. 114^{v}. 115^{r} etc.). **4** (f. 152^{v}) de sensu, des. *σκεπτέον περὶ μνήμης.* **5** (f. 171) de memoria et reminiscentia, in cod. titulo et subscriptione ... *καὶ τοῦ μνημονεύειν.* **6** (f. 177) de somno et vigilia, (f. 184) de insomniis et (f. 190^{v}) de vaticinatione per insomnia, sub unica inscriptione et subscriptione: *Ἀρ. περὶ ὕπνου. καὶ ἐγρηγόρσεως. καὶ τῆς καθ᾽ ὕπνον μαντικῆς;* nam quae ad initia libelli alterius et tertii prima manus in margine rubro adscripsit *περὶ ἐνυπνίου* et *περὶ — μαντικῆς* (manus recentior add. *ἀρχή*), ea sunt lemmata veluti capitulorum, aut notabilia qualia et alibi. Postrema *ἢ αἴτια εἶναι ἢ σημεῖα — μαντείας εἴρηται* (Bekker 462, 2, 27-464, 2, 18), quae exciderant, subpleta sunt saec. XV ante an. 1449. Hisce e parvis naturalibus opusculis addita sunt scholia haud multa, pleraque manu prima, e quibus illud unum indicabo ad Aristot. 453, 1, 14 (f. 176^{v}) *ταῦτα κατὰ τοῦ Πλάτωνος λεληθότως ἐπιφέρει· τὰς μαθήσεις ἐν τῷ Φαίδωνι — ὡς ἐν τῷ Τιμαίῳ γέγραπται.*

Liber membranarum nitore et scripturae elegantia spectabilis. Fasciculi sunt sex et viginti notis arabicis in imo primae paginae margine saeculo XV distincti, e quibus illo ipso saeculo subpleti sunt 1 (foll. quattuor), 2 (foll. sex) et 26 (foll. quinque). Ceteri - quaterniones - notas primae manus in angulo exteriore eiusdem imae marginis praeferebant, sed eas glutinator fere universas excidit praeter *β′* (f. 8^{r}), *ιζ′* (f. 126), *ιθ′* (f. 142); e quibus liquet vix unum fasciculum initio periisse, non duos (quot subfecti sunt), itaque notas recentes vetustis uno maiores esse. Superscriptiones et litterae initiales librorum, alicubi et lemmata, rubra; item ornatus, qui leviores et elegantes sunt. Emendationes ac subplementa conplura alterius manus. Scholia aliquot intercisa a glutinatore (ex. gr. ff. 145. 175. 185). Folii 117 ima margo madore absumpta. Ff. 8-14. 185-190 versus aliquot, qui humore deperierant, atramento renovati. 103^{r}, manu saec. XIII, initium versionis *Bonor(um) honorabiliu(m) noticia(m) — ex eo q(uo)d e(st) melior* (sic); cf. A. Jourdain *Recherches critiques sur l'âge et l'origine des traductions latines d'Aristote,* 1843, p. 418. I^{v}, manu saec. XV, *plurima opuscula Aristotelis.* II^{r} *C. Garatonus* litt. maiusc. (cf. cod. 3 etc.). *Opera Aristotelis i(n) ho(c) volumi(n)e. | De p(ar)tibus Animaliu(m) libri quatuor. | De motu A(n)i(m)aliu(m) liber unus. | De Anima libri tres. | De sensu et sensato liber .I. | De memoria et reminiscentia. | De somno et Vigilia et circa | somnu(m) pha(n)tasmata.* I^{r} notae praeter recentem tres, nempe *N° 50 | 5 Plu. secr,* dein *26* supra *50,* et infra *.176.* III^{v} *πίναξ* Allatianus manu saec. XVII-XVIII. Ff. II^{v}. III^{r}. 102^{v}. 193^{v}-195 vacua.

In dorso stemmata Leonis XIII et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

261 (olim 656). Saec. XIII-XIV, chart., mm. 317 × 232, ff. I (add.), 227, in duas partes rec. divisus (II ff. 114 ss.).

Aristotelis 1 (f. 1) de partibus animalium lib. I, in cod *ἄλφα* (et sic *βῆτα, γάμμα*); — (f. 11) lib. II; — (f. 32v) lib. III, cum inscript. *Ἀρ. π. ζ. μ. γάμμα. Ἀρ. π. ζ. μ. λόγος τρίτος: λόγος τρίτος;* — (f. 53) lib. IV, sine inscriptione et littera prima; praebet autem in cc. 11-12 editionem posteriorem (ex hoc ipso codice *Y* repraesentatam a B. Langkavel in bibl. Teubneriana) et des. *τῶν ζώων καθέκαστον,* ss. omissis. Initium libri I usque ad vv. *ἀποδιδόασι τοὺς* (Bekker 639, 2, 18) et scholia in idem subplevit saec. XVI ⟨Iohannes Honorius a Mallia⟩ noster. Praeter lemmata et notabilia in extremis totius codicis lateribus litteris angustissimis exarata, sunt inter versus ff. 1-20r, 25v-33r interpretamenta ac scholia brevissima, quae magis ac magis rara fiunt, ad haec in marginibus ff. 1-35r commentaria **Michahelis Ephesii** ex eadem recensione ac in libro Paris. graec. 1859 (comm. in Arist. gr. XXII 2 pp. v. VII-XII), sed minus mutila, nam pertingunt usque ad lib. III 2, 4 (ib. 1-53, 3) ac des. *τὴν σωτηρίαν τοῖς ζώοις* (p. 53, 3). *πολλὰς δὲ ἅμα βοηθείας καὶ ἱκανὰς, οὐ δέδωκεν ἡ φύσις ἑνί τινι ζώω* (cf. quae attigi in *Mélanges d'archéol. et d'histoire* XXXV 100). 2 (f. 84v) de incessu animalium, om. inscriptione et littera prima. 3 (f. 98) de sensu; quem librum pictor, non vero librarius, in duos partitus est adscripto imae margini f. 104v (ad p. 442, 2, 27) titulo *Ἀρ. περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν βιβλίον δεύτερον* et ad oram lemmate *περὶ ὀσμῶν,* tametsi idem in subscriptione pinxerit *τέλος τοῦ π. αἰσθ. κ. αἰσθ.* 4 (f. 112) de memoria, in cod. *Ἀρ. περὶ μνήμης. περὶ ὕπνου. περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς.* 5 (f. 116v) de somno et vigilia, (f. 123) de somniis et (f. 128) de vaticinatione per somnum, des. sic *εἴρηται περὶ πάσης· περὶ δὲ κινήσεως τῆς λοιπῆς τῶν ζώων* ✝. Lemmata capitum potius quam titulos libelli secundi et tertii pictor addidit. 6 (f. 131) de motu animalium. 7 (f. 139) de animalium generatione ⟨lib. I⟩; — (f. 162v) lib. II; — (f. 183v) lib. III; — (f. 200) lib. IV, cum ampliore conclusione *περὶ πάντων. περί τε τῶν διαφορῶν — καὶ τῶν ἐκτὸς* (ap. Bekker 778) et subscriptione *Ἀριστοτέλους περὶ ζώων γενέσεως. δέλτα;* — (f. 216) lib. V. Librorum II-V superscriptiones et III-V littera prima omissae sunt.

Constat fasciculis 28, quaternionibus praeter *ιβ', ις'* et 28, qui sunt novem foliorum. Eorum notae in primae et ultimae paginae ima margine, circa medium, modo rubro colore, modo atramento scriptae. Inde a f. 98 altera notarum series ducta fuerat, quarum vix una aut altera (f. 98 *α'*, f. 131 *ε'?*) subter notas *ιγ'* et *ιζ'* perspicitur. Nota *ιβ'* f. 88r male inscripta. Ff. 1-97 versus 20 aut 21 continent, sequentia 22-28, praeterea scriptione magis variant vel in eadem pagina (ex. gr. ff. 100r. 102v. 202). Librarius manu praepropera opus suum perfecit. Ornatus, tituli, litterae primae et lemmata, quae exstant, item interpretamenta inter lineas, rubra: attamen plures titulos ac litteras primas non fuisse adpositas monuimus. In summis foliis 10-113 saltem, manu saec. XIV *aue m(ar)ia,* quae saepius excisa. Iisdem in foliis notabilia litteris minutioribus indicavit, ni fallor, Georgius Scholarius. Officinarum chartariarum insignia: *a* littera, ni fallor, *R* (ff. 1-145. 154; adcedit ad formam *R* in Briquet n. 12025); *b* litt. *V* geminata (ff. 148-152. 155-217. 220-225; cf. Br. n. 9141); *c* litt. *N* (ff. 218. 226; cf. Br. n. 8425). Ff. plura madore maculata atque 227 pars inferior excisa laciniis chartaceis recens refecta sunt. Ff. 120-227 numeri emendati: qui enim primus inscripserat, a 119 ad 130 transilierat: hinc f. 120r, manu saec. fortasse XVII, *error numeri.* Ir *πίναξ* Allatianus manu saec. XVII-XVIII. Iv. 227v vacua.

In dorso stemmata Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

262 (olim 177). Saec. XIV, chart., mm. 277 × 200, ff. I (add.), 196, linn. 27.

Aristotelis de animalibus historiarum (f. 1) lib. I, inscriptus, ut ceteri ss., *Ἀρ. τῶν περὶ τὰ ζῶα ἱστοριῶν βιβλίον α'* (...*ς'-ι'*); — (f. 15v) lib. II; — (f. 31) lib. III; — (f. 49v) lib. IV; — (f. 69) lib. V; — (f. 93v) lib. VI, inc. sic *Εἰ μὲν;* — (f. 120v) lib. VIII, in cod. ...*ζ';* — (f. 145) lib. IX *, in cod. ...*η';* — (f. 179v) lib. VII *, in cod. *θ';* — (f. 189) lib. X *, desinens vv. illis repetitis *μάλιστα δὲ λανθάνει — περιέλιπε τὸ πολλαπλάσιον* (Bekker 636, 2, 40-637, 1, 10).

Constat fasciculis quinque et viginti, quaternionibus praeter ultimum binionem. Eorum notae in imo primae paginae margine adpositae fuerant (cf. vestigia in angulo f. 9r interiore, 161r exteriore), sed nullae nunc adparent, quia vel excisae vel laciniis chartaceis contectae sunt. Ornatus f. 1r et littera prima cuiuslibet tituli et libri rubra; item numerus libri singulis foliis rectis inscriptus. Emendationes et plura lemmata primae manus. Officinae chartariae insigne nullum vidi. Margines summi et imi laciniis chartaceis resarti et altiores facti: exteriores autem a glutinatore deminuti, qui numeros foliorum antiquiores saec. XV vel XVI inscriptos intersecuit. F. 196 dimidium inferius, in quo alia manu *περὶ βαφῆς σιδιροῦ* praecepta videntur addita fuisse, excisum ac denuo refectum. 1r *πίναξ* Allatianus manu saec. XVII-XVIII. Ff. Iv. 196v vacua. De codicis huius *Da* notati praestantia L. Dittmeyer, Arist. de an. hist., Lipsiae 1907, p. XIII s. Ex eo Romae anno 1493 descriptum fuisse codicem Farnesianum nunc Neapolitanum 288-289 docet, si bene intellexi, G. Rudberg in Erano suecan. XIII 204; ac re quidem vera illo anno a die ultima Aprilis ad VIII Octobris « Alexander Pharnesius prothon. apostolicus » mutuum habuit « Aristotelem de animalibus graecum. ex papyro. in nigro », teste codice Vat. lat. 3966 f. 3v.

In dorso, quod integumento saeculi XVIII adsutum est, stemmata Pii IX et A. Mai card. byblioth.

263 (olim 180). Saec. XV ?-XVI, chart., mm. 306 × 206, ff. II (add.), 62, linn. 34.

Aristotelis ethicorum Nicomacheorum (f. 1) lib. I; — (f. 7) lib. II; — (f. 11^{v}) lib. III, des. *ὁ λόγος· ταῦτ' οὖν εἰρήσθω περὶ σωφροσύνης. λέγομεν δ' ἑξῆς περὶ ἐλευθεριότητος* (sc. init. lib. IV); — (f. 17^{v}) lib. IV, inc. *Λέγωμεν δ' ἑξῆς;* — (f. 24) lib. V; — (f. 30^{v}) lib. VI, des. *πόλει· καὶ δὴ οὕτω ταῦτα;* — (f. 35) lib. VII, inc. *Μετὰ δὲ ταῦτα ῥητέον;* — (f. 41^{v}) lib. VIII, des. ... *εἰρήσθω;* — (f. 47) lib. IX, inc. *'Εν ἁπάσαις,* des. *περὶ ἡδονῆς;* — (f. 52^{v}) lib. X, inc. *Μετὰ δὲ ταῦτα.* In titulis librorum ... *ἄλφα - δέλτα, ϵ', ζῆτα - κάππα.*

Constat fasciculis quattuor in imo margine primae et ultimae paginae circa medium notatis. *α'-γ'* folia sexdecim conplectuntur, *δ'* duodecim. Superscriptiones, litterae librorum initiales et pleraque ad oram notabilia, item f. 1^{r} summo verbum *hyesus,* rubra. Officinarum chartariarum insignia: *a* luna crescens (ff. 3. 17-19. 25; cf. Briquet n. 5207); *b* unicornis (ff. 5. 13-16; cf. Br. n. 9959); *c* trimontium (ff. 35-60; cf. Br. n. 11662). Chartae blattis terebratae. II^{r} *πίναξ* Allatianus manu saec. XVII-XVIII, nota recens atque, in scidula membranea adglutinata, nota saeculo XVII antiquior. *Aristot. Ethica.*| *.180.* I^{r} *corame.* I^{v}. II^{v}. 59^{v}. 60-62 vacua. I^{r} et 62^{v} adglutinata sunt decem frustula ex codice latino circa saeculum XIV exarato, qui opus quoddam iuris civilis continebat.

In tabulis corio rubro signato obductis stemmata Pauli V et Scipionis Borghese card. byblioth., item in angulis tabularum et in dorso insignia gentis Borghese.

264 (olim 658). Saec. XIV inc., chart., mm. 227 × 147, ff. III. 460 (+ 383^{a}), linn. 27 (21-27 in ff. 55-244), in duas partes recens divisus (pars 2 ff. 206-460).

1 (f. 1) **Aristotelis** magnorum moralium * lib. I et (f. 30) lib. II (in cod. ... *πρῶτον,* ... *δεύτερον*) e pessum dato, ut videtur, exemplari descripti, nam plurimae patent fenestrae in textu. Liber II inc. *Μετὰ δὲ ταῦτα ὑπὲρ οἰκιας* (sic).

2 (f. 55) **Plutarchi** moralia opuscula viginti quinque, in duos, ut videtur, diversae originis libros dispertita (nam initio est superscriptio *Τῶν ἠθικῶν τοῦ Πλουτάρχου βιβλίον πρῶτον,* et infra a f. 245 nova series *λόγων* ducebatur, in qua opusc. unum iteratum fuit), hoc ordine: [1] de virtute et vitio, [2] (f. 56^{v}) de liberis educandis * (cf. *Mélanges d'archéologie et d'histoire* XXXV 194 not. 1), [3] (f. 71^{v}) quomodo adulescens poetas audire debeat, [4] (f. 96) quomodo adulator ab amico internoscatur, [5] (f. 127) de se ipsum citra invidiam laudando (in cod. praeter titulum volgatum additum est alia manu, f. 126^{v}, *ἐν ἄλλω περὶ τοῦ πότε καὶ πῶς ἑαυτὸν ἐπαινεῖν χρή*: adnotationem recentiorem f. 132^{v} ed. M. Pohlenz in *Nachrichten von d. kgl. Gesell. d. Wissenschaften zu Göttingen* 1913 p. 360), [6] (f. 137^{v}) de cohibenda ira, personarum nominibus neque initio neque in medio dialogo adnotatis, [7] (f. 149^{v}) de curiositate, [8] (f. 158^{v}) de

tranquillitate animi, cum subscr. primae manus *τέλος περὶ εὐθυμίας,* [9] (f. 173) de vitioso pudore, [10] (f. 183) de fraterno amore, [11-12] (f. 203^{v}) de Alexandri Magni fortuna aut virtute lib. I (in cod. *Πλουτ. περὶ* etc.) et (f. 211^{v}) lib. II, [13] (f. 225) de tuenda sanitate praecepta (in cod. *Πλουτ. περὶ* ..., conloquentium nominibus altera manu insertis), [14] (f. 245) quomodo quis suos in virtute sentiat profectus (in cod. *Πλουτ. περὶ ποῦ πῶς ... ἀρετῆς: λόγος α',* quo abraso, manu posteriore *ιδ'*), [15] (f. 260) de sera numinis vindicta (in cod. *λόγος β',* quo eraso, altera manu *λόγος ιϵ',* et sic in s.; absunt nomina conloquentium), [16] (f. 288^{v}) de capienda ex inimicis utilitate, [17] (f. 298) ⟨de se ipsum citra invidiam laudando⟩ inde a vv. *⟨ὑπο⟩μιμνήσκοντες αὐτοὶ* (ed. Bernardakis III 414, 23), praecedentibus, quae adfuisse constat vel ex illa vetustioris indicis (f. II^{v}) particula cancellata *ιζ' περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως,* ideo forte avolsis quia in ff. 127-137 iam habebantur, [18] (f. 298^{v}) de garrulitate (in cod. *τοῦ Πλουτ. π. ἀδολ. λόγος ϵ',* quo abraso, alia manu *ιζ'*), e mutilo perturbatoque exemplo, nam praeter lacunas aliquot (ff. 311^{r}. 314) desunt vv. *καί τις τῶν παρόντων — Κλώδιος προσεδοκᾶ(το,* Bernardakis III 320, 23-325, 20) eorumque loco obcurrunt (ff. 309^{r} versu ante paenult. — 312^{v}, 13) vv. *καὶ πολλὰ περὶ τὴν νέμησιν — μιᾶς ἐρῶντος* ex opusc. de fraterno amore (ib. 256, 24-262, 21), uti vidit ac monuit quidam lector saec. XIV f. 309^{r} *λήθη. ο περι φιλαδελφιας λόγος ἐστὴν ουτος. καὶ γύρισον φύλ. τέσαρα καὶ ανάγνοθι ἔνθα ἐβρισ πάλιν τω σιμίον του σταυρού,* [19] (f. 317^{v}) de fortuna Romanorum (in cod. *τοῦ Πλ.* — *λόγος ϛ',* inc. *Πολλοὺς,* atque verbis carens *καὶ Μάρκος Ὡράτιος — μεγαλύνει τὴν Τύχην,* Bern. II 386, 18-388, 7, exempli folio, ut videtur, uno deperdito), [20-21] (f. 332) de esu carnium oratio I et (f. 337) II (in cod. *τοῦ Πλ. λόγος πρῶτος π. σαρκοφ.: - λόγος ζ'* et *τ. Πλ. π. σαρκοφ. λόγος β': - λόγος η'*), [22] (f. 341) maxime cum principibus viris philosopho esse disserendum (in cod. *τοῦ Πλ.* ... *λόγος θ',* inc. *Ὀρκανὸν*), [23] (f. 346) coniugalia praecepta, [24] (f. 357^{v}) praecepta gerendae rei publicae (in cod. *Πλ.* ... *λόγος ι'* [sic]), [25] (f. 395) regum et imperatorum apophthegmata * (in cod. *Πλ. βασιλέων ἀποφθ. κ. στρατηγῶν,* omissis inscriptione *Πλούτ. - εὖ πράττειν* ac ceteris lemmatis, attamen ad Bernard. II 63, 4 in marg. *ῥωμαϊκὰ*), cum scholio vero alterius manus ad Scipionis iun. apophth. 3 (f. 435^{v}) *τὸ οἷος πέπνηται ὁ Ὅμοιρος εἴρηκεν — εἰ δὲ λιποῖ Ῥωμαῖοι ἦσαν ὥσπερ σκιαί,* [26] (f. 446^{v}) parallela minora * (in cod. ... *παραλλ. ῥωμαϊκῶν καὶ ἑλληνικῶν*) in cc. *ν'* dispertita, ex recensione ab editis inde a *κ'* (sive ed. 12, Bernard. II 363, 11-382, 14) plus minus discrepante, quae parall. 11 et posteriorem 31 partem (ib. 362,

23-363, 10; 375, 5 ss.) praeterit ac parallelis 12-41 init. auctorum nomina non addit, ad haec propter casum unius f. ante 455 mutila vv. illis *ἅμα ταῖς αἰχμαλωτίσι — τοῦτο* (ib. 371, 3-374, 20), ^{27} (f. 458) animi ne an corporis adfectiones sint peiores (in cod. *περὶ τοῦ πότερον* etc.); eius posterior pars inde a vv. *εἰπών τις* (ib. 306, 6-307) maxima ex parte deperiit, f. 460 plus quam dimidio abscisso. Opuscula, praesertim 24-27, lacunis minoribus hiant, utpote ab exemplo pessum dato exscripta.

F. II^v, manu saec. XIV, *τάδ' ἔνεστιν ἐν τῶδε τῶ βιβλίω: 'Αριστοτέλους* etc. In quo indice Plutarchi opuscula *κζ'* recensita sunt, sed illo quod *ιζ'* erat, uti diximus, cancellato (fugit hoc H. Wegehaupt *Plutarchstudien in italienischen Bibliotheken,* Cuxhaven 1906, p. 21), sequentium opusculorum numeri uno minores alia manu facti sunt.

Liber fasciculorum sexaginta, nunc vero *νθ'*, a duobus librariis perscriptus, quorum prior ff. 1-54, 245-460, alter alia litterarum forma, alio atramento, aliis omnino chartis usus, ff. 55-201. 217 haud dubie exaravit, ac forte etiam ff. 202-244 citatissimus. Prior, sive quia minus peritus sive quia e pessum dato lectuve difficili exemplo describens, plurimas lacunas aperuit. Idem fasciculos in imo margine paginae postremae interius signavit, et quidem nova notarum serie *α'*-⟨*κθ'*⟩ inde a f. 245; alter quoque, ut videtur, ibidem (cf. f. 150^v), sed quia notae universae excisae sunt, non liquet utrum propriam (quod veri similius) et ipse seriem inde a f. 55 effecerit an non. Qui vero ex tribus partibus (scilicet *a* f. 1-54, *b* ff. 55-244, *c* ff. 245-460) librum, uti se nunc habet, conposuit, fasciculos in unam seriem redegit, notis a f. (62?) 70 ad 244 in angulo exteriore supremae paginae infra, a f. 245 vero ad finem in angulo exteriore primae paginae supra, adscriptis. E quibus notis liquet iam saeculo XIV fasciculum 39 vel 8 tertiae partis (ante f. 298) excisum, et *να'* sive *κ'* eiusdem partis translatum esse ante *μθ'*: nam illo fere saeculo tertius quis fasciculos plurimos prouti erant atque sunt mutilos ac perturbatos denuo notavit in imo margine primae (aliquotiens, ex. gr. ff. 229. 235. 238, alius) paginae exterius, et quidem inde a f. 135 ad f. 238 perverse, *ιζ'* iterato. Qua re sic folia reponas: 367. 376-390. 368-375. 391 ss. — Fasciculi, praeter ζ' (ff. 49-54) et λ' (ff. 230-235) terniones atque *κϛ'* (ff. 199-205) et *μδ'* (ff. 329-335) septem foliorum, quaterniones sunt, at 40 (ff. 298-304) folio primo, λη' (f. 293-297) sexto septimo octavo, postremus denique primo et ultimo (fortasse albo) carent. Ornatus, tituli, litterae maximae et notabilia, praesertim in foliis prioris librarii, rubra. Sunt variae lectiones, scholia non nulla, quandoque metrica (f. 120^r *ψυχῆς νοσούσης ἰατροὶ εἰσὶν οἱ λόγοι: —* f. 270^r *ἑλληνικὸν τὸ δόγμα μηδαμῶς δέχου: — δαίμων προγνοὺς εἴρηκε τὶ καινὸν τόδε: —* f. 292^v *ζηλῶ σε ταύτης τῆς σοφῆς γνώμης ἄνερ*), emendationes ac plurima subplementa, praesertim in paginis alterius librarii, eaque tum prima tum posterioribus manibus. Subscriptiones pleraeque serius additae sunt (ff. 54^r. 95^v. 127^r. 137^v. 149^v etc.), item numeri opusculorum et foliorum quae iisdem inplentur (ff. 159. 173. 211^v. 225). Ex hisce non nulla cum margine sunt intercisa. 263^r. 363^r conscribillationes nullius momenti.

Officinarum chartariarum insignia in foliis ab altero librario descriptis non vidimus, in ceteris autem haec: *a* ferrum asciae (? ff. 1-16, 456 + 459; cf. Briquet n. 7478): *b* rudicula (? ff. 17-49); *c* littera *G* crucem gerens, eademque non unius formae (ff. 248-368 etc.; cfr. Br. n. 8184); *d* crux graeca, cui latina crux inposita est (ff. 386-387, 401 + 404; cfr. Br. n. 5422); *e* solea ferrea vel quid simile (ff. 416 ss.; cf. Br. n. 3124).

II^r summo, manu saec. XIV, versus retrogradus unus *νοσῶ σὺ ὃς εἶ ἴαμα 'Ιησοῦ σῶσον,* et inferius alter *ὧσε σὸν ὄρχαμ' ὄνομα χρόνος ἔσω,* dein nota vetustior in lacinia chartacea adglutinata *N°. 42* (emendat. in *41;* sed quia *1* minus perspicuum erat, inferne *41* denuo scriptum fuit). *5 Plu.;* item nota paullo posterior *282,* in chartula n. *42* superinducta, quam in imam paginam transtulimus; postremo, in scidula membranea, nota paenultima *Arist: ethica.* | *et alia alior.* | *.658.* III^r, manu saeculi XV-XVI, *Aristotelis magna moralia.* I (add.)^r *πίναξ* Allatianus manu saec. XVII-XVIII atque in eius fine adnotatio ⟨A. Mai⟩ *Vide et f. 446 ver. et fol. 458 rect.* I^v. III^v. 54^v vacua. In ima facie nota *h* vel *n.*

Librum descripsit Wegehaupt, op. laud. p. 20-21.

In dorso stemmata Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

265 (olim 659). Saec. XV, membran., mm. 280×187; ff. I. 110, linn. 23.

Aristotelis ars rhetorica, cuius quidem (f. 1) *βιβλίον πρῶτον* in cod. des. *ἐκ τῶν ἐναντίων ἐστὶν* (Bekker 1368, 1, 37), sequens vero (f. 27) *περὶ τοῦ δικανικοῦ εἴδους τῆς ῥητορικῆς, βιβλίον β',* est primi pars posterior (inde a p. 1368, 2, 1), denique (f. 42) lib. II, in cod. *Αρ. ῥητ. βιβλ. γ',* coniunctum habet (f. 81^v lin. 12) librum III.

Diligenter et nitide exaratus. Ornamentum crucem praeferens cum vv. *ις χς νικᾶ* (f. 1^r), inscriptiones, litterae maximae et maiores distinctionesque maiores in ipso textu, rubra. Lemmata conplura, praeter quam in ff. 60-90, et subplementa aliquot ipsius librarii in marginibus. Fasciculi quattuordecim, iique quaterniones praeter primum sex foliorum, signantur in angulo exteriore primae paginae infra. I^r nota recens. I^v *πίναξ* Allatianus manu saec. XVII-XVIII, des. *ἡ δὲ τῶν βιβλίων τάξις οὐ συμφωνεῖ τῷ ἐκτυπωθέντι Αριστοτέλει.* 110 vacuum.

In dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. byblioth.

266 (olim 178). Saec. XIV, chart. (f. I membran.), mm. 263×198 (ex mm. 174 c.), ff. VI. 240 (+ 209^a), linn. 28-33.

Aristotelis (cuius nomen repetitur in titulis libb. 1. 7-9. 10$^{1. 3-4}$. 11$^{1-3}$. 12^{1}) opera naturalia conplura.

1 (f. 1) de coloribus*, in cod. ... *λόγος α',* cum scholiolis paucissimis (ff. 1^v. 2^r), des. *συνιδεῖν ἐκ τῶν εἰρημένων: ~ τέλος τοῦ περὶ χρ.* (et sic subscriptum libris 2. 6. 10$^{1. 4}$. 11^{5}). **2** (f. 8^v) de insecabilibus lineis*. **3** (f. 13) de longitudine et brevitate vitae, des. *μέθοδος ἔχει. περὶ μακροβ. ... τέλος.* **4** (f. 15^v) de iuventute et vita et senectute et morte et respiratione. **5** (f. 27) de animalium incessu, cum scholiis tribus ad Bekker 704, 1, 8. 10. 16 s. in f. 26^v adscriptis (schol. 1 *τοῦδε γὰρ τοῦ*

ἵππου διαφέρει τὰ μόρια — τῷ δὲ εἴδει διάφορα, 3 *νενοείσθω ἄνθρωπος ἐξ εὐθυωρίας — πρὸς τῇ ὀσφύι καὶ τῇ ῥάχει*) et illo ad suprema vv. (f. 35^{v}) *θεωρῆσαι περὶ ψυχῆς* monito: *ὅπερ ἐστὶν ἐν τῷ τέλει. διὰ λήθην οὕτω τεθέν.* **6** (f. 36) de sensu, in cod. *περὶ αἰσθήσεων* ..., cum scholiis perraris. Ad p. 442, 2, 27 alia manu in marg. f. 41^{v} *ἀρχὴ τοῦ δευτέρου βιβλίου τῶν περὶ αἰσθ.* etc. **7** (f. 47) de memoria et reminiscentia. **8** (f. 50^{v}) de somno et vigilia, de insomniis et de divinatione per somnum, unico libro, sub inscript. *Ἀριστ. ρι* (sic) *ὕπνου καὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς*, cum scholiis perraris (f. 59^{v} ad 463, 2, 17 *σχόλ. ὥσπερ γὰρ οἱ ψευδομάντεις — ὃ προεῖπεν ἰδεῖν σύμπτωμα;* ib. 3 *σχόλ.* ad 464, 1, 5 *περὶ τῆς τοῦ Δημοκρίτου δόξης καὶ ὁ Σέκστος καὶ Πλούταρχος ὁ Χαιρωνεὺς — καὶ φωνὰς ἀφίασι*): addita sunt in fine vv. *περὶ δὲ κινήσε* (sic) *τῆς λοιπῆς τῶν ζώων*, ex initio opusculi sequentis. **9** (f. 60^{v}) de animalium motione, cum adnotatiunculis perraris (f. 63^{v} ad p. 701, 1, 5 longius *σχόλ. ἐπειδὴ τὰ κατ' ὄρεξιν γινόμενα ἀπὸ πάθους — καὶ ὀρχηστὴς ὑπὸ τῆς ὀρχηστικῆς*). **10** (f. 68) de partibus animalium lib. I, ad oras scholiis amplioribus inlustratus plerisque excerptis e volgato <Michahelis Ephesii> commentario (ed. M. Hayduck, comm. in Arist. gr. XXII 2: vidit ac monuit <L. Allatius> f. 68^{r} ***In Codice 261 tribuuntur ista scholia Michaeli Ephesio.*** Cf. ***Mélanges d'archéologie et d'histoire*** XXXV 207 n. 1), aliis vel ex eodem pleniore vel ex alieno (schol. 1 *Ὥσπερ ἐν τοῖς ἠθικοῖς — θεωρίαν καὶ τὰ ἑξῆς*, Mich. p. 1, 1-11; schol. 2 *ἡ μὲν ἀστρονομία τιμιωτέρα — ταῖς ἀποδείξεσι*, 3 *πεπαιδευμένος λέγεται — ἐπιστήμων*, Mich. 1, 13-2, 3; schol. paenultimum *Ὅλην μορφὴν τὸ — μὴ περὶ τούτων. καὶ τὰ ἑξῆς*, Mich. 23, 13-17, ultimum sic *Ὃς ὁ μέλλων περὶ φυσικοῦ ἔργου — τὸ τελικὸν αἴτιον ὁμοῦ ἐστι καὶ συνεζευγμένον*), cum subscr. *τέλος τοῦ πρώτου τοῦ π. ζ. μ.;* — (f. 77) lib. II sine inscriptionibus, in marginibus summis et imis (praeter quam ff. 87^{v}. 88^{v}) scholia breviora <partim ex Ephesio volgato, scil. inde a p. 38 Hayduck> habens (schol. 1 *Ἐν ταῖς περὶ ζώων ἱστορίαις οὐ μόνον περὶ τῶν μερῶν — καὶ εἰπεῖν τὰς τούτων χρείας*, 2 *Τρεῖς μὲν τὰς συνθέσεις λέγει — ἀέρα. ὕδωρ καὶ γῆν*, paenult. *<τ>ὸ τραυλίζειν φησὶν ἐστὶ καὶ — ταύτην καὶ στενήν*, Mich. p. 49, 20-23, ult. mutilum *οἱ κροκόδειλοι πεπηρωμένην — τὴν γὰρ ἄνω κινοῦσιν· ἐν* | ib. 49, 37-50, 3; adfertur porro Galenus ff. 77^{v}. 80^{v}, ipse Aristoteles, opinor, *ἐν τῷ περὶ ὕπνου μονοβιβλίῳ* f. 82^{v}, etc.); — (f. 89) lib. III, in cod. ... *τρίτον*, cum scholiis <e Michahele Ephesio> paucissimis (schol. 1 *μύουρον. εἶπε — μυῶν οὐρὰ*, Mich. p. 52, 19-21; ultimum maius *Εἴη δ' ἂν τὸ κατάλληλον — νεφροειδῆ μόρια*, ib. 63, 25-31); — (f. 100) lib. IV, ex editione priore in cc. 11-12. Subscriptio bis exarata *τέλος τοῦ π. ζ. μ.* **11** (f. 118) de generatione ani-

malium <lib. I>; — (f. 136^{v}) lib. II, in cod. ... *δεύτερον* (et similiter in ss.), des. *γίννοι. περὶ μὲν τῆς ἡμιόνων ἀτεκνίας εἴρηται;* — (f. 155^{v}) lib. III; — (f. 173^{v}) lib. IV; — (f. 190^{v}) lib. V. Subscr. *τέλος τοῦ περὶ γεν. ζώων.* **12** (f. 203) de anima lib. I, in cod. ... *λόγος πρῶτος ἤτοι α'* (et similiter in s.); — (f. 213) lib. II; — (f. 227) lib. III, in cod. ... *λόγος τρίτος*, subscript. rubr. *τέλος τοῦ περὶ ψ.* Vv. lib. I *ἐστιν ὑπὸ τῆς ψυχῆς — ἐγγίνεται* et lib. III *νόησις, ἐν τούτοις — ὑπάρχειν, ὅταν δὲ* (Bekker p. 408, 2, 7 — 409, 2, 6; 430, 1, 26-431, 1, 15), quae foliis duobus avolsis exciderant, subplevit manus saec. XV in ff. insiticiis 209^{a} et 233. Libris I et III conplura, II perrara scholia variis manibus addita sunt, saepius, ut videtur, ex <Iohannis Philoponi> commentario (ed. Hayduck, comm. in Arist. gr. XV), alias ex aliis excerpta (schol. 1 in lib. I, f. 202^{v}, *ἡ εἴδησις τριχῶς. τὸ γὰρ — ἐν τοῖς μετὰ τὰ φυσικὰ παρείληπται*, ex Philop. p. 22, 5-13; schol. 2 *ση. ὅτι τὰ καθ' αὐτὸ τῆς ψυχῆς — ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας παθήματά φησι*, cf. ib. 27, 23 ss.; 3 *διότι ἡ προσεχὴς — οὐχ ἡ ψυχή*, ib. 26, 12; 7 *φύσις ἐνταῦθα δηλοῖ ὡς Σιμπλίκιος, τὸ ὅσον — συγγενὲς καὶ ἀχώριστον*, comm. laud. XI p. 32-34; ultimum, f. 209^{v}, *ἀντὶ τοῦ διὰ τί ἑνὸς — ἅμα δὲ τούτοις καὶ ἡ ψυχή*, Philop. p. 151, 24-30. Schol. 1 in lib. III *σχήματος καὶ μεγέθους ὄψις — τῶν ε' κοινά*, cf. Philop. p. 453, 29-31; 2 *τῆς κοινῆς αἰσθήσεως — μέλι εἶναι νομίζει*, ib. 461, 18-21; ultimum *διὸ καὶ περὶ ἀνακλάσ<εως> βέλτιον οὕτω νομ<ί>ζειν — οὕτως εὑρίσκεται τὰ τῆς ἀνακλάσεως σημαινόμενα χρώματα*). De sede tractatus v. f. 35^{v}.

F. I^{v} vetus *πίναξ ἀκριβὴς τῆς παρούσης πυκτίδος. περὶ χρωμάτων οὗ ἡ ἀρχή· ἁπλὰ τῶν χρωμάτων — περὶ ψυχῆς α' β' γ':* dein litteris minoribus *ζήτει περὶ ὀσμῆς· περὶ φυτῶν· περὶ ζώων ἱστορίας· τὰ μετέωρα· περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς· περὶ οὐρανοῦ*, demum monocondylion *Ἀριστοτέλους φυσικὰ* | *μελιτινιώτου*, ni fallor, possessoris; quod nomen et in f. I^{r} scriptum est.

I^{r} versus, ni fallor, tres vel quattuor, e quibus haec legi: *ἀείδ' εὐξυνετοῖσι* (?). *θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι· κακοφραδ(έων?)* | *βεβήλων οὔατα λαχνήεντα περι... άχναις* | *τὸν κάλαθον κατιόντα χαμαὶ* etc. Dein alio atramento <aenigmata Pythagorica et similia> declarata: *πῦρ μαχαίρῃ μὴ σκάλευε* (cf. Iamblichi Protrept. c. XXI, ed. Pistelli 107) *ἀντ<ὶ> τοῦ τὸν ὀργίλον λόγῳ μηδ' ἐρέθιζε: εἰς ἱερὸν ἀνυποστρεπτὶ βάδιζ<ε·> ἀντὶ τοῦ τοὺς ἀναγομένους οὐ δεῖ ἐπὶ τὰ τῇδ' ὑποστρέφεσθ<αι.>* | *ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν· μὴ τὸ ἴσον ὑπερβαίνειν* (cfr. Diog. Laert. VIII 1, 17. 18). *ἐν ὁδῷ μὴ σχίζε ξύλα* (cf. Iambl. l. c.)· *ἐν τῇ ὁδῷ τῆς ἀρετῆς καὶ τὴν χωριστὴν ζωὴν ἐπιτηδεύων μὴ διάλυε τὸν ψυχικὸν δεσμὸν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος φθείρας τὸ ζῶον: ἐπὶ μέτρου μὴ κάθου· μὴ σκάπτε* (?) *καὶ περικάλυπτε περινοίᾳ τὸ δίκαιον.* Praeterea stemma *τῶν ψυχικῶν δυνάμεων.*

In ff. IV-VI. 240 linn. 29, e codice, ni fallor, ascetico saec. XIV-XV avolsis continentur: *a* (f. IV) finis operis ascetici c e n t u m capitibus constantis (et forte acrostichi; nam initiales capitum quae supersunt *ητωρ* [*κτήτωρ? ῥήτωρ??*] efficiunt), nempe fragmentum c. 96 *γευσάμενος τοῦ χρηστοῦ, ἔπειτ' αὖθις ἀυτὸν ἐκδοίη φαύλοις — οἷς οὐ χρὴ δουλεύοντα,* c. ϟζ' *Ἤν τις ἰσχυρίζηται τῶν ἀνθρώπων — κίνδυνον ἡμῖν ἐξαρτῶσα,* ... *ρ' Ῥημάτων ὀλίγων δύναμις, ῥᾶστα* (in Ps. 33, 15) — *ἵλεων τὸν πλάστην ἐργαζόμενος* (Callisti Cataphugiotae capita 93 ss. desiderari quidem videntur, M. 147, 941; verum illius opus non est acrostichon); *b* (f. V) rubro *ἐκ τῶν συλλογῶν τοῦ ὁσιωτάτου πατρὸς ἡμῶν Παύλου βιβλίον β'. ὑπόθεσις πρώτη. Ὅτι οἱ εὐτελίζοντες* neque amplius (scilicet *Συναγωγὴ τῶν θεοφθόγγων ῥημάτων* etc. **P a u l i E u e r g e t i n i**, Athenis 1901, p. 151); *c* (f. 240) fragmentum ⟨o r a t i o n i s e t h i c o - p o l i t i c a e VI **Manuelis Palaeologi** ad Iohannem filium⟩, inc. *ὅταν εὑρεθῶ πληρῶν,* des. *τῶν ἐρωμένων. ἀλλὰ* (M. 156, 541 C fin. - 545 B fin.).

Constitit liber fasciculis 31 in imo paginae supremae margine interius notatis et quidem denuo (cf. ex. gr. ff. 16^v. 24^v. 75^v), eo quod notae priores conplures marginibus inminutis perierant, verum a recente glutinatore paribus foliorum male dissectis, conpagines omnes resolutae sunt, atque folia singularia laciniis chartaceis adglutinata latioraque mm. 20 et amplius facta sunt, praeterea f. 209^a translatum fuerat ante f. 101 (quod recte suspicatus est A. Förster, Arist. de anima, Budapestini 1912, p. XIII n. 1). Erant autem ii quaterniones, praeter *θ'* nunc trium foliorum (65-67), *κγ'* septem (172-178), ultimum nunc foll. sex. Porro iam saeculo XV ineunte vel paullo ante perierat folium ultimum fasciculorum *κζ'* et *λ'*, quae tunc subpleta sunt (ff. 209^a. 233); praetera ff. 165-174. 232-234 perturbata ac mutilata fuerant, ut patet ex illis monitis: *ζήτει τοῦτο μετὰ δύο φύλλα* (f. 164^v), *ζήτει πρὸ τετραδίου* (f. 172^r), *ζήτει ὄπισθεν τὸ ἐπίλοιπον* (f. 232^v), *ζήτει εἰς τὸ τέλος τοῦ βιβλίου* (f. 234^r) etc. Ornatus aliquot nigri; inscriptiones plures et litterae maiores rubrae. 124 et 115^v? diversae videntur manus. Plures emendationes et subplementa, praesertim in ff. 36-66. 203 ss., eaque non unius manus. — Officinarum chartariarum insignia vidimus in ff. 1-124 vel nulla vel incertissima; in ceteris autem haec: *a* littera *N* (ff. 124-126. 128 etc.); *b* litterae *MC* (ff. 127. 129. 131 etc.; cf. Briquet n. 9569 non nihil licet div.); *c* scutum trigonum cruce superinposita (ff. 142. 165. 223. 231; cf. Br. n. 840); ascia (ff. IV-VI. 233. 240; cf. Br. n. 7505).

I^r monocondylia plura: *ο μελιτινιωτ(ης) | ο γα.ρᾶς (γαβρᾶς?) | ιωαν ο γα.ρᾶς | ιωαννης | ... ας ο επι του κανικλείου* (?), praeterea *178. u. | 226. n.* I^v *ἀριστοτελικόν. Αριστοτέλης.* II^r in scidula membranea adglutinata indiculus saec. XVI medio posterior *Arist. de coloribus et alia | eiusdem | 178.* III^r *πίναξ* Allatianus manu saec. XVII-XVIII. VI^v, manu fort. Nicolai Maiorani vel eius temporis, *Aristotelis de corib:* (sic) *paruis n(atur)alib: de a(n)i(m)al: et a(n)i(m)a.*

Folii 226 tertia prope pars excisa (citra textus detrimentum) ac recens refecta. II^v. III^v. V^v. VI^r. 66^v. 67. 117^v. 212^v. 226^v. 239^v et superior pars f. 227^r (plusquam dimidium) vacua.

In dorso stemma Pii IX.

267 (olim 182). Saec. XIV, chart., mm. 226×140, ff. IV (addit.), 340 (+ 227^a. 250^a), linn. 29.

Synopsis philosophiae Aristotelicae naturalis, moralis et metaphysicae verbis eadem atque pars altera synopseos universalis seu synopsis physica I o s e p h i monachi philosophi superius ad cod. 111 ff. 115-298 descripta nec non et libri XI et X G e o r g i i P a c h y m e r a e hieromnemonis in universam fere Aristotelis philosophiam epitomes (latine vert. Ph. Bechi, Basileae 1560).

1 Synopsis physicae [1] (f. 1) pars prior libros de n a t u r a l i a u s c u l t a t i o n e, (f. 42^v) de c a e l o et (f. 59^v) de g e n e r a t i o n e e t c o n r u p t i o n e cc. *λθ'* conplectens, omnino ut in cod. 111, 1^{5-8}; [2] (f. 141) pars posterior (in cod. 111, 1^{9-19} sub cc. *μ'*-⟨77⟩?) continens libellos *a* de p a r t i b u s et *b* (f. 156^v) de g e n e r a t i o n e a n i m a l i u m, *c* (f. 172^v) de a n i m a, *d* (f. 211) de s e n s u e t s e n s i l i, *e* (f. 238) de m e m o r i a e t r e m i n i s c e n t i a, *f* (f. 244) de m o t u a n i m a l i u m, *g* (f. 247) *περὶ τοῦ ποῦ τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς ἐστι,* *h* (f. 251^v) de s o m n o e t v i g i l i a, *i* (f. 253) de i n s o m n i i s e t d i v i n a t i o n e e o r u m, *k* (f. 250^v) de l o n g i t u d i n e e t b r e v i t a t e v i t a e, *l* (f. 258) de i u v e n t u t e e t s e n e c t u t e e t v i t a e t m o r t e e t d e r e s p i r a t i o n e; [3] (f. 261) de c o r p o r e (qui est omnino idem ac Nicephori Blemmidae liber ed. Lipsiens. 1784, 3, 1-29), ut in cod. 111, 1^{20}.

2 (f. 278^v) *Ἠ θ ι κ ὰ Ἀριστοτέλους,* inc. *Τὰ μὲν θεωρητικὰ ὧν τὸ τέλος ἀλήθεια, πέρας ἔχει· καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν ἐν θεῷ διήνυσται,* des. *καὶ κατὰ τὸν θεῖον τύπον, τῷ ὄντι μακάριος* (latine in Pachymerae epit. lib. XI, ed. cit. 294-337). 3 (f. 322) *Βιβλίον τὸ μ ε τ ὰ τ ὰ φ υ σ ι κ ά,* inc. *Μετὰ τὴν τῶν φυσικῶν διδασκαλίαν ἀπαντᾷ παρευθὺς τὰ μετὰ τὰ φυσικά,* deficit in vv. prope finem *ποιητικὸν γὰρ καὶ ἡ (γονὴ* etc.; epit. cit. lib. X, pp. 262-294, lin. 18), omissis iis, quae in Pachymera efficiunt capita 2-3 tituli 1 et titulum 3 (ed. pp. 265-270, 274-281), deperditisque simul cum uno folio (post f. 337) verbis *γενέσθαι ἢ φθαρῆναι — ἑαυτὸ κινοῦν. ὕστερον γὰρ* (cod. Palatin. gr. 407 f. 527^v-529^v; ed. Basil. p. 290, 19-291, 18). — Hi duo tractatus ex Pachymera desumpti videntur, attamen ordine inverso ac titulorum capitumque lemmatis neglectis.

F. II^v, alia manu saec. XV? *Ἐνκόμιον ἐνοῖς ψάλλεται εἰς τὴν λειτουργίαν τῇ αγία καὶ μεγάλη ε'. πρὸς τὸ δέσποινα πάντων δέσποινα,* inc. *Δέσποινα ἄνανδρε σεμνῇ. καὶ μόνη θεοτόκε,* des. (vers. 16) *τὸ μνήσθητί μου κράζωντα, δέσποτα παντοκράτωρ: ἀλλη(λουια) ἀλλη. ἀλλη.*

Liber una manu adcurate perscriptus. Ornatus et inscriptiones librorum, lemmata capitum, litterae maiores rubra. Additiones et emendationes perrarae. 40^v imo (rubro)

et 215r summo *καλόν*. 324v et 325r fenestrae duae angustae. — Fasciculi sunt 44, quaterniones praeter 16 (ff. 121–126), 18 (ff. 135–140), 32 (ff. 244–249) atque etiam, ut videtur, 44, qui sunt terniones. Eorum notae in primae paginae margine vel summo (*ς'–ιη'*, ff. 41–135) vel imo ad dexteram, et quidem binae inde a f. 141; nam inferne sunt notae *ιθ'–⟨μδ'⟩*, quibus universi codicis fasciculi simul putantur, superne (cf. ff. 205 *θ'*, 221 *ια'*, 230 *ιγ'*) notae propriae partis posterioris synopseos physicae etc. Etiam in fine fasciculorum adfuisse notae videntur ex reliquiis non nullis (f. 288v ⟨λ⟩ζ'? cf. et 204v. 249v). Quaternionis 33 folia primum et ultimum sedem permutarunt: qua re f. 257 facias 250 et vice versa. Exciderunt f. secundum et postremum ternionis 44 (videlicet post f. 338 et 340): f. 250a, quod deperditum videbatur, in codice 280 f. 10 nacti sumus ac suo loco restituimus. Ff. conplura humore plus minus conspurcata. — Officinarum chartariarum insignia: *a* ascia (in foliis plurimis; cf. Briquet n. 7482), *b* illud quod *A* litteram dicunt (ff. 13. 68. 129 ss., 173–188. 250 s. etc.; Keinz n. 103), *c* scutum bipartitum seu potius valvae pessulo obclusae (ff. 37. 44. 52. 75 etc.; cf. Briquet n. 5481), *d* bucranium (f. 127; cf. Br. n. 14099), *e* atque aliud incertum, fors. litterae *Ecc* (f. 3–7).

IIr monocondylion duplex: ☩ *πάντας ἀνθρώπους ἁμαρτίας υπερβὰς ταλαιπωρος Δαν(ιή)λ* (?) et *Δανιὴλ ὁ ἁμαρτωλός και ξενος ἐπιξενως*, et alia manu *περισικοτίου.* | *σεπένφορω.* | *μελτίολω.* | *εις το πλεμον.* | *σκαμπϊέζα.* 261r summo ✠ *κυριε ἰησου χριστε ελαιησον μ⟨ε⟩ το⟨ν⟩ αμ⟨α⟩ρτολ⟨ον⟩.*

Ir manu saec. XV–XVI *Su(m)ma totius Philosophie sine nomine* (cf. indicem a. 1475 apud Müntz et Fabre 233: « Summa Philosophiae sine nomine auctoris. Ex papiro in rubeo »). III *πίναξ* Allatianus saeculi XVII–XVIII. 1r manu ⟨L. Allatii⟩ ***Est Georgii Pachymerae, ut Colligitur ex cod. 435. Palatino***, hodiedum 407. Ff. Iv. IVv. 140 vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

268 (olim 183). Saec. XI, membran., mm. 238×187, ff. II (add.), 167, linn. 24–26.

⟨**Iohannis Philoponi** in Aristotelis de anima libros commentariorum excerpta amplissima et plerumque ad verbum exscripta, quibus pauca aliunde addita sunt,⟩ in cod. manu saec. XV (et iterum f. Iv manu saec. XVII–XVIII) *ἀπορίαι φυσικαί· κατὰ τὴν τοῦ Ἀριστοτέλους δόξαν, αἱ τῶν προβλημάτων λύσεις ὡς ἐπὶ τὸ πολύ: περὶ ψυχῆς πρῶτον ἀπορίαι*, initio et fine mutila, inc. *τῇ δείξει ταύτῃ· διότι*, des. *ὁ μὲν οὖν Ἀλέξανδρος οὕτω·* (ed. M. Hayduck, comm. in Arist. gr. XV 30, 24–518, 18; et cf. ib. VI. X–XIII).

Liber belle et adcurate scriptus. Notabilia et signa in marg. litteris uncialibus minimis. Additamenta plura saec. fortasse XII. Fasciculi, praeter *ς'* (ff. 25–31), quaterniones; in summo margine primae paginae duplici cruce, in imo vero litteris numeralibus distincti inde a *γ'* (f. 1) ad *κγ'*. Exciderunt ergo fasciculi 1 et 2, quibus inerant cc. 1–7 (f. 2v *γ'*, 5r *θ'*, etc. usque ad *ιδ'* f. 25v). 1r summo adnotatio abrasa *Οὐδεὶς προστρ.χ.ν. ...*

Ir numerus codicis recens. Iv index graecus saec. XVII–XVIII. IIv index latinus saec. XVIII. 1r imo *183. v.* | *268. n.* 1r et 167v sigillum byblioth. Parisiensis. IIr vacuum. In ima facie *Αριστοτέλους* (?).

In tegumenti tabulis, quas reponendas curavimus, abiecta custodia recentiore (temp. scil. Leonis XIII et Ioh. B. Pitra), scuta exstant Pauli V et Sc. Borghese card. byblioth.

269 (olim 187). Saec. XIII, chart., mm. 273×177 (olim 173), ff. III. 365, in duas partes recens dispertitus (pars 2 = ff. 166–365).

1 (f. 1) **Ps. Alexandri** in Aristotelis sophisticos elenchos commentarium (ed. M. Wallies, comm. in Arist. gr. II 3 pp. 1–198), in cod. *ἀποσημειώσεις εἰς τοὺς σοφιστικ⟨ο⟩ὺς ἐλέγχους: ~ τοῦ Ἐφεσίου Μιχαήλ*, quod nomen serius in *τ. Ἀφροδισιέως* inmutatum est (cf. et subple Wallies pp. V–VI. VIII, qui librum nostrum neclexit). Inest Aristotelis textus integer, in ff. tamen 101–102 subpletus ad oram fuit manu saec. XIV. Qua manu tum adiecta plurima scholia breviora et schemata, praesertim ad lemmata, tum subpleta in ff. 73–80 vv. quae uno fasciculo avolso perierant *τῶν δηλουμένων τὸ μὲν — τῶν παρὰ τὴν λέξιν* (ed. laud. 145, 9–159, 24), immo et ss. usque ad *εὗρε: πρὸς δὲ τοὺς* (ib. 160, 11) perperam, fortasse e perturbato exemplo, descripta ante vv. *Τὸ τῆς λέξεως* (f. 77; ed. laud. 153, 2) ac mox cancellata, tum signata textus sequela in ff. 80 ss. perturbatis ac sic reponendis 80. 89–96. 81–88. 97. E scholiis iis recentioribus adferam unum insigne ad p. 98, 12 (f. 48v) *ση. ὡς ἐξηγή(σατο?) καὶ τὴν ῥητορικὴν ὁ Ἐφέσιος, καὶ ἴσως τὴν Ἀριστοτέλους:* unde adparet nomen auctoris in titulo nondum conruptum fuisse. (f. 103) *εἰς τὸ εἰ γὰρ ἦν αὕτη λύσις — ἔστι δὲ ὃ οὔ* (Arist. ed. Bekker 172, 2, 18–20) *τοῦ μὴ εἶναι λύσεις τοὺς τοιούτους λόγους, σημεῖον δίδωσι τὰς τῶν ἑτέρων σοφισμάτων λύσεις. παρειληφὼς ὑπόδειγμα — τὸ ἁπλῶς* (f. 103v) *καὶ τἄλλα τούτου ὡσαύτως. εἴπερ ἦν φησιν αὕτη — τὸ συμβαῖνον ἐστὶ ψεῦδος* (suprema sunt comm. laud. pp. 155, 14–156, 14; priora non invenio).

2 variorum in ethica Nicomachea I. V–X commentaria. [1] (f. 106) **Eustratii Nicaeni** in lib. I, in cod. (f. 105v et iterum f. 106r) *τοῦ κυροῦ Εὐστρ. τοῦ Νικαίας, ἐξήγησις εἰς τὸ α' Ἀρ. ἠθ. Νικ.* (ed. G. Heylbut, comm. in Arist. gr. XX 1–121, qui librum vidit, anni 1493 fecit ac malo suo neclexit: cf. *Mélanges d'archéol. et d'hist.* XXXV 192–202). Lemmata et ipse textus edito pleniora. Verba suprema *ὑπὸ τοῦ λόγου τὰς ὁρμὰς* etc. (ed. laud. 120, 23–121, 7) atque lemmatum particulas in marginibus ff. 153 s., 156v s. subplevit alia manus saec. fortasse XIV. Praecedunt volgaria (f. 105) *ὁρισμοὶ τῆς φιλοσοφίας εἰσὶν, ς' — θεωρητικὸν μὲν οὖν ἐστι τὸ κατανοεῖν τό τε ἀσώματον καὶ ἄϋλον ἤγουν περὶ θεοῦ· ὃ πρώτως καὶ κυρίως* (parum distant a Iohannis Damasceni dialecticae c. 3, M. 94, 533) et scholion *ἦθος ἐστὶ ποιότης ψυχῆς ἀπεσκιρρωμένη καὶ δυσαπόβλητος* (cf. Melet. in Cramer, Anecd. Oxon. III 47, 8). Subsequuntur (f. 156v) vix ab Eustratio discreta *τῶν ἰατρικῶν σοι ἐρωτημάτων ἡ λύσις αὕτη. τὸ τοῦ σπληνὸς σῶμα — εἰς τὴν τῶν λυπησάντων διάγνωσιν ἅπασι τοῖς λοιποῖς*, quibus manus posterior in marg. titulum adiecit

λύσεις τινῶν ἰατρικῶν ἐρωτήσεων: bis saltem adfertur Aristoteles. [2] (f. 157^{v}) **Michahelis Ephesii** in lib. V, in cod. *'Αριστ. ἠθικῶν νικομαχείων ε'. σχόλ. τοῦ 'Εφεσίου* (ed. Hayduck, comm. laud. XXII 3 pp. 1-122; cf. ib. p. VII et quae animadverti in *Mél.* l. c.). Sequuntur (f. 184^{v}) ⟨**Alexandri Aphrodisiensis** quaestionum moralium⟩ capita 3. 30. 10 (ed. I. Bruns, comm. laud. II 2 p. 121, 14 ss., 161-163, 130 s.; cf. ib. XXVI). [3] (f. 185) **Eustratii** in lib. VI, in cod. *τοῦ Νικαίας σχόλια εἰς τὸ ζ'* (in ras.) *τῶν ἠθ. Νικ. τοῦ 'Αριστ.* (comm. laud. XX 256-406). [4] (f. 243) anonymi in lib. VII (ib. 407-460), in cod. *σχόλ. εἰς τὸ ἦτα,* quibus manus serior add. *οἶμαι ἡ ἐξήγησις αὕτη τοῦ Φιλοπόνου ἔστιν.* [5] (f. 265) **Aspasii** in lib. VIII (comm. laud. XIX 158-186), eodem ordine ac in codice *N* (cf. et corrige Heylbut, ib. p. VI-VII). [6] (f. 280^{v}) **Michahelis Ephesii** in lib. IX, in cod. *...εἰς τὸ θ'* (al. m. *ἰῶτα*)..., mutil., nam f. uno post 304, altero post 310, duobus post 317 deperditis, exciderunt vv. *διήκουσιν, ὅταν — δῆμος καὶ ἐν τοῖς, κατ' ἀρετὴν — ἀγαθὸν καὶ ἡδύ, (ἀπομάτ)τονται γὰρ — ἡ βλαβερά· εὐ(θὺς* ex lib. s.; comm. laud. XX 502, 24-504, 12; 514, 33-516, 20; 528, 27-532, 19). [7] (f. 318) eiusdem **Michahelis** in lib. X, inde a vv. *(εὐ)θὺς ἐπὶ τῆς ἡδονῆς* (ed. laud. 532, 19-620), at manuum aliarum sunt ff. 328^{v} ss. ac vv. *(οὐ)δὲ γίνεσθαι* ss. (ed. laud. 553, 12); insuper vv. (f. 324) *ἥδεσθαι μεταβάλλει — ἐν ὑπαίθρω,* (ff. 331-332) *λυπηρόν — τέρπει καινὰ ὄντα* et (ff. 356-360) *λέξεως· τὸ ἦ εἶπερ* usque ad finem (ed. laud. 605, 13-620) subpleta sunt, ab eo, ut videtur, qui reddens codicem a se perfectum, f. 360^{r} imo scripsit *λάβε ἤδη τὸ σὸν τελειότερον, ἤπερ ἡμεῖς· καὶ γάρ μοι ἐδόθη σὺν τόκω τὸ χρέος, ἤπερ ἠλ... | τελεώτατον. ταῖς οὖν ἐντεύξεσι σαῖς, πρὸς τὸν τελεστὴν ἢ καὶ συντελεστὴν τῶν καλῶν θεὸν, μὴ ἐπιλάθης ἡμῶν τιμιώτ⟨ατε⟩ δέσ⟨ποτα⟩.* Conclusio ab editis discrepans ac probe notanda *ὧδε μὲν οὖν τέλος ἐχέτω, καὶ αἱ εἰς τὸ κάππα σχολαὶ καὶ αὐτὸ τὸ κάππα. ταῦτα μὲν ἐμοὶ Μιχαὴλ τῷ 'Εφεσίω, καὶ οὕτως. εἰ δέ τις ἄλλος ἔχει κάλλιον λέγειν, οὗτος οὐκ ἐχθρὸς, ἀλλ' ὁ πανάριστος τῶν ἐμοὶ φίλων ἔστι:* ~ qua cancellata, idem ille qui ff. 101-102. 153 s., 156^{v} s. particulas sive lemmatum sive commentariorum subplevit, longiorem aliam nec tamen editis plane aequalem adscripsit *οὕτω τὸ τέλος ἐν τοῖς...* (nescio utrum *μι*^{χ} an *ἄλλοις* vel sim.). *ὧδε μὲν οὖν τέλος ἐχέτωσαν καὶ εἰς τὸ* (vacuum) *σχολαὶ. καὶ αὐτὸ τὸ κάππα, κατὰ δύναμιν ἡμετέραν. εἰ δέ τις ἔχοι εἰπεῖν κρείττω τὲ καὶ καλλίονα, κατασπάζομαι. καὶ εἴη ἂν ὦ δέσποτα τῆς σοφίας χορηγέ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἄφατον φιλανθρωπίαν ὑπὲρ ἡμῶν. καὶ τὰ μὲν ἐμὰ ἔστωσαν Ἡφαίστω τροφή· τὰ δ' ἐκείνου ἐσαεὶ. ψυχαῖς φιλοκάλοις καὶ θεοειδεστάτοις. καὶ λόγον μόνον ζητούσαις* (v. *Mélang.* XXXV 196).

3 (f. 360^{v} subplentis manu scr.) **Theocriti** syrinx ⟨ex editione Manuelis Holoboli⟩, nam illam praecedit huius epigramma *ἤχημα Μουσῶν,* subsequitur alterum eiusdem *σύριζε τήνδε τὴν συ....* (fines versuum perierunt), ab utroque latere in denis rectangulis declarantur metri (hac ratione: sinistrorsum *τὸ α' τρίστιχον ἑξάμετρον ἀκατάληκτον μετρούμενον ὡς οἱ ἡρωϊκοί,* dextrorsum *ἀκατάληκτοι οὗτοι οἱ τ⟨ρεῖς⟩ καταλήξεως μὴ δεόμενοι*), atque inter lineas difficiliora verba obviis totidem redduntur (scholia in Theocritum, ed. Fr. Dübner, Parisiis 1849, p. 109. 111-113; cf. Wendel in *Byz. Zeitschr.* XVI 460-467). Versus punctis spatiisve interiectis scanduntur; sic, ex. gr., v. 1 *σύριγξ. οὔνομ' ἔ. χεις ἄ. δει δέ σε. μέτρα σο. φίας.*

III^{r} manu saec. XIV indiculus codicum octo, quos accepit Andronicus Phacrasis: † *κ⟨ατὰ⟩ τὴν κα' τοῦ ἰαννουαρίου μηνὸς τῆς ια'* (add. sup. lin.) *ἰνδ. ⟨ἀ⟩πῆρεν ὁ κυρ. Ἀνδρόνικος ὁ Φακρασῆς· Θεολόγον βέμβρανον· κεφάλαια τοῦ ἁγίου Ἀναστασίου βέμβρανον καὶ αὐτὸ: ἐπιστολὰς Κυπρίου τοῦ πατριάρχου βαμβίκινον· Ἀριστοτελικὸν βιβλίον βαμβίκινον: ἐπιστολὰς τοῦ ἁγίου Παύλου ἐξηγημένας παρὰ τοῦ Βουλγαρίας βαμβίκινον: ἐπιστολὰς τοῦ Χρυσοστόμου πρὸς Ὀλυμπιάδα βαμβίκινον: βιβλίον μικρὸν τοῦ Συρὰχ. βέμβρανον: ἕτερον βιβλίον βαμβίκινον ἐπιστολὰς Ἀντιόχου πρὸς Σάββαν.* † *ὁμοῦ τὰ ἀπῆρεν βιβλία ὀκτὼ:* †

Constat fasciculis sex et quadraginta, quaternionibus praeter ultimum ff. quinque, antepaenultimum ff. septem, atque mutilos illos *λη'-μα'*, re ipsa 39-42 (ff. 305-332), e quibus *λθ'* caret f. ultimo, *λη'* et *μ'* primo et ultimo, atque *μα'*, olim et ipse ff. primo et ultimo mutilus, subpletus est in principio f. uno, in fine vero chartulis duabus (ff. 331. 332) per se stantibus. Fasciculi *ι'* (ex chartis insigne fructus inter duo folia ferentibus; cf. Briquet n. 7345 s.) et ultimus, nec non ff. 324. 331. 332 subpleta. Adsunt notae: *a* primigeniae in summo primae paginae margine sinistrorsum, quandoque et in imo postremae dextrorsum (ff. 8^{v}. 112^{v}. 120^{v}), eaedemque in duas series distributae, quarum altera (*α'-λβ'*, sed numeri *λα'* et *λβ'* ex emendatione sunt) a f. 105 initium ducit; *b* seriores ab *α'* ad *με'*, in summo primae paginae margine dextrorsum atque in imo postremae sinistrorsum, inscriptae post iacturam ff. plurium (cf. ex. g. ff. 305. 310^{v}. 323^{v}) et ante quat. *ι'* restitutionem; quo subpleto ac solis notis *ι'-ιβ'* emendatis factum est ut *ιγ'* bis occurrat (ff. 97^{r} imo, 105) et insequentes notae iusto numero minores uno sint. Praeterea fasciculi 11-12 iam a saeculo XIV loco suo deturbati; quod monuit suis locis restitutor, ex. gr. (f. 81^{r}) *ταῦτα συνάπτεται ἀκολούθως μετὰ τὸ τέλος τῶν ἀπὸ τοῦδε ις' φύλλων,* (f. 88^{v}) *ζήτει τὰ ἀκόλουθα, μετὰ φύλλα ὀκτώ, ἐν σημείῳ* ⊕ (f. 89^{r}) *οἷς συνάπτεται τὰ ἐντεῦθεν πρὸ φύλλων ὀκτὼ· ταῦτα δέ εἰσι τὰ νεόγραφα· μεθ' ἃ τάδε* (ac similiter ff. 96^{v}. 97^{r}; f. 72^{v} vero *ζήτει τετράδ.*). 104^{r} summo *ϙδ'*, quem suspicor esse numerum veterem ff. primae partis. Scriptura vel mediis in paginis repente variat (ff. 12^{r}. 267^{r}. 281. 328^{v}. 343 etc.). Sunt adnotationes variae tum ipsorum librariorum tum aliorum, quandoque adprobantium et admirantium (ex. gr. f. 281 *τοῦτο εἴρηται εὐσεβῶς τῷ ἐξηγητῇ* etc.; 301^{v} *βαθυτάτη λίαν ἡ ἐπιβολὴ αὕτη τῆς ἐξηγήσεως ὡς στοχαζομένη τῆς διανοίας τοῦ βαθυγνώμονος καὶ δαιμονίου Ἀριστοτέλους.* F. 92^{v} lacuna trium paene versuum, 153^{v}. 182^{r} lacunae minores. 96^{v} imo

notula intercisa manus saec. circ. XIV *βιβλίον ἀπ...* 309^{v} imo notula alia recentior, cuius initium legi *μηνὶ νοεμβρ'. ἰνδ. ζ' .. λ. .. βο..* 264^{v} et 272^{v} conscribillationes nullius momenti. 361^{r} nova charta contecto subest figura geometrica. 361^{v} *Die 23. Iulii. 1493.* | *R(estitutus,* ni fallor) *a d(omi)no Io. Veneto* (scilicet Laurentio, de quo cf. P. De Nolhac, *Mélanges d'archéol. et d'histoire* VIII 3 ss.): quod Heylbut tempus descripti codicis putavit. I. II addita. I^{r} in parmula membranea adglutinata indiculus saeculo XVI medio posterior *Alexander in lib. Arist.* | *de elenchis et alia aliorum.* | *.187.,* atque manu recentissima *269. Vat. gr. P. 1^{a}.* II^{r} *πίναξ* Allatianus manu saec. XVII-XVIII, quem emendavit subplevitque *H. Amatius.* III^{r} imo, manu saec. XVII inc., *187. v.* | *269. u.* 1^{r} summo *7^{m}*, ut videtur. I^{v}. II^{v}. III^{v}. 104^{v} vacua.

Libri male habiti, praesertim in principio et in fine, glutinator recens conpagines omnes dissolvit, foliorum paria scidit, folia singula laciniis chartaceis adglutinavit, quaedam (III^{v}. 1^{r}. 333. 355. 361^{r}) chartis, quandoque pellucidis, contexit, margines plures et particulas alias similiter resarsit, atque duos libros ex uno fecit.

De codice cf. comm. in Arist. gr. II 3 p. VI; XX p. VIII et XXII 3 p. VII, et *Mél.* XXXV 192 ss.

In dorsis stemmata Pii X et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

270 (olim 186). Saec. XIII-XIV, chart., mm. 250 × 170 c., ff. II (add.), 220, lin. 29-30.

1 Alexandri Aphrodisiensis commentarii in Aristotelis t o p i c o r u m (ed. M. Wallies, comm. in Arist. gr. II 2 pp. 1-591, et cf. ib. XI. XX ss.) (f. 1) lib. I, mutilus; exciderunt enim, foliis quattuor deperditis, *a* initium usque ad vv. *ὅτι οὐκ ἀθάνατος* (p. 3, 15), quae subplevit manus saec. XVI sub titulo nunc interciso *⟨'Αλεξ. 'Αφροδ. ὑπόμνημα εἰς τὴν τῶν⟩ τοπικῶν τ⟨οῦ⟩ 'Αριστ. πραγματείαν,* *b* post f. 19 vv. *καὶ αἱ πρὸς — οὔτε παντί* (pp. 36, 17-38, 15), *c* post f. 32 vv. *ἔστι δὲ καὶ — τὸ πρόβλημα* (pp. 64, 10-66, 9), *d* ante f. 52 vv. *Σκοπεῖν δὲ — ἑκατέρου αὐτῶν* (pp. 107, 12-109, 9); — (f. 59^{v}) lib. II; — (f. 104) lib. III usque ad vv. (p. 285, 16) *ἀορίστως τιθέμεν⟨α⟩*, nempe ff. octo post 134 deperditis; — (f. 135) lib. IV inde a vv. *γενῶν μετέχει* (p. 303, 3-4); — (f. 165^{v}) lib. V, in cod. *'Αλεξ. 'Αφρ. εἰς τὸ πέμπτον τῶν τόπων 'Αρ. Πῶς πρὸς τὸ ἴδιον — διαφορά. 'Αποδίδοται* (omisso prohoemio), ex recensione breviore des. *ἐν αὐτῷ φυλάσσει* (p. 418, 4), de qua vide adparatum Wallisii: exciderunt, ff. duobus post 170 deperditis, vv. *δέ. Δεύτερον δὲ — ἴδιον εἶναι* (pp. 408, 3-414, 17) vel ea quae verbis hisce respondebant; — (f. 173) lib. VI in cod. ut supra, *'Αλ. 'Αφρ. σχόλ. εἰς τὸ ἕκτον τῶν τοπικῶν βιβλιων 'Αριστ.,* inc. *Εἰσὶ γάρ τινα ὧν* (cf. not. ad p. 421, 13), des. *μᾶλλον ἂν εὐπορήσωμεν. τέλος τοῦ ἕκτου βιβλίου τῶν τόπων:* in quo libro verbis Aristotelis ut plurimum *εἰς τὸ ῥητόν* (f. 177^{v} ... *τοῦ ἑξηκοστοῦ τόπου*) superscriptum est; — (f. 191) lib. VII, in cod. *'Αλ. 'Αφρ. σχόλ. εἰς τὸ ἕβδομον τῶν τόπων* (non *τοπικῶν*) *'Αρ.,* des. *παραδέδωκε τόπους* (p. 516, 26). *τέλος τοῦ ἑβδόμου*

βιβλίου τῆς 'Αλ. 'Αφρ. ἐξηγήσεως εἰς τὸ ἕβδομον etc. ut supra; — (f. 197) lib. VIII, inscript. ut supra, decurtat. inc. *Αἱ μὲν οὖν παρὰ ταύτας* (cf. adnot. p. 521, 25), subscript. *τέλος σὺν θεῷ τοῦ ὀγδόου βιβλίου τῶν 'Αλ. 'Αφρ. ἐξηγήσεων εἰς τὰ τοπικὰ 'Αρ.*

2 (f. 215) in lib. VIII topicorum scholia initio mutila, vel partim ex A l e x a n d r o excerpta (cf. Wallies pp. XX-XXI), inc. *ἤγουν τοῦ ἀποδεικτικοῦ: ∼ ἐὰν ἀληθῆ μὲν ᾖ* (Arist. p. 151, 2, 11), des. *εἴσεται τὸ ὑπάρχειν* (cf. Wallies p. 591, 5)· *ταῦτα οὖν ἔχειν παρεσκευασμένα διδάσκει: ∼* atque iterum (f. 220^{v}) *σχόλια εἰς τὸ ὄγδοον τῶν τόπων 'Αριστοτέλους. Διὰ τοῦ* (ita) *σύνεγγυς εἶναι τοῦ ἐξ ἀρχῆς* (Arist. p. 151, 2, 13). *σύνεγγυς τουτέστι μὴ χρήζοντα,* quae des. vel potius deficiunt in vv. *χρήσιμον δὲ καὶ τὸ ἐπιλέγειν ὅτι σύνηθες* (Arist. p. 152, 2, 20): ∼ *οὐχὶ σύνηθες — ὑπάρχειν μείζονα* (Wallies p. XXI). Quae veluti subplementa eiusdem omnino sunt scripturae ac reliquus codex.

3 (f. 214^{v}) *Εὐχαριστ(ήριον* vel sim.) *Παύλου μοναχοῦ* hexametris 8 constans, inc. *σοὶ χάρις ὑψιθόωκε ἄναξ θεὲ κοίρανε πάντων,* des. *πᾶσαν ἐς ἐργασίην* (*η* ex *α*) *ἀγαθήν μοι κάρτος ὀπάζων* (Wallies p. XIX), pro scriptione bene absoluta (v. 5 *οὕνεκα τόνδε ἄεθλον εὐγραφίης περατῶσαι*).

Praestantem hunc codicem diligenter exaravit Paulus quidam monachus, cui perperam fecit nomen *Εὐχάριστος* M. Vogel *Die griechischen Schreiber des Mittelalters* 377. In marginibus additiones, notabilia atque in libris II-IV locorum numeri ab ipsa prima manu; in ff. autem 197-201 emendationes aliquot manu saec. XVI. Fasciculi a Paulo signati fuerant in imo margine paginae postremae interius, sed vix unum numerum observavi f. 188^{v}, *κε'* ut videtur. Ceterae notae graecae in mediis paginarum imarum primae et ultimae marginibus paullo sunt recentiores ac fortasse libro iam mutilo inscriptae (cf., ex. gr., ff. 33. 196^{v}). Notae demum latinae *a 1 a 2* etc., *B 1-B 4* saec. XV eumdem iam mutilum ac perturbatum, qualis fere huc usque fuit, produnt. Nam ff., quae nuper, cum resarcire codicem marcescentem oportuit, in pristinum ordinem revocata novisque numeris distincta sunt, iuxta veterem subputationem ita reponenda erant: 2 (subpl.), 1. 3 (vacuum), 4-10. 12-19. (f. unum excidit), 20-32. (f. unum exc.), 33-51. 11. (f. unum exc.), 52-78. 95-102. 79-94. 103-134. (ff. octo excidd.), 135-159. 161. 160. 162. 163. 165. 164. 166-170. (ff. duo exc.), 171-174. 183-186. 179-182. 175-178. 187-214. (f. unum vel plura exc.), 215-220. (f. unum vel plura exc.). Fasciculi quaterniones videntur fuisse, e quibus uno folio carent 1 (saec. XVI subpl.), *γ'. δ'. ζ'*, duobus *κγ'* et (ni fallor) 29 idemque ultimus, totus periit 18. Folia plurima maculata, madore confecta, blattis exesa: ad haec margines exterior f. 203, imae ff. 52-54. 196 resectae fuerant. Quae damna laciniis chartaceis adglutinatis resarta utcumque sunt. Plures manus conspurcaverunt margines conscribillationibus graecis (ff. 10^{r}. 18^{v}. 19^{r}. 40. 114^{v} etc.; 190^{v} an et arabicis?) atque delineationibus rudioribus (ff. 32^{v}. 50^{r}. 110^{v}. 195^{v}. 196^{v}). 143^{r} signum crucis circulo inclusum, $\overline{\epsilon}$ supra et infra brachia habens. 19^{r} imo slavica haece, quae legit et vertit Alexander Belić v. cl. philologiae slavicae in r. Belgradensi univer-

sitate professor: **ДА ПУЩА ҮР МН : ДО ТЕБЕ БРАТЕ МОН :** (i. e. *si laissait mon roi: jusqu'à toi, mon frère*). 112v *καλ :· Νικιφορου: γεοργ. ηου Θεοδουλιου καλι ... ου | γηανι: μαρια: γηανι(νη* add. sup.)... 214v summo *'Ηλίας*, post mediam paginam slavica ✝ **П ѾТОПОПА СЛОВѼ Д НВСКЫ ДНМІТРЪ : | ПНСА : АЛЕѮСНС** (h. e. eodem interprete *La leçon de l'archiprêtre Démétrius faisant des miracles* [*ou géant*] *écrit: Alexis*), dein graeca *αδελφυ ευχεσθαι υπερ τον ψηχον* etc., dein alia manu *τω πανηαιρῶτάτο· και αγηωτάτο ε|μῶν πατρὶ τω καθιγουμαίνο τῆς αγίας και σεβάσμιος μωνοις του αγίου Παντελαὶοίμονωσ*, denique *Ἀθλητα Γαιωργαιι το ἄστρον το τείμιων δηα σου* etc. IIr *πίναξ* Allatianus manu saec. XVII-XVIII. 2r summo manu saec. XV ex. *Alex' amphrod. | in thopic.* I. IIIv. 3 (add.) vacua. Nuperrime ff. universa velo serico munita, nova in locum deperditorum subfecta, eaque omnia numeris novis (1-232) plumbo signata, quos in recensione secutus non sum.

In dorso stemmata Gregorii XVI et A. Lambruschini card. byblioth.

271 (olim 185). Saec. XVI, chart., mm. 286×205, ff. I (add.), 147, linn. 30.

1 (f. 1) **Alexandri Aphrodisiensis** in Aristotelis lib. de sensu (ed. Wendland, comm. in Arist. gr. III 1 pp. 1-173; cf. p. x).

2 (f. 66) **Michahelis Ephesii** [1] in lib. de memoria et reminiscentia, in cod. rubr. *περὶ μνήμης κ. ἀναμν.* (et sic in ss.) atque atram. in extremo versu praeced. *Μιχαὴλ ἐφεσίου*, — [2] (f. 84) de somno et vigilia, atque [3] (f. 92, lin. 7), sine ulla distinctione, de somniis, — [4] (f. 99v) de vaticinatione per somnum (libri titulus est in summo margine ff.r), des. *καὶ τὸ παρὸν βιβλίον* (ed. Wendland, comm. laud. XXII 1 pp. 1-86), — [5] (f. 104) de animalium motione, des. *δύνασθαι κινῆσαι* (ed. Hayduck, comm. laud. XXII 2 pp. 103-131, 4), — [6] (f. 116v) de longitudine et brevitate vitae, des. *ὃ εὑρήσεις ἐν ἄλλοις*, — [7] (f. 121v) de senectute etc., in cod. *περὶ γήρως καὶ νεότητος καὶ ἀναπνοῆς*, usque ad vv. *σαφῶς ἀπαγγέλλει* (Wendland 81-127, 19, omnino ut in cod. *R*).

3 (f. 135) **Procli** physicae institutionis lib. I, in cod. *Πρ. στοιχείωσις φυσική. Συνεχῆ* etc., et (f. 139) lib. II sine titulo, sed solo *Πρόκλου* nomine margini alia manu adscripto (ed. A. Ritzenfeld, Lipsiae 1912). Omissa sunt lemmata non nulla.

Constat fasciculis 15, quinionibus praeter *η'* quaternionem, qui distincti sunt in imo primae paginae margine notis graecis sinistrorsum, arabicis dextrorsum, atque in fine verbis fasciculi sequentis initialibus. Postremi quinionis supremum f. excisum fuit. Officinae chartariae insigne galerus praelaticius (cf. Briquet n. 3387). Inscriptiones et litterae maiores rubrae. Ff. 1-134 paginae anteriori summae dextrorsum additus est titulus libri descripti. Lacunae minores aliquot patent. 1r *πίναξ* Allatianus manu saec. XVII-XVIII atque, in scidula membranea adglutinata, indiculus saeculo XVI medio vix recentior *Alexander in lib. de sensu | et sensibili et alia eiusde(m) et alior(um). | .185.* Iv. 144v. 145-147 vacua. Fasciculus primus ac praesertim paenultimus et ultimus blattis exesi.

In tabulis quas reposuimus, abiecta custodia recentiore (aetatis scil. Pii IX et Ioh. B. Pitra), scuta exstant Pauli V et Sc. Borghese card. byblioth.

272 (olim 1109). Saec. XVI med., chart., mm. 302×223, ff. III. 221, linn. 29.

Paraphrasis in Aristotelis ethica Nicomachea, volgata sub nomine tum Andronici Rhodii tum Heliodori (comm. in Arist. gr. XIX 2 pp. 1-223), in cod. (f. 6) *'Ολυμπιοδώρου φιλοσόφου, παράφρασις εἰς τὰ τοῦ 'Αριστ. ἠθικά, βιβλία δέκα.* (f. 1) *πίναξ τοῦ παρόντος βιβλίου*, i. e. tabula capitum totius operis, in qua tamen aeque ac in ipso textu locis suis desiderantur lemmata cc. 9-18 libri VIII (*λείπει ἐνταῦθα ὁ πίναξ*), 2-12 libri IX, 5. 6. 8-11 libri X (cf. Heylbut, comm. laud. p. vi). (f. 6) lib. I (sub inscript. iam adlata ac praeter eam sub propria quae repetitur in ss. libris *'Αριστ. ἠθικῶν Νικομαχείων βιβλίον α'.* C. 1 inscrib. *ὅτι πάσης πράξεως καὶ κινήσεως ἐστὶν τέλος*. Post c. 8 *ἡ τῶν ἀγαθῶν...* et *ἡ τῶν κακῶν συστοιχία* sive tabulae bonorum et malorum additae sunt ut in cod. *B*, p. 10, 3 not. Subscriptio *'Αριστ. ἠθ. Νικ. βιβλίου πρώτου τέλος*, et sic in libb. II-IX); — (f. 26v) lib. II (subscrib. *τέλος τοῦ δευτέρου βιβλίου*); — (f. 39) lib. III; — (f. 58v) lib. IV; — (f. 77) lib. V; — (f. 101v) lib. VI (cc. 7 et 8 unum efficiunt, qua de re cc. sequentia numerum uno minorem habent, ut in cod. *D*; cf. p. 121, 16 not.); — (f. 121v) lib. VII, in cod. ... *βιβλ. ζ'* (et ita porro *η'-ι'*. Ad initia cc. 18-20 adsunt lemmata marg. quae in ed. non adparent); — (f. 147v) lib. VIII (desunt tituli cc. 9-18); — (f. 168) lib. IX ... *περὶ φιλίας* (desunt tituli cc.); — (f. 187v) lib. X (desunt tituli cc. 5. 6. 8-11: qui vero adsunt differunt ab ed.; cf. Heylbut p. vi). Subscriptio *τέλος τῶν τοῦ 'Αριστ. ἠθ. Νικ. βιβλίων δέκα.* Sunt aliquot emblemata, quae ab ed. absunt.

Constat fasciculis 27 iisque (praeter ultimum quattuor foliorum) quaternionibus, qui distinguuntur in fine litteris fasciculi sequentis primis. Chartarum insignia: *a* cervus erectus in scuto crucigero (ff. 1-103; cf. Briquet n. 3338), *b* lilium circulo inscriptum (ff. 104-125. 177-210; cf. Br. n. 7107), *c* ancora circulo inclusa (ff. 128-173). Scriptura diligens neque inelegans, fortasse Emmanuelis Provatarii, atque eiusdem manus quae fragmentum paraphrasis eiusdem in cod. Vat. graec. 1902 ff. 25-34 exaravit. Inscriptiones, litterae maiores et plerique ornatus rubri.

I. II (ex chartis Fabriani nomen et insignia praeferentibus) addita. Ir codicis index latinus saec. XVIII. Iv. II. III. 5v. 210. 211 vacua.

1r et 209v imis sigillum bybliothecae Nationalis Parisiensis.

In dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. byblioth.

273. Saec. XVI med., chart., mm. 354×245, ff. 185, linn. 29.

Paraphrasis in Aristotelis ethica Nicomachea, Olympiodoro philosopho, omnino ut in cod. 272, adscriptae (f. 1) lib. I (in cod. *βιβλίον πρῶτον κεφ. α' ὅτι πάσης* etc., atque post c. 8 idem additamentum ut in cod. 272. Subscriptio *Τέλος τοῦ πρώτου βιβ. 'Αριστ. ἠθ.*, et sic in lib. II); —

(f. 19ᵛ) lib. II; — (f. 31) lib. III; — (f. 48) lib. IV; — (f. 64) lib. V; — (f. 85) lib. VI (cc. 7-8 iunguntur etc., ut in cod. 272); — (f. 102ᵛ) lib. VII (ad cc. 18-20 eadem additamenta atque in cod. 272); — (f. 126) lib. VIII; — (f. 145ᵛ) lib. IX; — (f. 164ᵛ) lib. X. Subscr. *Ἀριστ. ἠθ. Νικ. βιβλίων δέκα τέλος*. Inscriptiones libb. II-X *Ἀριστ. ἠθ. Νικ. βιβλ. δεύτερον... ζ'... ι'.* Libri III-IX subscriptione carent. Capitum argumenta nulla post lib. VIII, 6, praeterquam in lib. X 1. 7. Emblemata aliquot quae in ed. desunt.

Constat quaternionibus duobus et triginta folioque singulari (184). Notae in imo primae paginae margine exterius adpictae, perierunt fere omnes; eas atque numeros foliorum antiquos glutinator excidit. Tituli et litterae maximae rubrae. Officinarum chartariarum insignia duo: *a* corona cui stella sex radiorum inminet (ff. 2-72, atque in pluribus e ff. sequentibus; Briquet n. 4832 s.), *b* scutum littera *M* distinctum, cui inminet stella sex radiorum (ff. 77. 84. 87 etc.; cf. Br. n. 8390-2). Nota vetus in indice breviore D. Rainaldi est *191*, sed perperam, nam eodem Rainaldo monente " questo nᵒ. non responde all'indice nè questo è Olimpiodoro ", verum Pselli codex nunc 316. In indice Friderici et Marini ff. Rainaldi qui erat *1110* signatus est *273*.

In dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. byblioth.

274 (olim 1059). Saec. XVI med., chart., mm. 309×212, ff. I. 192, linn. 26 (25 in ff. 175-191).

1 (f. 1) **Olympiodori** scholia in Platonis Gorgiam, in cod. *Σχόλια σὺν θεῷ εἰς τὸν τοῦ Πλάτωνος Γοργίαν ἀπὸ φωνῆς Ὀλυμπιοδώρου τοῦ μεγάλου φιλοσόφου*, inc. *Πολέμου καὶ μάχης... Ἰστέον ὅτι ὁ διάλογος περιέχει διαλεγόμενα*, des. *καὶ ἐνταῦθα κακεῖ ἔχομεν εὖ βιοῦν* (ed. A. Iahn in Klotzii *Archiv für Philol. u. Pädagogik* t. XIV, quo caremus). Alterius librarii sunt praxes *κε'-μθ'*, quas prior *κδ'-μη'* male effecit, eo quod ipse *ιδ'* bis scripsit atque numerum uno minorem sequentibus *ιε'-κδ'* indidit. Adiecta sunt marginibus emblemata, scholia non nulla, et alia notabilia, v. gr. f. 1ᵛ epigramma *Ὀλύμπιον δώρημα πεμφθεὶς τῷ βίῳ· χρυσῆν Ἀλεξάνδρειαν ἔσχες πατρίδα* (Morelli, Biblioth. manuscripta 119), f. 9 *κόμμι λέγεται τὸ τὸ* (sic) *ἐκ τῶν δένδρων — κομμωτική* (schol. in Platonis rem publ. II p. 373, Hermann VI 336); f. 11 *τὸ ἐπίγραμμα Γράψε Πολύγνωθος Θάσιος...* (anthol. Palat. IX 700; scholia in Platonem ed. Hermann 298).

2 (f. 143) **Iohannis Pediasimi** geometria (ed. G. Friedlein, *Die Geometrie des Ped.*, Ansbach Progr. 1866). A superscriptione abest v. *γεωμετρία*.

3 (f. 175) ⟨**Michahelis Pselli**⟩ de daemonum operatione, in cod. *Τὸ* (sic) *περὶ ἐνεργείας δαιμόνων λόγος Τιμοθέου καὶ Θρακὸς· καὶ κατὰ Μάνεντος* (M. 122, 820-876).

Constat fasciculis 26, qui distincti sunt in fine verbis fasciculi sequentis initialibus adscriptis. Fasc. 8. 13. 14. 25 terniones, 9 et 26 biniones, ceteri quaterniones. 1-9. 20-29 exaravit librarius unus, ceteros alter (ff. 67-142). Ille in ff. 1-66. 175-192 notabilia rubro pingere solet, hic nigro. Inscriptiones et litterae maiores rubrae. Officinae chartariae insigne, ancora circulo inscripta, super ea stella sex radiorum atque litterae *AP* (cf. Briquet n. 529). Iʳ *πίναξ* Allatianus manu saec. XVII-XVIII. Iᵛ. 174ᵛ. 192ᵛ vacua.

In dorso, quod integumento saec. fortasse XVIII adsutum est, stemmata Pii IX et A. Mai card. byblioth.

275 (olim 166). An. 1538 (f. 160), chart., mm. 319×220, ff. 94, linn. 40.

⟨**Olympiodori** philosophi commentaria⟩ **1** (f. 5) ⟨in Platonis Phaedonem⟩. In codice sectiones *B* sunt *σγ'*, atque inde a *ρμε'* numerum uno minorem ferunt (cf. ed. W. Norvin, Lipsiae 1913, p. 115 n.). Sic etiam in fine *C*ɪɪ numerantur sectiones *σθ'* (ed. *σιβ'*), eo quod sectiones *ρνβ'* et *ροθ'* cum praecedentibus coniunctae fuerunt et *ρϙβ'* praetermissa. E contra in *C*ɪɪɪ sectiones sunt *ρα'* (ed. *ϙζ'*), partitis quidem in duas *λε' μγ' νς' νθ'* et *ϙς'*, coniunctis vero *ξ'* et *ξα'*. Item sunt in *D ρνγ'* (ed. *ρνζ'*). In ipso contextu emblemata plurima, quae Norvin in adparatum coniecit. **2** (f. 73) ⟨in Philebum⟩, inc. *⟨ὅ⟩τι περὶ ἡδονῆς ὁ σκοπός φασιν*, des. *ὡς καὶ ἐν τῷ τοῦ διαλόγου σκοπῷ διορίζεται* (ed. Stallbaum, Lipsiae 1826, caremus). Sectiones sunt ⟨*σνς'*⟩.

Subscript. *Hoc opus ad huius Bib(liothe)cę Pal(ati)nę usu(m), Ego Io. Honori(us) à Mallia oppido Hydru(n)tinæ Dioc. ortus libror. Gręcor. Instaurator sic exscribebam. An(n)o D(omi)ni M. D. XXXVIII. Paulo. III. Pont. max.* Tituli, litterae maiores, emblemata, numeri in marginibus, rubra. Scriptura perelegans. Operum inscriptiones finxerunt Allatius in solito *πίν.* (f. 4ʳ manu saec. XVII-XVIII: *Ὀλυμπιοδώρου εἰς τὸν τοῦ Πλάτωνος Φαίδωνα σχόλια. φύλλ. 1.* | *Εἰς τὸν Φίληβον μετὰ τὸ φυλλ. 143*) ac latine ⟨A. L. Zaccagnius⟩ f. 5ʳ summo *Olympiodorus in Platonis Phaedonem*, f. 73ʳ *Olympiodori scholia in Philebum. Vide cod. 1106. fol. 160.* F. 5ʳ cum ⟨L. Holstenius⟩ adnotasset *principiu(m) huius operis vide in c 1106 p 262*, ⟨Zaccagnius⟩ recte subdidit: *Nullum ibi adest huius operis principiu(m) imo uidetur codex iste ex illo descriptus esse Vide f. 189.* Fasciculi nullam notam atque distinctionem exhibent. Paginas commentarii prioris numeris 9-143, posterioris numeris 1-31 signavit Honorius ipse. Officinarum chartariarum insignia: sagittae duae decussatae quibus superstat stella sex radiorum (passim; cf. Briquet n. 6298 ss.); ancora circulo inclusa ac super circulum stella sex radiorum (ff. 20. 25-66; cf. Br. n. 588). Ff. 1-3. 4ᵛ. 72ᵛ. 88ᵛ-94 vacua. Latus exterius et margo inferior madore tacta. Facies summa dextra ima aureae signatae a glutinatore saec. XVI. Tabulae posterioris integumenti. Dorsum recentius.

In dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. byblioth.

276 (olim 1046). Saec. XII, membran., mm. 395×277, ff. II. 209, linn. 40.

Hippocratis qui feruntur tractatus plurimi et epistulae una et viginti. Praecedit (f. 1r) index *τάδε ἔνεστιν Ἱπποκράτους* (*Œuvres complètes d'Hippocrate par E. Littré,* Paris 1839-1861, X p. LIX ss.; Hippocratis opera rec. H. Kuehlewein, Lipsiae 1895, I p. XV s.), opera *ξβ'* conprehendens, e quibus libros duodeviginti *κδ'-μα'* signatos ac duodecim alios codex noster alioquin integer non habet, alios decem alio praebet ordine (cf. I. Ilberg ap. Kuehl. I XVII atque in Museo Rhenano XLII 444 s.). Subiectum est monogramma ex litteris *Θεοδωρου αχ* (*μοναχοῦ,* fortasse librarii) ad instar crucis conpositis. [1] (f. 1) *α'* iusiurandum, inc. *'Ομνύω* (Littré IV 628-632). [2] (f. 1v) *β'* lex (ib. 638-642). [3] (f. 1v) *γ'* aphorismi (ib. 458-608). Plurimis tituli proprii praescripti sunt, e contra desunt illi *τμῆμα πρῶτον, δεύτερον* etc. Aphorismo VII 86 subiciuntur aphor. V 9 *Φθίσηες - τριάκοντα καὶ πέντε* et excerpta illa ex deperdito lib. de septimanis *Τὰ δὲ παρὰ φῦσιν - καὶ σαρκὶ παρέδωκεν,* quae recensuit Littré I 401 ss., IV 608 et edidit VIII 667-673. [4] (f. 9v) *δ'* prognosticon (Kuehl. I 78-108): *τμῆμα δεύτερον* praescriptum est vv. *Οἱ δὲ ὕδρωπες* (p. 86, 1). [5] (f. 14v) *ε'* de diaeta acutorum tractatus duo ad modum unius, om. in indice; inscr. *ε' Ἱππ. πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας ἢ περὶ πτισαίνης* (sic, non *-άνης*), subscr. *Ἱππ. περὶ διαίτης ὀξέων· πτισάνης πρὸς τὰς Κν. γνώμας* (Kuehl. I 109-179). Inde a 64, quae *ιβ'* signatur, numeri sectionum additi sunt, et continuantur usque ad *κη'* seu 45 *τῶν νόθων*. F. 20v *ιδ' ἀρχὴ τῶν νόθων.* [6] (f. 26) *ς'* de medici officina (Kuehl. II 30-45). Fini adhaeserunt vv. *ὀστέων φύσις. δακτύλων μὲν ἁπλᾶ· καὶ ὀστέα· καὶ ἄρθρα* ex initio Mochlici, quod, ut videtur, in archetypo sequebatur. [7] (f. 27v) *ζ'* de fracturis (ib. 46-110). Subscr. *τέλος τοῦ περὶ ἄκμων Ἱππ.* [8] (f. 37v) *η'* de articulis (ib. 111-244). [9] (f. 57) *η'* (sic iterum, et sic restituitur concordia cum indice) de capitis volneribus, des. *γέγραπται· ἣν ἐξ ἀρχῆς λαμβάνων τὸ ἴημα πρίεισ* (ib. 1-29). Prope finem inter vv. *τῷ ἕλκει* et *πρὸς τὸ γινόμενον* (p. 29, 3) interpolata sunt (f. 61r, lin. 13) *ὅτι τὸ παχύτατον — ἐγγένηται* et (f. 61v, lin. 16) *τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχροῦ· τούς τε ἀνθρώπους — λιθιῶντες* ex tractatu s. de aëre, aquis et locis, cuius folia in exemplo perturbata erant (Kuehl. I 48, 1-51, 9; 35, 14-48, 1; cf. Ilberg in Museo Rhen. XLII 445; I. L. Heiberg in Herma XXXIX 134 adnot. 3). [10] (f. 63v) *θ'* de aëre, aquis et locis (Kuehl. I 33-71;

[1] Nomen Hippocratis conparet in superscriptionibus tractt. 1-3. 5. 6. 8 ac libri II tract. 11 et in subscriptionibus tractt. 3-8. 10. 11. 13. 16. 17. 19. 37. Tractt. 2 et 9 subscriptionem non habent; ceteri habent, et quidem eandem ac superscriptionem ubi nihil notavimus.

ed. Gundermann, Bonn 1911, et cf. Heiberg l. c.). Absunt vv. *τούς τε ἀνθρώπους — ἐγγένηται* (p. 35, 14-51, 9), quae in praecedentem tract. irrepsisse vidimus. Subscr.: *Ἱππ.· περὶ τόπων, ἀέρων, ὑδάτων.* [11] (f. 67v) *ι'* de morbis popularibus lib. I (Kuehl. I 180-214), subscr. *ἐπιδημιῶν λόγος α'*; — (f. 73) lib. II, in cod. superscript. *Ἱππ. ἐπιδ. λόγος β',* subscr. *ἐπιδ. β'* (Littré V 72-138); sectionum 1-3 tituli desunt; — (f. 77v) lib. III (Kuehl. I 215-245, et cf. 231, 23 de iis quae in codd. suprema sunt); — (f. 83) lib. IV, des. *ἐπιβήσσουσιν· οἱ δύο ἀδελφεοὶ τοῦ κρωπὸς — χωλόδεες ἦσαν*; — (f. 87v) lib. V; — (f. 92v) lib. VI; — (f. 97v) lib. VII (Littré V 144-468). Subscr. *τέλος ἐπιδημιῶν Ἱππ. ἐν λόγοις ἑπτά.* In l. VII (f. 98v lin. 20) a vv. *ἕκτη ὑπο(χώρησις)* fit saltus ad vv. *(πρό)φασις ἐδόκει* (Littré V 372 fin. — 382, 16), deperditis, ut videtur, in exemplo quae interiacent, casu f. unius vel plurium. [12] (f. 107) *ια'* de natura hominis, quem tract. subsequitur veluti eiusdem pars, [13] (f. 110) de diaeta salubri, lemmate tantum *περὶ διαίτης* margini adscripto (Littré VI 32-68; 72-86). Subscr. *Ἱππ. περὶ φύσεως ἀνθρώπου.* [14] (f. 111v) *ιβ'* de natura pueri (Littré VII 486-542, 2; cf. p. 467 de nostro cod.). Subscr. *Ἱππ. περὶ φύσεως παιδίου.* [15] (f. 117v) *ιγ'* de genitura, des. *ἐς τὸν ὀπίσω λόγον· ἢν ἡ γονὴ μείνη ἀπ' ἀμφοῖν ἐν τῆσι μήτρησι τῆς γυναικός:* quae sunt prima verba tract. *ιβ',* qui recte subsequebatur in archetypo (Littré VII 470-484, et cf. ib. 486 n.). Superscr. *περὶ γονῆς,* subscr. *περὶ φύσεως γονῆς* (ut in praevio indice). [16] (f. 119) *ιδ'* de superfetatione (Littré VIII 476-508). [17] (f. 122) *ιε'* de septimestri partu inc. *Περὶ δὲ ἑπταμήνων ὁ λόγος ὑπό τευ φησὶ,* des. *προλήμψιε· ταῦτα οὖν πρότερον ἐννοούμενος* (omnia opera Hippocratis, ed. Ald., Venet. 1526 f. 20; ed. Cornar., Basil. 1538 p. 541). Subscr. *Ἱππ. περὶ ἑπταμήνου.* [18] (f. 122v) *ις'* de octomestri partu, inc. *Φημὶ δισσὰ,* cui sine distinctione adnexus est tract. volgatus [19] (f. 123r lin. 20) de septimestri partu usque ad vv. *ἐν τουτέω τῷ χρόνω* (Littré VIII 452-460; 436-448, 11). Subscr. *Ἱππ. π. ὀκταμήνου.* [20] (f. 124) *ιζ'* de virginum morbis, in cod. *περὶ παρθένων* (*- ίων* in indice; Littré VII 466-470). [21] (f. 124v) *ιη'* de muliebri natura (Littré VII 312-430). F. 129r lin. 29 saltus fit a vv. *ποιήσας προστίθει* ad vv. *ἢν σκιρεωθῶσιν,* omissis *ἕτερον λωτοῦ — ὑγιὴς γένοιτο* (ib. 364, 18-378, 28), casu folii unius vel plurium in exemplo. Subscr. *περὶ γυναικείης φύσηος.* [22] (f. 133v) *ιθ'* de dentitione (Littré VIII 544-548). [23] (f. 134) *κ'* de locis in homine (Littré VI 276-348). [24] (f. 141v) *κα'* de mulierum adfectibus lib. I et (f. 161) II inscript. *β'* (Littré VIII 10-406). In libro priore, f. 147r, vv. *Εἰσὶ δὲ — εἰσὶ τόκου* (ib. 60, 4-62, 1) post v. *ἐχούσεων* (p. 64, 12) transposita sunt. [25] (f. 178v; in indice praevio *κβ'*) de sterilibus (Littré VIII 408-462). In marginibus alia manus plura addidit

vel emendavit, insuper aliquot adiecit excerpta *τοῦ ἑτοιμολογικοῦ*, magni nempe, uti me docet A. de Stefani (ff. 179r. 181r. 184r) et ⟨glossariorum⟩ *Γαλ(ηνοῦ*, ff. 180. 181. 182v. 183) et *'Ερωτιανοῦ* (ff. 181. 182). [26] (f. 184v) de superfetatione, iterum (v. f. 119). [27] (f. 187v; in indice *κγ'*) de exsectione fetus, in cod. ..*παιδίου*, inc. *'Εγκατατομὴ παιδίου, πρῶτον μὲν* (Littré VIII 512-518). [28] (f. 188; in indice *νς'*) de medico, praemisso monito *Τὸ μὲν γράμμα ἔστιν ἰητροῦ προστασίη· καὶ παράγγελμα πῶς χρὴ κατασκευάζειν ἰητρεῖον:* (Littré IX 204-220). [29] (f. 189v; in indice *μθ'*) de iudicationibus, des. *ἀνεῦντ° σπασμοῦ* (Littré IX 276-294). [30] (f. 191; in indice *μς'*) de corde, in cod. *περὶ κραδίης* (Littré IX 80-92). Adiecta sunt (f. 191v marg.) excerpta duo ⟨glossarii⟩ Galeni. [31] (f. 192; in indice *μη'*) de carnibus (Littré VIII 584-614). Excerpta duo ex Galeno, ut supra. [32] (f. 195; in indice *μβ'*) de glandulis, in cod. *περὶ ἀδένων οὐλομελίης* (Littré VIII 556-574). [33] (f. 196v) de anatome (ib. 538-540). [34] (f. 197; in indice *ξ'*) epistulae una et viginti, praeter duas postremas, Democriti de natura hominis et Hippocratis *ὑγιεινὸν* ad Demetrium regem (Littré IX 312-392, nn. 1-22). [35] (f. 205v) decretum Atheniensium, [36] (ib.; in indice *ξα'*) oratio ad aram, et [37] (ib.; in indice *ξβ'*) Thessali legati oratio, in cod. inscript. *πρεσβευτικός*, subscr. *'Ιππ. πρεσβευτικός* (Littré IX 400-428).

Constat fasciculis 27 ab ipso librario (qui f. 173v *κβ'* ex *κγ'* fecit) in angulo inf. int. paginae supremae signatis, et iis quaternionibus praeter *ιγ'* et *κδ'* terniones, *κ'* foliorum septem et ultimum foll. quattuor. Folia, praeter arabicas, graecas etiam (ni fallor, Fabii Calvi manu) notas ferunt inde a f. 78 iusto numero maiores, eo quod ab *οζ'* ad *οθ'* saltus sit factus. F. 204 (*σς'*) ante 205 (*σε'*) transpositum est; id quod expressit numeris Calvus, aperte monuere tum graecus quidam signis et ζτ, ζτ *ὀπίσω*, tum recentissimus noster plumbo ff. 204v (*sequitur fol 206*) et 205v (*sequitur fol 204*), atque f. 204r ⟨Zaccagnio⟩ qui scripserat *Folium hoc ad alium locum pertinet,* obiecit petulans nescio quis *o asine! vide modo numerum foliorum graecum!* Scriptio ad lineas inpressas ducta, perspicua, adcurata, nec tamen sibi constans (cf. ex. gr. ff. 129r. 150r etc.), ita ut Iohannes Tschiedel duos librarios fuisse putaverit refragante I. Ilberg ap. Kuehlewein I p. xv. Ornatus, inscriptiones et litterae maiores rubra (quae omnia longe frequentiora sunt in ff. 1-8. 70-82) cessant omnino f. 141v, unaque cessant tractatuum numeri, quos plumbo inaniter subplevit recentissimus noster. Notabilia exstant aliquot librarii. Conrectiones et additamenta, quorum plura iam indicavimus, alterius manus vix recentioris. 81r scriptiunculae tres armeniacis litteris, quas vocant *bolorgir,* in imo margine **Չ**, ապր, ա, ա in exteriore margine **Չ Աադ**. Iv superne nota deleta *N° 67,* dein altera *N° 1 5 Plu. Sec.*, inferne manu saec. XVII inc. *276 | 1046,* circa medium *ἰω̅' ὁ μέτελλος ἔγραψεν. ,αφμε'*. et *ἰω̅' μέτελλος ἔγραψεν ,ζμε'*, i. e., an. 1545, inscitia Metelli, non vero 1537 (quod semel et iterum tradidit Ilberg), nam eo primum anno Metellus Romam venit, uti constat ex eius ad Antonium Augustinum epistulis Parmae 1804 editis. IIv index graecus manu

saec. XVII-XVIII. 1r summo manu saec. XIV-XV *libri lxii ypocratis,* dein alia manu posteriore *lib(ri) ypocratis. Andᵉ*, et iterum in imo marg. *Andᵉ*. Quem fuisse suspicor Andream illum de Biagio, possessorem codicis Palatini gr. 192 e nostro ante an. 1457 descripti (cf. Stevenson ad n., Ilberg *Rhein. Mus.* XLII 447 s.). 1r in indice vetere doctus vir saec. XVI vel XVII cruce signavit tractatus in codice servatos, ad ceteros aliquot adscripsit *non adest.* Ir. IIr. 208. 209v vacua. Folii 207 particulae madore confectae. Ir. 209v adglutinata erant fragmenta libri, fortasse instrumentorum « mon. Sancti petri », saec. XIII, quae extracta sunt an. 1916, cum et ff. I et 209 integumento adglutinata fuerunt. Aliud fragmentum alterius libri abrasi, in quo lego *Carbalus...*, habes in f. 204r.

Librum descripsit Ilberg ll. laudatis.

In tegumenti tabulis corio castaneo signato obductis insignia Pauli V et Scipionis Borghese card. byblioth. atque catenae locus.

277 (olim 217). Saec. XIV, chart., mm. 305×198, ff. II (add.), 474 (+ 348a).

Hippocratis quae feruntur opera, descripta ex codice iam prope finem mutilo, quem ea numero sexaginta continuisse vetus ostendit index (ed. ex codice Marciano 269 I. Ilberg in Museo Rhenano XLII 449) rubro praescriptus (f. 11r) *'Ιπποκράτης :· ἡ πίναξ αὕτη περιέχει δὶς τριάκοντα λόγους: ὅρκος* (atramento *α'*) — *πρεσβευτικός* (atram. *νη'* [omissis nempe 19 *περὶ παθῶν* et 34 *περὶ ἐγκατατομῆς ἐμβρύου*] et in marg. *λείπ.*).

Adiecta sunt inaequabiliter scholia tum brevissima (quandoque inter versus) tum longiora, ut plurimum ⟨ex Galeno, Theophilo protospathario Stephani Atheniensis breviatore, praesertim ex pleniore Erotiano⟩ excerpta, quae partim ex aliis libris, partim ex nostro eruta a Littré, Cobbet, Daremberg, Klein, ac fere universa sibi denuo exscripta I. Ilberg ad fontes revocavit in op. *Das Hippokrates-Glossar des Erotianos und seine ursprüngliche Gestalt* (= *Abhandlungen der philol.-historischen Classe der K. Sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften* XIV. N° II).

7 (f. 195^{v}) ϙβ′ **Heracliti** *ἀνασκευὴ ἢ θεραπεία μύθων τῶν παρὰ φύσιν παραδεδομένων,* subscr. *τέλος Ἡρακλείτο υπερὶ ἀπίστων* (ed. ex hoc cod. N. Festa in Mythograph. Graec. vol. III fasc. II, Lipsiae 1902, p. 73-87).

8 (f. 197^{v}) Excerpta Vaticana, volgo Anonymus de incredibilibus, sine tit. (ed. Festa ib. 88-99).

9 (f. 199) ϙγ′ **Libanii** sophistae ⟨et aliorum⟩ narrationes triginta novem (Libanii opera rec. R. Foerster VIII 33-58) hoc ordine: 7-27. 6. 28. 29. 2. 3. 30. 1. 31. 4. 32-40 (5 abest a nostro, secus ac Foerster p. 31 dicere videtur). Subsequitur scholion *πόθεν παροιμία. Ἰστέον ὅτι — παρομοιας τινὰς οὖσας* (e praef. Diogeniani excerptum; ap. Foerster ib. 58 n.).

10 (f. 203) ϙδ′ **Herodoti** de vita Homeri *, in cod. *Ἡροδότου περὶ Ομήρου γενέσεως.*

11 (f. 207^{v}) **Menandri** et aliorum sententiae monostichae 136, in cod. *αὗται Μενάνδρου τοῦ σοφοῦ παραινέσεις: ∼ κατὰ ἀλφάβητον,* hoc ordine in *A* et *Ω:* 8 (Meineke, fragmenta comicorum Graecorum IV, 1841, p. 341 ss.), 39 (evan.) 44, 26, 46, 47, 32, 45, *ἄλλος καθεύδων ἤδετ' ἄλλος ἐσθίων,* 19, 49, 14, 48, 556, *⟨ὡ⟩ς ἡδὺ τῶ σωθέντι μεμνῆσθαι πόνων* (Boissonade, anecdota I 159), 563.

Sequuntur alia manu add.

12 (f. 209) **Theodori Balsamonis,** in cod. ... *βαλσαμὼν,* [1] *στίχοι* (?) *εἰς τὸν Αἰθίοπα Μωσὴν* etc. (ed. Horna in *Wiener Studien* XXV 199). [2] *τοῦ αὐτοῦ πρός τινα ἡγούμενον* et [3] *πρός τινα εὐγενῆ ... χὸν,* inc. *ἤθελεν ἡ μετριότης ...* (*Notices* 8, 2 p. 247 s., ubi perperam ... *τὸν εὐγ. Κομήτην*).

13 (f. 209) post duas lineas in summo margine pessum datas et mutilum adversus Iudaeos de Verbi et Spiritus Sancti personis fragmentum (inc. ... *ὁ ἰουδ... ...τ⟨ὴν⟩ τοῦ λόγου παραδοχὴν — τὸ τοῦ θεοῦ στόμα,* v. *Notices* 248 s.), ⟨**Nicephori Saponopuli** carmina [1] in laudem SS. Guriae, Samonae et Abibi, [2] in laudem S. Gregorii Nysseni, [3] in laudem S. Iohannis Chrysostomi, [4] de se auctore sacrorum carminum⟩ (*Notices* l. c. 249-252; cf. Papadim. o. c. XXIII). Additum est epigramma in Porphyrium *ὃν* (?) *ἔσχε τουτὶ τὸ σχέδος,* et sequiore manu versus octo mutili (ib. 253).

In ff. autem initio additis haec variis manibus et temporibus scripta habentur:

(f. V^{r}, manu saec. XV) exemplar epistulae sive relationis ad principem aut magistratum graecobarbarae, initio mutilum, qua *αναφέρομεν εἰς την αφενττήαν σου ἡμῆς ἡ εὑρησκόμενη ἡ εὐβραιοι τῆς ἐνορίας και γιτονήας· το πὸς ἠκούσαμεν ἀπο τον μπάγγαλον ὂτη ἐγῶ μάρτηρας ουδὲν ἤμαι ο δια την ηπόθεσην την όπερ ἔχι ὁ Μουσῆς καὶ ὁ Δαβὴθ,* iique se subscribunt *κἀγὼ ὁ Μουσῆς. καὶ ὁ 'Ανττονήας. καὶ ὁ Ρεμπιλῆας. καὶ ἐγω του σιου Τζουκου ὁ υἱὸς: ∼ ιούλήω ις′* (cf. *Notices* 6, 498);

(f. V^{v}, alia manu saec. XV) elegion in funere Augustae an. 6048 (?) die 17 dec. defunctae (ib. 499-511; cf. *Bessarione* vol. 31, p. 87-89);

(f. VI-VII, quorum saltem alterum destinatum fuerat tabulae paschali scribendae) manu saec. XIV, post excerpta quaedam ⟨ex Libanio⟩ (f. VI^{v} initio: ed. *Notices* 6, 506; v. Foerster, Libanii opp. VIII 30) et carmen poetae indigentis atque celerem opem inplorantis ad patriarcham, inc. (f. VII^{r}) *Ω ποιμενάρχ⟨α⟩ τοῦ θεοκλή⟨του⟩ λάχ⟨ους⟩,* des. v. 36 *γεύοντι* (?) *καμοὶ πατρικὴν γνώμην φίλην* (*Notices* 6, 509 ss., mutil. nec sine mendis) et tabulae paschalis inperfectae initium et sententias aliquot minoris momenti (f. VII^{v}: *Notices* 6, 513 s.), adscriptae sunt epistulae quinque — fortasse unius eiusdemque Meligalae, cuius nomen saltem tres praeferunt — hoc ordine: [1] (f. VI^{r}) ad incertum Aristotelis adversarium, quam excipiunt tetrasticha duo *Ὄνον* (o 1 ex *α* vel *οι:* non *ἄνθρωπον*) *Κύμη πρὶν, νῦν δὲ καὶ Λέσβος πόλον* et *Παῦλος μὲν εἰς μάστιγας ἀχθεὶς ἐκτόπους* atque fragmentum ad oram scholii potius quam versuum speciem habens (*Notices* 6, 504 s.). [2] (f. VI^{v}) *⟨τ⟩οῦ Μελιγαλᾶ τῶ ἐπὶ τῶν σεκρέτων τῷ Περδι...;* [3] (f. VII^{r}) *τοῦ Μελιγαλᾶ* Michaheli *τῶ Φραγγοπ(ού)λ⟨ῳ⟩,* [4] *τοῦ αὐτοῦ τῷ αὐτῶ,* [5] (f. VII^{v}) *τῷ συνετῷ,* cui paullo serius adscripta est sententia de Demosthenis virtutibus (quae omnia ed. in *Notices* 6, 508. 511 s., 514. De Meligala cf. Foerster l. c.; Lampros *Νέος Ἑλληνομνήμων* 4, 167).

VIII^{r} imo, haud dubie ab homine illius temporis adnotatum est quibus diebus anni mundi 6791 Michahel Palaeologus obiit, Veccus sede CP. pulsus est, Iosephus subrogatus ac defunctus et Gregorius Cyprius subfectus (*Notices* 6, 515). Quo additamento sane recentiore ostenditur codicem ante annum 1282 exaratum fuisse, potius quam an. 1314, prout aliis placuit (v. Festa o. c. LII).

Rubr. f. 170^{v}. *Ἐτελειώθη τὸ βαρὸν* (al. m. *παρ.*) *βιβλίον τῶν θηριακῶν τοῦ Νικάνδρου κατὰ τὴν κγ′ τοῦ ἀπριλλ. τῆς ιβ′ (ἰ)ν(δικτ.) γραφὲν διὰ χειρὸς Θεοφυλάκτου τοῦ Σαπωνοπούλου* (Saponopuli cuiusdam protonotarii imp., qui monachus Theodosius nuncupabatur, meminit Georgius

Pachymeres de Andron. Palaeol. I 8, ed. Bonn. II 25). *καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες οὖν αὐτὸ, δέησιν ποιεῖτε διὰ τὸν Κύριον πρὸς θεόν· ἵνα ἄφεσιν δώῃ μοι ὧν ἐπλημμέλησα ἀμέτρων ἁμαρτημάτων* (M. 133, 1020). Quae etsi proprie de ff. 139-170 dicta sunt, tamen ad totum librum extendi posse videntur, cuius scriptio eadem vel fere est. Scriptura angusta, conpendiis horrens; inscriptiones, numeri, litterae maiores pleraeque, Nicandri vv. 1-33 atque conplures in eumdem glossae, lemmata ad oram ff. 171-206 rubra. Fasciculi novem et viginti: unus quidem initio additus sine numero, foliis quattuor (VI-IX) constans, atque 28 quaterniones — si excipias sextum (ff. 41-46) ternionem, *κε'* (ff. 187-190) binionem et ultimum folia vix tria (207-209) fortasse continentem — in summo primae paginae ang. ext. atque in imo int. ultimae tum etiam primae, quandoque rubro notati (v. ex. gr. f. 25. 47. 135. 191 *κϛ*). Verum praeter eos Nicandro sunt proprii numeri fasciculorum rubri in imo margine primae et ultimae paginae (f. 154^{v} *β'*, f. 155^{r} *γ*), quibus illa verba praevii indicis respondent *πθ' ἕτερον βιβλίον τὰ Θηριακὰ τοῦ Νικάνδρου* (f. IX^{v}). In quo indice et illud notandum est, sequentia ϛ'-ϛε' fuisse postmodum addita; adeo ut Prodromi scriptis primo Nicander, deinde cetera (ff. 171-209) videantur fuisse adiecta. Sunt denique notae latino-arabicae fasciculorum *a 1 — C 4* saec. XV exeunte inscriptae. — Liber madore blattisque passim consumptus nec bene resartus, alicubi venenis medicatus (f. 109^{v}-110^{r}, 121^{r}, 180^{v} ss.), immo novo atramento rescriptus (ex. g. ff. 194^{v} fin., 208), notis denique plurium conspersus (nisi fallor, 121 s. Zaccagni, 171^{v} ss. Iani Lascaris vel eius aequalis, 199^{v} Allatii [quidquid secus dicant du Theil et Foerster l. c. 31 n. 2], du Theil passim). VIII^{r} *τοῦτο τῷ βιβλί⟨ον⟩ ἐστι μιχαὴλ τοῦ βα|ράκιν.* V^{r}, manu saec. XV, *Nicander de s(er)pentib(us) et Porphyrius sup(er) Homero* (cf. Müntz-Fabre 292: *Ego Hieronymus* Senensis *accepi comodo Nicandrum et Porphirium ex papiro in cartis die duodecima octobris* 1484). V^{v} alia m. saec. XV-XVI, *Opus theodori prodromi et porphirii | in odisea homeri et nichandri poete.* II^{r}. IV^{r} index latinus saec. XVIII. F. III^{r} adnotationes A. Mai. III^{v} eiusdem apographum carminis Prodromi in Ioh. Comnenum e Perside revertentem ex cod. Ottob. gr. 324 f. 177^{v}-178. Huius codicis quoad plura Prodromea apographum est cod. Ottob. gr. **466** saec. XVII-XVIII. Liber amplissime descriptus est a F. I. G. La Porte du Theil in *Notices et extraits* cit. 6, 496-565; 7, 2 part., 237-260; 8, 2 part., 78-253 (quae descriptio partim repetita fuit a M. 133, 1015-1090), atque clarissimorum philologorum Bastii, Cobeti, Herscheri, Hinckii, Festa, Foersteri, Papadimitrii etc. curas expertus.

In dorso stemma Pii IX.

306 (olim 989). Saec. XIII-XIV, chart., mm. 276×182 c., ff. II (add.), 237 (+ 170^{a}), e duobus conflatus (2 ff. 129-237).

1 (f. 1) **Theodori Prodromi** tetrasticha iambica in Vetus Testamentum, in cod. *Τοῦ φιλοσόφου κυροῦ Θεοδώρου τοῦ Προδρό(μου) τετρ..... κεφαλαιωδῶς ῥηθέντα ἐν τῇ παλαιᾷ...* (M. 133, 1101-1176). Absunt heroica. F. 1 scisso, versus alterni tetrastichorum 1-32 (M. 1114 A) perierunt toti vel fere. Tituli fere nulli ante IV Reg.

2 (f. 7^{v}) *Μενάνδρου ῥήτορος περὶ ἐπιδεικτικῶν*, nempe [1] incerti, saeculi III ex., tractatus alterius *περὶ ἐπιδ.* (Spengel, rhetores graeci 3,

368-446 atque, mutata capitum serie, Bursian in *Abhandlungen der philos.-philol. Classe der kgl. Bayer. Akademie* 16, 69-151) hoc ordine: 1 (*περὶ βασιλικοῦ ἐγκωμίου* inscr.) — 4. 10. 15. 5 (*περὶ προπεμπτικῆς λαλιᾶς*), 11. 16. 12-14. 6. 7. 17 (cum scholio ad *θυραῖα* f. 34^{r}: *θυραῖα· ἡ μεταξὺ δύο οἰκιῶν θύρα· ἐκ γὰρ δ' κύκλων ἐστὶν ἄνωθεν ὄντων καὶ κάτωθεν γ'*); [2] (f. 34) pars altera tractatus prioris, sive Genethlii sive Menandri, cui titulus volgatus *διαίρεσις τῶν ἐπιδεικτικῶν*, inde a c. *πῶς χρὴ χώρας ἐπαινεῖν* (Spengel 3, 344-367; Bursian 44-68), des. vel potius deficiens in vv. *διεκόντα γὰρ ἄγεται;* quibus sine ulla distinctione subnectitur [3] (f. 40^{v} lin. 6) *ὁ 'Αλέξανδρος φησιν ὡς δύο — ἀφ' ὁπόσων θεὸς ἐπαινεῖται*, sive *ἐκ τῶν 'Αλεξάνδρου* (Spengel 3, 1-4 lin. 15); [4] (f. 41) *διαίρεσις ἐπιδεικτικῶν*, scil. initium usque ad vv. *ἐφεξῆς δείκνυμεν* (Spengel 3, 331-332; Bursian 30-32); [5] (f. 41^{v}) *περὶ γενεθλιακοῦ* sive c. 8 tractatus alterius (Spengel ib. 412 s.; Bursian 140 s.). Subscriptio *τέλος τῶν περὶ ἐπιδεικτικῶν Μενάνδρου τοῦ ῥήτορος συγγραφέντων π(ερὶ* sic) *τοῦ 'Αλεξάνδρου.* Et ordo et numerus capitum idem esse videtur in codice Laurent. Pl. 81, 8, apud Bursian 9, eodemque recentiore sed optimo (v. Kroll in *Rhein. Mus.* 66, 170 ss.).

3 (f. 42) **Theodori Prodromi** [1] *μονῳδία εἰς τὸν πορφυρογέννητον καὶ σεβαστοκράτορα κυρ. 'Ανδρόνικον τὸν Κομνηνόν* (ed. Maiuri in *Rendiconti d. R. Accad. dei Lincei* ser. V vol. 17 p. 521-528), [2] (f. 44) *τοῦ αὐτοῦ μονῳδία εἰς τὸν ἱερώτατον μητροπολίτην Τραπεζοῦντος κυρ. Στέφανον τὸν Σκυλίτζην* (ex hoc cod. edd. Papadimitriu in Annalibus facultatis histor.-philol. Universitatis Odessae an. 1902 p. 6-17, qui et imaginem adiecit f. 47^{r} [cf. *Byz. Zeitschr.* 12, 261 ss.], et L. Petit in *Bulletin de l'Institut archéologique Russe à Constantinople* 8, 6-14); [3] (f. 47^{v}) *τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὸν πορφυρογέννητον κυρ. 'Ισαάκιον τὸν Κομνηνὸν* (ex hoc cod. ed. Kurtz in *Byzant. Zeitschrift* 16, 112-117); [4] (f. 50^{v}) *Τοῦ Προδρόμου κυροῦ Θεοδώρου εἰς τὴν ἐπὶ τῇ ἁλώσει τῆς Κασταμόνος ἐπινίκιον πρόοδον τοῦ αὐτοκράτορος κυροῦ 'Ιωάννου τοῦ Κομνηνοῦ δεκάστιχα πολιτικὰ, τοῖς δήμοις* (M. 133, 1373-1383); [5] (f. 52^{v}) *τοῦ αὐτοῦ ὡς ἀπὸ τῆς πόλεως δεκάστιχα παρακλητικὰ τῷ αὐτοκράτορι πρὸς τὸ* (vacuum) *ἐφ' ἅρματος τοῖς δήμοις* (ib. 1383-1388, 3); [6] (f. 53^{v}) *τοῦ αὐτοῦ· ἐπὶ τῷ γάμῳ τοῦ υἱοῦ τοῦ πανυπερσεβάστου κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Φορβηνοῦ κυροῦ 'Αλεξίου* (1 inc. et des. *ὡς εὐκλεὴς ὡς εὐτυχὴς ἡ σὴ νυμφαγωγία*) ut in cod. 305 *ξ'* ff. 104-105^{r}, omisso tantum titulo, qui quater illic repetitur, *εἰς τὸ αὐτό;* [7] (f. 54^{v}) *τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν 'Αβραὰμ ξενίζοντα τὴν ἁγίαν Τριάδα* (M. 133, 1223); [8] (f. ib.) *τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ αὐτό: 'Αβραάμ. Σάρρα. μόσχος. 'Ισμαήλ. Ἄγαρ: ἄρτοι· τράπεζα· δρῦς· τὸ δῶμα· καὶ τέλος· Τριὰς κύριος τὸ ξένον ξενίζεται;* [9] (ib.) *τοῦ αὐτοῦ·* (sine addito) inc. *Ἡδὺς ποταμὸς ὁ προκείμενος λόγος* (ut in cod.

Neapol. II Δ 4, apud Papadim. 366), v. 21 des. *σύ δ' ἀλλ' ἀναστὰς εὐλόγει μοι τὸν λόγον;* [10] (ib.) *τοῦ αὐτοῦ εἰς ταύλαν* (M. 133, 1015; Christophoros Mitylenaios ed. E. Kurtz, Lipsiae 1903, n. 73 p. 45 s.); [11] (ib.) *τοῦ αὐτοῦ κατὰ φιλοπόρνου γραὸς* (Miller, Manuelis Philae carmina 2, 306-311); [12] (f. 55ᵛ) *τοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς ιβ'* (add. sup. lin.) *δεσποτικὰς ἑορτὰς* (M. ib. 1233; Miller ib. 389).

4 (f. 55ᵛ) Proverbiorum conlectio ordine litterarum, sine titulo, ab Allatio temere Prodromo tributa, de qua cf. L. Cohn *Philologus, Supplementband* VI 1 p. 235 ss.), inc. *Ἀβυδηνῶν ἐπιφόρημα. τὸ ἀηδὲς. διὰ τὸ τοὺς Ἀβυδηνοὺς — δαιτυμόσιν* (ut in Gregorio Cyprio. Corpus paroemiogr. graec. 2, 58) :· *αὕτη μὲν ἡ μύρινθος — τῶν μηδὲν ἑλκυσάντων* (fere ut in eodem ib. 1, 349) :· *αὐτὸν κέκρουκας — ἀφῖξαι τὰς θύρας* (ut in Diogeniano *K*, ib. 1, 221 not.), des. *Ὠσὶν ἑστῶσιν· ἐπὶ τῶν πρὸς τὸ ἀκοῦσαι τὰ ὦτα εὐτρεπιζόντων :· ὤδινεν ὄρος — μικροῖς ἐντύχοι* (ut in Greg. Cyprio, op. laud. 2, 130) :· *ᾠὸν τίλλων:* ~ (sine explicatione; cf. ib. 1, 187). Sequuntur (f. 64ᵛ) *Τὰ λεγόμενα ἐπὶ ἀδυνάτων* (Papadimitr., Theod. Prodr. 249 s. ex hoc cod.), praeterea voces animalium inc. *Ἀνθρώπου τὸ φωνεῖν, τὸ βοᾶν τὸ κεκραγέναι καὶ ἄλλα πολλά. λέοντος τὸ βρυχᾶσθαι,* des. *ἀνέμων πάτταγος. σάλων συριγμός* (cf. Bancalari in *Studi ital. di filol. class.* 1, 92-96).

5 (f. 65) **Theodori Prodromi** varia, sc. [1] *Ποίημα Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου πρὸς τοὺς διὰ πενίας βλασφημοῦντας τὴν πρόνοιαν* (M. 133, 1291-1302), [2] (f. 67ᵛ) *τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ, καὶ αὐτὸς προελεύσεται* etc. (ib. 1301-1312), [3] (f. 69ᵛ) *τοῦ αὐτοῦ διὰ τὴν κατασχοῦσαν αὐτῷ λοίμωξιν τῷ ὀρφανοτρόφῳ καὶ νομοφύλακι* (ib. 1249 s.).

6 (f. 70ᵛ) **Nicephori Basilacae** progymnasmata, in cod. *προγ. τοῦ Βασιλάκη κυροῦ Νικ.* (Walz, rhetores graeci 1, 423 ss.) cc. 1 et 2 tantum, hoc ordine: *μῦθοι* 1-3, *τοῦ αὐτοῦ διηγήματα* 9. 11. 3. 10 (inscr. *διήγημα τὸ* etc. et sic in ss.), 12 (inscr. *ἕτερον διήγημα τὸ* etc.), 13. 1. 14. 15. 5. 7. 6. 8, *μῦθος* 4.

7 (f. 75ᵛ) *Πρόκλου περὶ ἐπιστολιμαίου χαρακτῆρος* (Demetrii et Libanii qui feruntur *τυποι επιστολικοι* et *επιστολιμαιοι χαρακτηρες* ed. V. Weichert, Lipsiae 1910, p. 12-66; qui de codice nostro disserit p. LVI ss. Cf. *Mélanges d'archéologie et d'histoire* 35, 126).

8 (f. 89) Sylloge epistularum triginta trium, quarum 1 *Ἐπιστολὴ Νικήτα τοῦ πανευφήμου μαγίστρου*, 19 (f. 94) *ἐπιστολὴ Κυριακοῦ μητροπολίτου Χωνῶν* inscripta est, ceterae subsequentes nullum auctoris nomen praeferunt, nihilominus aliquot saltem Nicetae illius videntur esse (ex hoc codice Mai, Nova Patrum bibliotheca VI 2 p. 24, 439-444. Cf. *Mélang.* cit. 127-138).

9 (f. 96ᵛ) *Ἀφέσιμον ἐπὶ ἐξωμολογησαμένῳ τινί,* inc. *Ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν ὁ διὰ τοῦ προφήτου Νάθαν μετανοήσαντι,* des. *τὴν τούτων ἄφεσιν νῦν τε καὶ εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν* (cf. Goar, Euchologium, Lutetiae Paris. 1647, p. 673, or. 1, quae tamen valde discrepat).

10 (f. 97) **Procopii** sophistae epistulae, in cod. *Προκοπίου* sine addito, centum quadraginta novem (Epistolographi graeci rec. R. Hercher 533-596) hoc ordine: 3 (sine inscr.), 62. 63 (s. inscr.), 4 (s. inscr.), 5. 161. 6. 64. 65. 7. 8. (f. 100) 9. 66. 67. 1. 68. 10. 69. 70. 11. 71. 12. 72. 73. (f. 103) 2. 13. 50. 74-78. 15. 14. 16. 79. 80. (f. 106) 51. 52. 81. 17. 82 (s. inscr.), 83-95. 18. 96. (f. 110) 19. 53. 97. 54. 98. 99. 20. 56. 100. 21. 101-104. 22. 27. 23. 105-107. 24-26. 108. (f. 114) 57. 109-118. (f. 117) 28. 119. 120. 29. 121. 122. 58. 123. 30. 124. 125. 36. 37. (f. 120) 126-134. 31. 32 (s. inscr.), 134-136. 38. 33. 34. (f. 123) 137. 35. 138-140. 39. 141-144. 40. 145-148. 41. 149. (f. 126) 59. 150. 44. 43. 151-156. 45. 157-159, *Κληδονίῳ* (sola praescriptio, epist. fortasse 46; cf. *Mélanges* cit. 35, 125 s.), ceterae perierunt.

11 (f. 129) <**Eliae** in Aristotelis categorias commentarium> sine titulo (Comm. in Aristot. graeca XVIII 1 p. 107-255, et cf. p. XXX, ubi saec. XV codex tribuibur et inscriptio refertur quae abest a codice). Post p. 235, 14 amplius additamentum ex Philopono. Folio uno post 231 deperdito, exciderunt vv. *ἀλλ' ἀέρος σκότος — ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἀριστοτέλης* (p. 246, 2-247, 20). Subscr. *τέλος σὺν θεῷ τῆς ἐξηγήσεως τῶν κατηγοριῶν.*

Codicis pars prior, sive codex prior, fasciculis constat decem et septem, iisque (praeter primum et nonum biniones) quaternionibus, inde a f. 73 in imo margine primae paginae circa medium notatis. Quae notae cum sint *ϛ'* (f. 73ʳ) — *ιβ'* (f. 121), liquet initio fasciculos quinque vel minime notatos vel singillatim subputatos fuisse vel postmodum (quod aegre suadeor) additos. In fine autem unum saltem fasciculum excidisse ipsa Procopii litterarum serie ostenditur. Codex alter quaterniones conprehendit *α'-ιβ'* — re vera tredecim, quia *ζ'* (ff. 176ʳ. 184ʳ) bis obcurrit — in imo primae paginae margine notatos et quartumdecimum inperfectum, cuius primum f. certe periit, ac vix non certe ultimum, fortasse vacuum. Scriptura subfusca conpendiis horrens, in priore praesertim codice, eaque plurimis in foliis pessumdatis et charta translucida, crocea nunc facta, contectis aegre perlegi potest: qua re plures loci veneno temptati sunt. Folii 1 pars maior periit. 44 nuper integumento illo liberatum in duo sectum est atque pagina utraque folio novo ea ratione adglutinata fuit, ut commode perlegi posset. Ff. 89-128 saeculo XVII epistulis singulis adscripti sunt numeri arabici, praeterea a Maio inde a f. 97 *ed* additum est. Iʳ manu, ni fallor, Marini Ranaldi († 1606) suprema verba cuiusdam libelli de negotio quodam bybliothecae nostrae: *alcuna o accrescimento di spesa anzi con ...* | *della libraria,* atque inferius, in membranula, syllabus saeculo XVI medio posterior *Prodromi quaedam carmina.* | *et alia eiusdem et aliorum.* | *989.* Iᵛ index

latinus codicis a Marino vel eius fratre Friderico ante an. 1590 conscriptus. II *πίναξ* Allatianus manu saec. XVII–XVIII. 129^{r} summo, manu saec. XV–XVI, *Expositio in predicam(en)ta Arist.*

In dorso stemmata Pii IX et Antonii Tosti card. byblioth.

307 (olim 668). Saec. XIII, chart. (III et 228 membran.), mm. 175 × 120, ff. VII. 228 (+ 35^{a}).

1 Aristotelis physicorum (f. 7) liber I; — (f. 36) lib. II; — (f. 67) lib. III; — (f. 95^{v}) lib. IV; — (f. 140^{v}) lib. V; — (f. 154) lib. VI; — (f. 178) lib. VII [de quo cf. ed. Bekker 1, 243 not.]; — (f. 188^{v}) lib. VIII, cum ⟨paraphrasi **Themistii**⟩ circa scripta (ed. H. Schenkl inter commentaria in Aristotelem graeca V 2), atque periochis et scholiis brevioribus a viro docto propria, ut videtur, manu plerumque ad oram librorum I–VI sub numero signove alio additis. Praecedit (f. 1) ⟨**Simplicii**⟩ *προθεωρία τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως Ἀριστοτέλους* (ed. H. Diels inter comm. laud. IX 1–8 lin. 34; cf. ib. p. xvi) et (f. 4^{v}) diagramma philosophiae divisionem et seriem exhibens.

2 Theodori Prodromi varia, sc. [1] (f. III^{r}) post excerptum *τοῦ Τζέτζου* (inc. *Αἴαντος γὰρ ἀλέεινε μάχην φησὶ τηλαμωνιάδης,* des. *αὐτὸς μένων ἄτρωτος οὐ βεβλημένος*), *τοῦ Προδρόμου στίχοι εἰς τὰς ἀρετὰς καὶ εἰς τὰς κακίας* inc. *ἔγωγε πηγὴ καὶ περιρρέω κύκλω,* des. *καὶ λέξεις ὀρθῶ καὶ μέτροις ἐφιστάνω* (Heraclidis Pontici... Allegoriae in Homeri fabulas, Basileae 1544, quat. *ο* 2^{v} s. sub nomine Pselli, sed variat post v. 26, ac rursus post v. 46, atque om. vv. 53–60; de auctore cf. Krumbacher *Gesch. d. byz. Lit.*^{2} 441. 444; Papadimitr. o. c. 364 s.); [2] (f. III^{v}) *τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν τάφον Ἀθανασίου τοῦ ἡσυχαστοῦ ἐπιτιμητικοὶ τυμβωρύχοις,* ut in cod. 305 f. 94^{v}; [3] (ib.) *γραφήτωσαν εἰς τὸν κύκλον ἐν ᾧ εἰσιν ὁ Χριστὸς ἡ θεοτόκος καὶ ὁ πρόδρομος καὶ ὁ ἀρχιστράτηγος Μιχαὴλ,* inc. *Θεὸς περιφράττει σε βασιλεῦ κύκλω,* des. (v. 8) *σοὶ προσκυνήσει δουλικῶς ὡς δεσπότῃ,* [4] (ib.) *εἰς τὸν κύκλον ἐν ᾧ ὁ Χριστὸς καὶ οἱ τρεῖς ἀρχιστράτηγοι,* inc. *Ὑπερστρατήγω βασιλεῖ πολυάθλω,* des. (v. 8) *θεοῦ σε νικῶν φαιδρύνοντος ἀκτῖσιν,* [5] (ib.) *εἰς τὸν κύκλον ἐν ᾧ ὁ Χριρτὸς καὶ οἱ τρεῖς μεγαλομάρτυρες,* inc. *Τί καὶ πονεῖς ἀκάμα· τί μοχθεῖς πάλιν,* des. (v. 8) *ἀλλ' ἀναδεῖσθαι τῶν τροπαίων τὸ στέφος* (cf. Papadim. p. 333 s., n. 14. 25. 27); [6] (f. IV^{r}) *τ⟨οῦ⟩ φιλοσοφ. κυρ. Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου* ⟨in hortum⟩, inc. *Ὁρᾶς θεατὰ τοῦ φυτῶνος τὴν χάριν* (Cyri Theodori Prodr. epigrammata, Basileae 1536, quat. *ξ* 3); [7] (ib.) *τοῦ αὐτοῦ εἰς δακτυλίδιον ἔχον σφραγίδας ἐρῶντας δύο· καὶ ἀπὸ τῶν στέρνων αὐτῶν δύο δένδρα ἐκπεφυκότα καὶ εἰς ἕνα συγκορυφούμενα κόρυμβον,* ut in cod. 305 f. 117; [8] (f. IV^{v}) *τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν μεγα-*

λόνικον αὐτοκράτορα κῦριν Ἰωάννην στρατεύοντα καὶ πάλιν κατὰ Περσῶν εὐκταίως (ita, non - *αῖοι*) *ληφθέντες ἀπὸ τῶν προφητῶν δεκάστιχοι,* inc. *Ὁρῶν παραταττόμενον κατὰ Περσῶν σε πάλιν,* des. (v. 400) *καίτοι μετὰ τὸν σίδηρον καὶ μετὰ τὸν καυτῆρα* (excerpta dedit Miller *Notices et extraits* etc. 23, 2 part., p. 2 s.; Papadim. o. c. 174 ss.); prophetarum nomina ad oram adscripta sunt ex. gr. *δαβὶδ προφήτου καὶ βασιλέως μέλος;* [9] (f. VII^{r}) *τοῦ αὐτοῦ ἐπὶ τῷ υἱῷ τοῦ πανυπερσεβάστου κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Φορβηνοῦ κυρῷ Ἀλεξίῳ* epithalamii tres: *a Τίς εἶδε κῆπον ἀρετῶν* etc.; *b Γάμοι καὶ γάμων τελεταὶ* etc.; *c Κατάθου σου τὸν θώρακα,* ut in cod. 305 ff. 104 ss., nn. 46. 45. 48. [10] (f. 220^{v}) *Τοῦ Προδρόμου ιβ'στιχα* (i. e. *δωδεκάστ.*) *πολιτικὰ εἰς τὸν αὐτοκράτορα κῦριν Ἰωάννην τὸν Κομνηνὸν ἔτι ὄντα ἐν τῇ Κασταμόνι,* inc. *Καλά σου τὰ προοίμια γῆς κράτορ μονοκράτορ,* des. (v. 108) *Τὴν παλλιγγενεσίαν σου καὶ τὸν ἐγκαινισμόν σου* (excerpta ap. Papadim. o. l. 380 s.); [11] (f. 221) *τοῦ αὐτοῦ ἐπὶ τῇ ἁλώσει τῆς Κασταμόνος ἐπινίκιος πρόοδος τοῦ αὐτοκράτορος κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ δεκάστιχα πολιτικὰ, τοῖς δήμοις* (M. 133, 1373–1383; lectiones huius cod. ed. Papadim. o. l. 376); [12] (f. 223^{v}) *τοῦ αὐτοῦ ὡς ἀπὸ τῆς πόλεως δεκάστιχα παρακλητικὰ τῷ αὐτοκράτορι κυρ. Ἰωάννῃ πρὸς τὸ καθίσαι ἐφ' ἅρματος τοῖς δήμοις* (M. 133, 1383–1387).

3 (f. 224) *τοῦ Ψελλοῦ κυροῦ Μιχαὴλ λόγος κατά τινος λοιδορήσαντος αὐτὸν ἀφανῶς,* inc. *Πρὸς τὴν φλυαρίαν ὁ λόγος, μᾶλλον δὲ,* des. *ἵν' ἀκριβέστερον ὑμῶν ἐκεῖθεν γνῶ τὰ ἐπίσημα* (cf. M. 122, 518 B).

Addita sunt praeterea (f. 5^{r}) excerpta medica varia (primum inc. *τριταῖος μὲν εἰ οὕτως ἔτυχεν ὑπὸ τῆς ξανθῆς χολῆς,* des. *μέσος δ' ἀμφοῖν ὁ ἡμιτριταῖος,* septimum et ultimum *ἀμόργην ὀνομάζουσιν Ἕλληνες τὴν ὑπόστασιν τοῦ ἐλαίου* ex Galeni comm. in Hippocr. aphorism. 7, 45); **Constantini,** ut videtur, **Acropolitae** versus octo quibus satanae increpat, inc. *Στῆθι σατανᾶ μὴ προβῇς τράπον φεῦγε,* des. *Ἀκροπολ(ί)τ(ην) εὐσεβῆ Κωνσταντῖνον* (de homine, si quidem ille est, v. Ehrhard in Krumbacher o. c. § 90); (f. 6^{v}) epistolion subplex (vel eius particula) ad imperatorem, inc. *καὶ* (oblitt.) *οἶδα μὲν ὅτι τὸ ἐγχείρημα μέγα καὶ τολμηρόν μοι ἐστὶ,* des. *ἵνα συμπαθήσῃ τὸν δοῦλον σου καὶ ἔλθῃ ἐνταῦθα· ὅπως παραλάβῃ;* (ib.) In nuptiis Iohannis Asan II Bulgarorum regis (*Ἀσὰν ὁ χαριτώνυμος ὁ κράτωρ τῆς Μυσίας*) et Irenes Theodori Angeli filiae (cf. Du Cange, Familiae Byzantinae, Paris. 1680, p. 320) carmina duo; prius inc. *Ἐξ αὐτανάκτων κρατ(αιῶν?) βασίλισσα προῆλθες,* des. (v. 18) *πρὸς δέ σοι τὴν ἀπόλαυσιν τῆς εὐτεκνίας δώῃ,* posterius inc. *Ἐγέρθητι τῆς κλίνης σου δέσποτα Μυσοκράτ(ο)ρ,* des. (v. 15) *ὁ κράτωρ κάλλιστος Ἀσὰν καὶ βασιλὶς Εἰρήνη;* (f. 228^{r}) manu saec. XIV sensententiae tres: 1 *πᾶς τις ὀρεγόμενος βίον ἀσφαλῆ καὶ ἐνάρετον ζῆσαι,* | *θεω-*

ριαις βλαβεραῖς ἠθῶν μὴ ἐμβραδυνίσῃ, 2 *τέχνην ἣν ἂν δύναιο διδάσκου καὶ σοφιαν βιωφελῆ — πολλὴν ὠφέλειαν τῶ κεκτημένω παρέχε(ι)*, 3 *ἐν φίλων κτήσει τοὺς ἀρετῆ διαφέροντας μᾶλλον ἢ τοὺς πλούτω προτίμα*. (f. 228ᵛ) Post glossemata et metrologica non nulla (*Γαλιλαία σημαίνει τὴν κατακυλιστὴν* [cf. Lagarde, Onomastica sacra 215]. *Καπερναοὺμ — δίδραχμον ... πέντε ἤγουν διακόσιοι ὀβολοὶ*) veniunt versus sive potius temptamina versuum in nuptiis Iohannis Acropolitae Comneni (si bene intellego) et Theodorae Philanthropenae Ducaenae et rursus Demetrii Contostephani Comneni et Theodorae Ducaenae Acropolitissae:

I *'Ακροπολιτης Κομνηνὸς 'Ιω(άννης) Φιλαν(θρωπ)ηνῆ Δουκαιν(α) Θεοδώρ(α)*
Θεὸς χαριτόκλητον εἰς (Θεο)δώρ(αν) Φιλανθρωπηνὴν 'Ακροπολίτην ἄγει †;
II *Χριστὸς Κομνηνῶ τὴν Δούκαιναν συνδεῖ* (?) *τὴν 'Ακροπολίτησαν Κοντοστεφάνω*
Κοντοστεφάνω Κομνηνῶ Δημητρίω, Θεὸς συνάπτει Δούκαιναν Θεοδώραν:

quae ex parte inferius repetita sunt.

Liber diligenter exaratus. Inscriptiones et litterae maximae initio librorum rubrae. Fasciculi unus et triginta, nempe duo sine numeris (Aristoteli, ni fallor, postmodum praefixi) et *κθ'* notati in imo angulo interiore tum primae tum ultimae paginae: 1. 31 (= *κθ'*) quattuor foliis constant; 2, *η'* et *ιη'* ff. sex; *δ'* et *ιβ'* ff. septem; ceteri sunt quaterniones. Verum etiam *δ'*, *η'* et *ιβ'* quaterniones fuerant, cuius folium unum aut alterum excisum est citra damnum scripturae. Quae dixi scholia et periochas autographa, ea lituris et conrectionibus auctorem, non librarium, prodentibus scatent: nescio an ille vir doctus fuerit ex Acropolitarum (cf. addit. ff. 5ʳ et 228ᵛ) aut ex Contostephanorum gente (f. 228ᵛ). Ff. 140-145 scholia quaedam illis paullo recentiora. 227ᵛ abrasae sunt litterae arabicae prope viginti minio pictae. 228ᵛ inferne, manu saec. XV, *πῆξις πηγνύω γόμφιοι congelacio congelo as maxilares* atque vetustius monocondylion, quod evanidum sigilloque bybliothecae tectum extricare non potui. 5ᵛ manu saec. XV *Phisica Aristotelis in greco.* IIʳ *πίναξ* Allatianus manu saec. XVII-XVIII. Ff. I. IIᵛ. 35aʳ vacua.

In dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. byblioth.

308 (olim 430). Saec. XIV, chart. (ff. I. II. 362 membr.), mm. 210×148 c., ff. IV. 362 (+ 141ᵃ. 310ᵃ), in duos tomos recens dispertitus (t. II ff. 178 ss.).

1 (f. 1) **Theodori Prodromi** *ἐξήγησις εἰς τοὺς ἐν ταῖς ἱεραῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς ἐκτεθέντας κανόνας παρὰ τῶν ἁγίων καὶ σοφῶν ποιητῶν Κοσμᾶ καὶ 'Ιωάννου* numero decem et septem (non quattuor tantum, uti scripsit Pitra op. citand. p. XXVII), eodem ordine atque iisdem initiis ac finibus quae descripsit Pitra in praef. ad Theodori Prodr. commentarios in carmina sacra melodorum Cosmae Hierosol. et Ioannis Damasc. ed. ab H. M. Stevenson, Romae 1888, p. XXIV-XXVI [quae editio primam VI canonis odam praetergressa non est]. Prohoemium inscriptum est *εἰς τὸν ὀρφανοτρόφον*. In commentario canonis I de exaltatione s. Crucis, vv. *τὸν σταυρὸν τὸν ἐπὶ — ἐθνῶν καὶ ἐχθρῶν* (ed. Stev. pp. 6, 22-7, 33) translata sunt post vv. *'Ισραηλίτας ἡμᾶς εἰς* (p. 5, 8), uno videlicet archetypi folio ante locum suum transposito. Ex comm. canonis VIII in secundam magnam feriam, duobus post f. 138 foliis deperditis, exciderunt vv. [*ἄσπι*]*λον καὶ ὁμόστολον — ἔστω τὸ κράτος* ad odam 8 spectantia. Comm. in canonem XV (de Pentecoste) desinit (f. 270ᵛ) *πῶς οὐ παραδοξότατον*. Comm. in canonem ultimum, de transfiguratione, des. *ἐμφανισθείσης· ἡμῖν δὲ νοερῶς*, et deest expositio troparii postremi.

2 (f. 303) **Gregorii metropolitae Corinthii** *ἑτέρα ἐξήγησις ... εἴς τε τοὺς κανόνας τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεράγνου δεσποινης καὶ θεομήτορος καὶ τοῦ εὐαγγελισμοῦ, σὺν τούτοις δὲ καὶ εἰς τὴν ἑορτὴν τῆς κυριακῆς τοῦ ἀντίπασχα ἤγουν εἰς τὴν ψηλάφησιν τοῦ Θωμᾶ, εἰς τὴν ἀνάληψιν τε τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν 'Ι. Χρ. καὶ εἰς τὴν πεντηκοστήν* (cfr. Allat. in Fabricii-Harless Biblioth. gr. XII 125). ¹ Commentarius prioris canonis in dormitionem B. M. V. inc. *῾Ης οὐδὲ ὁ νοῦς δύσληπτος*, des. *παρρησίᾳ σου· εἰς δόξαν αὐτοῦ καὶ ἄπαυστον αἴνεσιν· ὅτι αὐτῷ...*; ² (f. 312ᵛ) alterius inc. *῾Ο παρὼν τῆς θεοτόκου κανὼν οὐδεμίαν*, des. ut prior; ³ (f. 319ᵛ) tertii in adnunciationem inc. *῏Ω δέσποινα λεγέτω*, des. *κραυγάζει σοι τὸ χαῖρε*; ⁴ (f. 329) quarti in dominicam *τοῦ ἀντίπασχα*, inc. *῾Ο παρὼν οὗτος κανὼν ὀλίγα*, des. *πνεύματος καὶ ἄπαυστον αἴνεσιν· ὅτι σοι πρέπει...*; ⁵ (f. 337) quinti in adscensionem Domini inc. *῾Ο παρὼν οὗτος κανὼν πάσης γέμει*, des. *αἰτήματα καὶ ζωὴν αἰώνιον*; ⁶ (f. 342ᵛ) sexti, in pentecosten prioris, inc. *῾Ο παρὼν οὗτος κανὼν ὅσον ἀπὸ τοῦ βαρέως*, des. *ἄπαυστον αἴνεσιν ὅτι αὐτῷ... πνεύματι νῦν...*; ⁷ (f. 349) septimi, in pentec. alterius, qui inscribitur *... ποίημα 'Ιω. μοναχοῦ, ὥς φασι, τοῦ ἐπιλεγομένου 'Αρκλᾶ*, inc. *Αὕτη μὲν ἡ ἀκροστιχὶς*, des. *σκοπῶ φιλοθέῳ μανθάνοντες· χάριτι...* (cfr. Fabricius-Harless XII 126 s.; Hardt, catal. codd. mss. biblioth. r. Bavaricae II 472 ss.).

3 (f. 357) *Στυλειανοῦ φιλοσόφου ἐξήγησις εἰς τὸ τροπάριον τὸ ὡς ἄνθρωπος ὑπάρχω καὶ τὰ ἑξῆς*, sc. ultimum triodii in quintam feriam magnam (Triodion, Romae 1879, p. 655), inc. *῎Αλλοις μὲν ἄλλως καὶ ὡς δοκεῖ ἑκάστῳ*, des. *οὐδεὶς οἶμαι τῶν ἐπὶ κραταιοῦ βεβηκότων φρονήματος*.

4 (f. 361) al. m. post., quo modo praescire quis possit, uter coniugum moriturus sit prior: *Ἐἰ θέλεις εὑρεῖν ποιον πρόσωπον ἐκ τοῦ ἀνδρογύνου τεθνήξεται πρῶτον*, des. *εἰ δὲ ευρεθῆ Ἐῦα, ἀποθνήσκει ἡ γυνή*. dein alio atram. *Νικόλαος: Μαρία.*

Ff. I. II. 362 (262 sic) rescripta, avolsa sunt ex Menaeo mensium

saltem Decembris et Ianuarii circa saeculum XII-XIII exarato. I^{r} fragmentum canonis ⟨Ioseph⟩ in s. Iulianam martyrem Nicomediensem (21 dec.) inde a vv. odae octavae *ἔχ⟨ουσα σώζειν⟩* (*Μηναῖα*, ed. Romae 1889, II 575-576, 26); I^{v} *μηνὶ τῷ αὐτῷ κβ΄ προεόρτιον τῆς Χριστοῦ γενήσεως καὶ τῆς ἁγίας... Ἀναστασίας. Βηθλεὲμ ἑτοιμάζου τὰ πρὸς ἀπάντησιν — ὀφθήσεται* (ib. 598) cui cathismati, duobus foliis avolsis, succedunt (f. II^{r}) fragmenta *παρέδραμες ἐμφρόνως — καρτερόψυχε* ex odis 1. 3 et 4 canonis ⟨Ioseph⟩ in s. Anastasiam (ib. 583, 16-586, 12), atque illis intersertae odae 3 et 4 canonis alterius *προεορτίου*, qui in ed. Rom. sub die 23 inpressus est (ib. 600, 5 ss.; 601, 24 ss.); (362^{r}) fr. canonis alphabetici inde a *K* usque ad *Y*: *Κρυπτόμενον ὡς νεφέλας; Ὑφῆψας Χριστέ — ὑμνοῦμέν σε.* ⟨Ioseph⟩ in *προέορτια* Epiphaniae (2 ian.; Men. ed. cit. III 32 fin., 33. 34. 36). — Vetustior codex flavo atramento litteris reclinatis saec. X vel XI eleganter perscriptus, canones et ipse profecto continuit (f. I^{v} *ΩΔ(Η) Θ;* f. II^{r} lin. 8 *ΩΔ. Η;* II^{v} marg. *Θ*); quosnam non refert inquirere.

Liber constat fasciculis 48 in duas series (40 + 8) distributis, quarum posterior ducitur a f. 303 (f. 335 *ε΄*, f. 359 *η΄*) et numeris distinguitur in angulo inf. primae paginae dextrorsum, prior modo ibidem (f. 17), modo circa medium imi marginis primae (ff. 23 *δ΄*, 178 *κδ΄*, 294 *λθ΄*) quandoque et ultimae paginae (ff. 62^{v}. 70^{v}. 100^{v}). Fasciculi sunt quaterniones, praeter 3 et 10 terniones, *κδ΄* binionem, 40 uno foliorum pare (ff. 302, 310^{a}) et 49 tribus foliis constantem. Quaterniones 16-22 iamdiu locis suis deturbati sunt, atque, ut adnotabat saeculo XIV vel XV vir quidam doctus in ff. 117^{v}. 124^{v}. 132^{v}. 153^{v}. 161^{v}. 169^{v}, sic reponendi: ff. 116. 125-132. 117-124. 133-153. 162-169. 154-161. 170: praeterea quaternionis nunc 17 (ff. 133-138) perierunt folia duo postrema. Chartae ex pluribus officinis, ut videtur italicis, saec. XIV medio anterioribus varia praeferunt insignia: farcimen vel insiciam (ff. 1 ss.; Briquet n. 13600); trifolium (ff. 25 ss., 61 ss.); litteram *A* (ff. 47. 200 ss.; cf. Br. n. 7927); ferulam (ff. 49; 332 ss.; Br. n. 6175 et 6177); fructus (f. 141 ss.; cf. Br. n. 7415); vexillum accedens ad Br. n. 5976, et aliud haud multum dissimile (ff. 183 ss.); agnum paschalem (ff. 149. 155 ss.; cfr. Br. n. 1); mespila duplicis formae (ff. 286; 296 quod cum Br. n. 7347 convenit); rotam currus radios quattuor habentem (f. 297); denique forficem vel aliud nescio quid a Br. n. 16014 haud multum distans. — Ff. 1-22. 47-54. 178-181 scripsit una manus, quam diceres postquam alia manus cetera (usque ad f. 285) scripserat, illa subplevisse (cfr. ff. 22^{v}. 181^{v}). Ea manus vel tertia ff. 286-361 exaravit. 361^{r} subscriptio signis arcanis, quae legere nescio. Adsunt plures emendationes et variae lectiones. Al. m. 110^{v} *ζήτει ἐνταῦθα τὸν εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν... κανόνα ἔμπροσθεν. τοῦ κῦρ. κοσμᾶ.* 180^{v} *ζήτει περὶ τὸ τέλος τοῦ βιβλίου καὶ ἄλλην ἐξήγησιν εἰς τὸ αὐτὸ τροπάριον Στυλειανοῦ τοῦ φιλοσόφου,* et similia f. 255^{v} sunt adscripta. II^{v} in marg. int. *κωνσταντίνος μαρια δημήτριος*; in imo *ιωαννης αννα*; in summo *δημήτριος* (?) *αννα.* II^{r} in summo marg. *N. 14 5 Plu.,* cui notae post *14* insertum deinde fuit *639.* III^{r}, in plagula adglutinata, *253,* quae est nota saec. XVI medii; in alia plagula membr. adglutinata syllabus saec. XVI medio posterior ***Theodori Prodromi exp.°*** | ***in***

aliquot hymnos et alia eiusde(m) et | ***aliorum*** *430*, ac desuper עזרה. IV^{r} index Allatianus. I^{r} manu saec. XV medii ***Expositio i(n) hymnos et Kalendaria cuiusda*** (sic) ***theodori***. Cf. indicem an. 1475 ap. Müntz et Fabre 247: « Theodori cuiusdam expositio in principaliore Ecclesiae [sic]. Ex papiro in nigro ». Ff. III^{v}. IV^{v}. 310^{a}. 361^{v} vacua.

In dorso utroque stemmata Pii IX et Ioh. Pitra card. byblioth.

309 (olim 667). Saec. XIII, chart., mm. 229 × 144, ff. I. 220 (+ 217^{a}).

1 (ff. 217^{a}. 212-217. 211. 203-210. 195-202. 1-10. 16. 12-15. 11. 17-19) ⟨**Pseudo-Philoponi** commentarius in Porphyrii isagogen⟩ initio mutilus (specimina dedit Brandis, scholia in Aristotelem 10-12; cf. Busse ad Porphyrii isag. inter comment. in Aristot. graeca IV 1 p. XXXVIII n.). Lacerato folio, prohoemii superscriptio versusque priores, octo vel novem ad summum, exciderunt, e vv. autem proxime ss. haec supersunt: *...ὡς* | *...τι μὲν* | ... | *...λλογισμοὺς ἐκτίλλαι* | *...τυχοῦσαν ὠφέλειαν προξενεῖ* | *...τὸ εὐσύνοπτον καὶ σαφέστερον* | etc. (Brandis p. 10 *a* 31. 32. 35. 37 s.). Similiter exciderunt vv. *ἐρήσομαι — ἤτοι τας* (ib. 10 *b* 32-11 *a* 4) et alia plus minus ex ss. sex versibus. Comm. ipse in Porphyrii verba, quae per particulas plene descripta sunt, inc. (f. 210) *Ἰστέον ὅτι ὁ φιλόσοφος Πορφύριος τὸ χρήσιμον κατεμέρισε,* des. *τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν μιγνύμενα ποιοῦσι φαιόν* (ut cod. Laurent. 85, 1, apud Bandini III 237 et Busse l. c.); nam quae sequuntur nudus Porphyrii textus sunt (ed. Busse 20, 11-22). Cf. Busse ib. IV 3 p. XXV, qui neque codicem neque commentarium scite descripsit.

2 Ammonii *τοῦ Ἑρμείου ὑπόμνημα* [1] (f. 20) *εἰς τὰς δέκα κατηγορίας τοῦ Ἀριστοτέλους* (quarum textus plene, secus atque in ed., intersertus est) in pluribus discordans ab ed. (inter comment. in Aristot. gr. IV 4), addita seorsum (f. 65^{r}) particula categoriarum ultima *Τὸ ἔχειν κατὰ πλειόνους — κατηρίθμηνται* (ed. Bekker 1, 15 *b*; cf. Busse l. c. p. XV); [2] (f. 66) *εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας τοῦ Ἀριστοτέλους* in quinque *τμήματα* distinctum (ff. 107 *τμῆμα δεύτερον;* 144^{v}. 145^{v}. 169^{v}. 185), magis integrum quam in codd. FG (cfr. Busse l. c. p. VII), ad quorum familiam liber pertinet; nam habet pp. 77, 1-15; 226, 3-227, 2; 249, 1-25; 250, 12-19 etc.). Inter sectiones secundam et tertiam (f. 145) est excerptum *εἰς τὸ, ὧν τὰ μὲν δύο πρὸς τὴν κατάφασιν καὶ ἀπόφασιν* (Aristot. ed. Bekker 1, 19 *b* 23), inc. *Τῶν τεσσάρων φησὶ μορίων ἀντιφάσεων δὲ δύο,* des. *ἢ μέγισται ἢ ἐλάχισται.* Addita sunt rubro scholia non nulla et schemata varia, insuper in ff. 172-179 glossemata inter lineas textus Aristotelis.

3 (f. 194. 218-220) *Περὶ τῶν τριῶν σχημάτων τῶν συλλογισμῶν* et (f. 219^{v}) *περὶ τῶν ὑποθετικῶν καλουμένων συλλογισμῶν* tractatus iidem atque in

cod. 244 f. 133^{v}-136. Exciderunt e priore libello, quattuor circiter ff. avolsis, vv. *ἐξ ἀνάγκης οὐκ ἐπειδὴ γὰρ Ἰούδας — ἐπεὶ οὖν ἡ καθόλου* (ib. ff. 134^{r}, 3-135^{v}, 11).

Liber blattis erosus, parte f. 217^{a} superiore privatus, pessime perturbatus, recens laciniis chartaceis adglutinatis utcumque resartus, conplectitur fasciculos 28 saeculo XV vel XVI in prima pagina circa medium imi marginis notatos numeris arabicis 1–27 et 29, sive quod fasciculus 28 postea avolsus fuerit, sive quod inter signandum numerus 28 sit praetermissus. Enumerationis graecae primitivae vix tria signa supersunt: *β'* in extremo fasciculo 5 (f. 35^{v}) ad angulum interiorem, *ι'* et *ιε'* in capite fasciculorum 18 et 23 (ff. 139^{r} et 179^{r}) ad angulum exteriorem. Qua re liquet partes singulares, ne dicam codices (nam scriptura vix differt), tres esse: primam fasciculis saltem quinque (ff. 195–217^{a}. 1–20), secundam (ff. 20^{v}–65) sex, tertiam (ff. 66–194. 218–220) decem et septem constantem; quarum secunda et tertia praeterea paginis non scriptis (ff. 65^{v}. 220^{v}) concludebantur. Fasciculi sunt quaterniones, praeter 2 constantem foliis undecim (fortasse 10 + 1, — 1 albo exciso), 8 (in fine partis secundae) sex, 11 decem, denique supremum tribus (ff. 218-220), avolsis nempe foliis eius prioribus vel tribus vel quinque. In fasciculo 6 ff. 45 et 46 alia m. vix recentiore subpleta sunt. Tituli, litterae initiales et scholia rubra. Textus qui declaratur, distinguitur virgulis quattuor, binis nigris, binis rubris margini inscriptis: quae virgulae desunt in ff. 189–193^{r}. I^{r} *πίναξ* Allatianus. 220^{v} m. saec. XV *Amonii Com(men)tum in logica(m) Ar(istote)lis;* quae verba, quia eadem omnino sunt atque in indice codicum graecorum Nicolai V penes Müntz et Fabre p. 332 « Item unum volumen eiusdem forme ⟨mediae⟩ de papiro, copertum corio nigro antiquo et lacerato ⟨?⟩, quod intitulatur Ammonii Commentum in logica Aristototelis » (sic), variant autem ab indice an. 1475, vix non certe a tempore Nicolai V inscripta sunt. Ibidem signa quattuor aethiopica eorumque scriptura latina *ha hi hha, ie*. Ff. 76^{r}. 175^{v}. 181^{v}. 190^{r} adnotationes latinae saec. XV vel XVI; 91^{r} adnotatio graeca vix antiquior. Ff. I^{v}. 65 (penitus), 46^{v} (maiore ex parte) vacua.

In dorso stemma Pii IX.

310 (olim 184). Saec. XIV?–XV, chart., mm. 290 × 212, ff. II. 122, e duobus codicibus conflatus (A ff. 1–93, linn. 34–38; B ff. 94–122, linn. 36).

A) **1 Ammonii** [1] (f. 1) in Porphyrii isagogen (ed. Busse inter comment. in Aristot. gr. IV 3). Inscrib. *Ἀμμ. φιλοσόφου τοῦ Ἑρμείου προλεγόμενα εἰς τὴν φιλοσοφιαν*, et (f. 6^{v}) *τέλος τῶν... καὶ ὑπόμνησις εἰς τὰς πέντε φωνὰς τοῦ αὐτοῦ Ἀμμ. φιλοσ. τοῦ Ἑρμ.* Ad p. 30, 7 descripto titulo *Πορφυρίου τοῦ φοίνικος μαθ. ...εἰσαγωγή* add. *ἡ δὲ ἑρμηνεία ἐστὶν Ἀμμωνίου — τοῦ μεγάλου Λέοντος* (ed. Busse p. xxv); [2] (f. 29^{v}) in categorias (ed. Busse vol. c. pars 4) cum additamentis longioribus codicis F seu Laurentiani 71, 3 ad pp. 37, 20; 38, 22 (in nostro vero ad p. 40, 17); 45, 4; 48, 12; 49, 12; 51, 3; 51, 17; 54, 4; 55, 13; 56, 6; 61, 7–9; 66, 3; 72–73; 85, 27, atque propriis ad pp. 93, 5; 97, 16; 105, 8 etc. (quae omnia fugerunt Busse p. xx, ubi lege *φύλλα γ ημισυ* pro *γς'*). Des. *ἵνα ᾖ μὲν τετράγωνον τοῦτο· γνώμων δὲ τοῦτο.* Ad p. 93, 6 (f. 57^{v}) inscriptum est *τέλος τῶν κατηγοριῶν:* (dein rubro) † *ἀρχὴ τῶν ἀντικειμένων: φύλλα γ'.* In textu Aristotelis, qui totus exegesi insertus est, lacunae sunt apertae in ff. 40^{r}. 54^{r}. 57^{r}.

2 (f. 62^{v}) Anonymi in lib. de interpretatione, in cod. *ἐξήγησις εἰς τὴν περὶ ἑρμηνείας τοῦ Ἀριστοτέλους διδασκαλίαν*, in quinque *τμήματα* divisa, inc. *Εἰπὼν ἐν ταῖς κατηγορίαις*, des. *διὸ οὐδὲ τὴν ἀντίφασιν ἢ συναληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι* (cf. Busse IV 5 p. xix not.; excerpta plurima ex cod. Coislin. 160 ed. Brandis, scholia in Aristotelem 93 ss.). Praescriptum est *Ἀριστοτέλους περὶ ἑρμηνείας: ἡ δὲ ἐξήγησις* nec amplius. Tmemata 2–5 incipiunt ab Aristotelis p. 17 *a* 38; 19 *b* 19; 21 *a* 34; 23 *a* 27.

3 (f. 94) **Platonis** Phaedo *ἢ περὶ ψυχῆς.*

Codex prior constabat fasciculis octo (senionibus, praeter *ς'* et octavum qui erant quiniones) in principio et fine notatis atque uno insuper folio 93. At conpaginibus male dissolutis, effecti recens sunt fasciculi tres et viginti. Foliis lineae sic insculptae fuerant ac si qualibet pagina duae columellae perscribendae essent. Tituli (cum ornatu ff. 1. 29^{v}. 69^{v}), litterae maiores, lemmata (*κείμενον, ἑρμηνεία* in ff. 1–17^{r}. 61^{v}–93, *ἐξήγησις* vero in ff. 17^{v}–61^{v}), stemmata sive schemata, aliquotiens (v. ff. 69. 70) chartulis adglutinatis addita, numeri foliorum quae singulae commentarii partes occupant, rubro scripta sunt. Sunt plura subplementa primae manus, tum alterius emendationes. Chartae pleraeque officinae insigne cornu praebent; ff. 15. 39. 45 litteram *R;* 1 incudinem (?), 3 arcam (?).

Codex alter constabat tribus quaternis (pariter male solutis) tum in principio tum in fine, in imo margine notatis, atque foliis quinque. Inscriptio, littera maxima, personarum nomina, rubra. Addita sunt scholia quaedam et emendationes atramento diversi coloris. Officinae chartariae signum videtur esse cornu (ff. 96 ss.), non tamen quod supra memoravimus.

I^{r} in angulo ext. summo nota saec. XVI *.24.;* inferius, m. saec. XV, *organo esigimino tu aristoteli PP* (num perpera?) *12,* atque alia m. *Ἀμμωνίου φιλοσόφου τοῦ ἑρμείου προλεγόμενα εἰς τὴν φιλοσοφίαν.* II^{r} *πίναξ* Allatianus. Ff. I^{v}. II^{v}. 93^{v}. 122^{v} vacua.

In dorso stemmata Benedicti XV et F. Cassetta card. byblioth. Tabulae anteriori aversae adglutinatum est dorsum integumenti membranei abiecti praeferens insignia Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

311 (olim 1071). Saec. XIII–XIV, chart., mm. 265 × 175 circ., ff. I. 104.

Incerti byzantini in Aristotelis categorias commentarius, in cod. *Ἀμμωνίου φιλοσόφου ἐξήγησις τῶν* ... (cetera exciderunt), ex Ammonio, Philopono, Elia aliisque, iudice Busse, consarcinatus, qui, post integra Ammonii iuxta recensionem Mb prolegomena (ed. Busse inter comment. in Aristot. gr. IV 4 pp. 1–15), inc. cum Philopono (f. 8^{v}) *A<i> ψυχαὶ αἱ ἡμέ-*

τεραι γυμναὶ (excerpta ex cod. Paris 2051 dedit Busse t. c. p. x ss.), des. *ἢ ἀσώματον ὡς αἱ περὶ αὐτὴν ποιότητες.*

Constabat quaternionibus tredecim in angulo inferiore primae paginae ad dexteram notatis (v. f. 97r *ιγ'*). Verum, cum liber haud bene resartus est, paria foliorum dissecta sunt eorumque margines charta contecti, adeo ut fasciculorum forma ac numeri fere omnes non adpareant amplius. Tituli, litterae maiores et adnotationes non nullae rubra. In marginibus subplementa quaedam. Folia conplura blattis exesa, aliquot etiam madore confecta. Officinae chartariae nullum insigne vidi. A summo f. 104v ad imum derecte versus quinque scripsit manus saec. circ. XIV † *ἀρετῆς λόγων* (*ν* add. sup. lin.) *πέρι· καὶ κακίας αὖθις... τούτων ειδει ποι|ητέον* (?), praeterea duas litteras maximas ornate pinxit.

In imo 104r manu saec. XV *Queda(m) expositio in ph(ilosoph)ia.* Foliis singulis folio valde ampliori inclusis, libri modulus excrevit usque ad mm. 368 × 245 c.

In dorso stemmata Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

312 (olim 666). Saec. XIV, chart., mm. 227 × 140 circ., ff. IV. 372 (+ 219a-c), e duobus tribusve codicibus conflatus (A ff. 1-206, fasc. 27, linn. 23-29; B ff. 207-219a, fasc. 2, linn. 25-28; C ff. 219b-372, fasc. 19, linn. 35-45).

1 (f. 1) **Iohannis Philoponi** in Aristotelis de generatione et conruptione lib. I; — (f. 132v) lib. II (ed. H. Vitelli inter comment. in Aristot. gr. XIV 2).

2 (f. 207) **Procli Diadochi** institutionis physicae lib. I, cum subscriptione *Προκλου διαδοχου λυκιου στοιχείωσις φυσικὴ τῶν εἰς δύο τὸ πρῶτον;* — (f. 212v) lib. II (ed. Ritzenfeld, Lipsiae 1912). Theoremata numeris graecis signata sunt usque ad th. 9 libri II. Sunt autem omissae demonstrationes aliquot, prorsus ut in cod. Monac. gr. 419, ex. gr. pp. 10, 1-15; 50, 24-52, 4; 52, 13-18; 54, 3-6; 54, 27-56, 4.

3 (f. 220) ⟨**Simplicii** in Aristotelis physicorum pars altera⟩, scilicet lib. V inde a vv. *μὲν οὖν κατὰ συμβεβηκὸς* (ed. H. Diels inter comment. in Aristot. gr. X 810, 3 ss.); — (f. 256) lib. VI, in cod. *Σιμπλ.* (*φιλοσοφ.* add. in ss.) *εἰς τὸ ζῆτα τῆς Ἀριστ. φυσικῆς ἀκροάσεως,* et similiter in ss.; — (f. 300) lib. VII; — (f. 323) lib. VIII usque ad vv. *πεπερασμένη οὖσα ἐν πεπερασμένῳ* (ib. p. 1358, 26): ea continue sequuntur duo versus et dimidius qui vix legi possunt: *τὴν οὖν* | ⟨*κατὰ*⟩ *μέρ*⟨*ος διάρθρ*⟩*ωσιν τοῦδε τοῦ βιβλίου τοιαύτην ὡς δυνατὸν ἦν* | ⟨*ἐποιήσαμεν...* | (cf. p. 1363, 25) † *τέλ*⟨*ος*⟩... *τοῦ φιλοσοφω(τάτου)* | *σι*⟨*μπλικίου εἰς τὴν φυσι*⟩*κὴν ἀκρόα*⟨*σιν*⟩..... Omissi nempe sunt, praeter supremas paginas, loci quattuor adversus Iohannem Philoponum: *a*) p. 1156, 30 *ὁ δὲ Γραμματικὸς* — 1169, 9-10 *νεανίευμα. Ὁ δὲ αὐτὸς λόγος,* pro quibus vv. sunt haec *πρὸς δὲ τὰ ἐφεξῆς ἴωμεν* (f. 334v); *b*) p. 1171, 30 *ὁ δὴ Γραμμ.* — 1182, 39 *ἀπηλλάξαμεν* (f. 335v); *c*) p. 1326,

28 *ὁ δὲ Γραμμ.* — 1340, 8 *τῆς Ἀριστοτέλους λέξεως* (f. 365r); *d*) p. 1358, 26-1363, 24. Quas mutilationes prioribus tribus saltem locis (quarto loco scriptura evanuit) indicavit, sive in margine (ff. 334v. 335v) sive in ipso textu, librarius scribens *λείπει τὰ πρὸς Φιλόπονον.* Vidi praeterea f. 240v post vv. *ἔχουσι θεωρεῖται* (p. 868, 21) subsequi *εἰ μὲν κατὰ τόπον* (p. 873, 2), monente librario in marg. *ζήτει τὴν συνέχειαν ἐν ᾧ φύλλῳ τὸ σημεῖον εὑρήσεις τοῦτο,* quod tamen non repperi. An aliae mutilationes et translationes obcurrant, non est meum inquirere.

Ff. II. III, saec. XII, membr., 2 coll. (columnae sunt mm. 165 × 067 c.), lin. 39, ex Triodio quodam avolsa, continent fragmentum canonis etc. pro sabbato et dominica hebdomadis secundae ieiuniorum, scilicet (f. IIv) ⟨*τὸν δρόμ*⟩*ον τελέσαντες μάρτυρες* — *οὓς μετέστησας. Ἓν καὶ τὰ τρία* — *μεγαλύνομεν,* dein *εἰς λειτουργίαν* ad Hebr. 3, 12-16, Marc. 1, 35-44 (cf. Triod., ed. Rom. 1879, p. 292 fin.-295, ubi *Δόξα* et *Θεοτόκιον* praecedunt *Μαρτυρικόν*); quae vero de dominica sunt, diversa sunt ab ed.

Scriptura, atramento, versuum numero codices distinguuntur indubie tres, quorum secundus libellus est perexiguus. Codicis primi fasciculi, numero septem et viginti, nulla nunc nota distincti, quaterniones sunt praeter tres, quorum unus constat foliis septem (ff. 137-143), alius quattuor (ff. 152-155), ultimus tribus (ff. 204-206). Fasciculi duo postremi sunt paullo minoris amplitudinis chartaeque non nihil diversae. Tituli, ornatus f. 1r (quem crux coronat litteris *ις χς ν κ* circum scriptis distincta), nec non litterae tum pericoparum Aristotelis tum in eas interpretationum initiales inde a f. 23 ad f. 139v, item oblitterationes aliquot (ff. 29r. 56v. 74r) rubra. Contextus Aristotelis litteris paullo maioribus perscriptus est. Adsunt quaedam alterius manus emendationes, nec non rasura vel unius versus (cf. ff. 169r. 175r). In ff. 1 et 2 madore plus quam ceteri confectis manus recentior conplures litteras retractavit eademque in titulo pro *γρ⟨αμμ⟩ατικοῦ* perperam *σχολαστικοῦ* superius scripsit. Officinae chartariae insigne in ff. 2-196 est campana (cf. Briquet n. 3926); in ss. videtur esse tridens (ff. 205-206) et figura fortasse scuti (ff. 197. 202. 203).

Codex alter, duobus fasciculis quaternionibus nullam notam praeferentibus constans, pluribus in locis vix legi potest, scriptura madore confecta ac solum in aliquot versibus (cf. ff. 209-210) renovata. Alterius fasciculi folia duo postrema excisa fuisse videntur. Insigne officinae chartariae in ff. 209-212 est campana, diversa tamen ab ea quam in codice primo vidimus.

Codicis tertii fasciculi notati sunt in imo margine paginae postremae circa medium, sed numero uno infra iustum inde a f. 297v, ubi *θ'* iterum conparet (v. f. 281v). Fasciculus postremus, sive 19, tribus foliis (370-372) constat: ceteri sunt quaterniones. Quat. *ια'-ιδ'* (ff. 306-337) minoris moduli. Ex iis quae supra notavimus et ex eo quod ff. 219c-d vacua sunt et f. 220 textus abrupte incipit, absque titulo, cruce tantum cum vv. *χε προηγοῦ* rubro picta, patet librum ex archetypo initio aeque ac fine mutilo et perturbato et expurgato descriptum esse. Scriptura plerumque angustissima, quandoque de

8 (f. 136^{v}) κανόνιον ἀπλανῶν ἀστέρων καὶ ἐκφανῶν τοῦ ,ςῦ ωῦ λθ' ἔτους i. e. anni D. 1331, ad haec (f. 137) ea rudiore manu, qua tabula f. 71^{v}, alphabeta tria et figurae duae.

9 (f. 138) Excerpta ⟨ex **Gemini** isagoge⟩, scil. cc. 3. 4 § 1 et 5 §§ 58-70 (ed. cit. 36, 6-42, 14; 62, 22-68, 10; et cf. Manitius ib. p. VIII).

10 (f. 144^{v}) ⟨**Nicephori Gregorae** de constructione astrolabii⟩, inc. ⟨Τ⟩ὸ μὲν ἔξωθεν δοχεῖον ὃ περιέχει, des. ἀπὸ τοῦ ζωδιακοῦ πρὸς βορρᾶν, ō ι', ut in cod. Vat. 792 f. 17-20 sub inscriptione Τοῦ σοφωτάτου κυρ. Νικηφόρου τοῦ Γρηγορᾶ παράδοσις, ὅπως δεῖ κατασκευάζειν ἀστρόλαβον etc. (cf. Boyvin praef. ad Niceph. Greg. ed. Bonn. I p. XLVII s., qui singillatim recenset alterum opellae caput). Huc spectant etiam figurae quattuor in praecedentibus ff. 140^{v}-143^{v}.

F. III^{v} index librorum manu scriptorum decem et octo, inter quos hic noster recenseri videtur 12 loco (ἕτερον Γεμίνου περὶ τῶν μετεώρων ἤγουν τῶν φαινομένων), inc. Ψαλτήριον· εὐχολόγιον, des. περὶ τῶν προχει⟨ρ⟩ων. (ὁμοῦ) βιβλία ιη' (ed. Heiberg, Cl. Ptol. opera astron. min. p. III n.).

Conplectitur fasciculos 20 in imis paginis prima et ultima circa medium notatos, qui sunt quaterniones universi, praeter ιε' septem foliis hodiedum constantem, ιθ' quinionem et par foliorum κ'. Litterae maiores, item inscriptiones capitum etc., praeterquam Theophili (ff. 100^{v}-112) atramento minioque alio perscripti, rubrae. Ille qui plurimas quas indicavimus figuras adiecit, idem quot praecipuis partibus, rursus Theophilo excepto, folia inplerentur, plus minus recte conputavit adnotavitque in fine (f. 48^{v} Γεμίνου, μς': ex μη': [?]: f. 65^{v} πάππου, ιε': f. 72^{v} ἄγραφα ζ': f. 95a^{v} πτο.^{ου} κδ', non κγ', quod edidit Heiberg: f. 99^{v} πτο.^{ου} κη': f. 136^{r} πτο.^{ου} πάλιν ιθ' φύλλα). Ff. III. IV. 69^{r}. 95^{v}. 117^{v}. 137. 142^{v}. 152^{r}-154^{v} alphabeta et conscribillationes graecae nullius momenti. 3-5 margines aliquatenus confecti non absque damno scripturae: quae chartarum damna, ut alia similia, laciniis croceis male resarta sunt ab eo qui librum denuo conpegit Pio IX s. p. I^{r}, in scidula membranea post saec. XVI med. perscripta, *Geminii introductio in | Meteora et alia eiusde(m) et alior(um). 209.* II^{r} πίναξ Allatianus manu ⟨Iosephi de Iuliis⟩. III^{r}, m. saec. XVI, *the barbier* (?); paullo inferius Θεοτόκε παρθενὲ χερὲ κεχαρϋτομεμενὴ etc. (i. e. Ave Maria), atque *Ioannes Metellus Sequanus scripsi* († 1600); denique *209 v. | 318 n.* 144^{r}, m. saec. XIV, † τὸ σιτ(ά)ρ(ιον ?) τὸ εὑρισκόμενον εἰς τὸ κάστρον τῆς ιδ' ἰνδικτ.· τὸ εἰσαχ-

θὲν εἰς (?) τὴν ιε', ἀπὸ τῆς γέρ(ρ)ας μοδ. ν' παρ' εξ. ἀπὸ τῆς μόρρας, μοδ. ρ'· ἀπὸ τῶν ἐκλειστρῶν, μοδ. σος'· κριθαρ. μοδ. λ'· καὶ ἀπὸ τῆς μόρρας κριθαρ. μοδ. κ' καὶ ἐρεβίνθου μοδ. ιε'· καὶ ἀπὸ τῆς γέρρας ἐρβίνθου (sic) μοδ. λ': ἠφέθη δὲ καὶ σιτ(α)ρ. εἰς τὴν ἀκρωνησίαν πρὸς τὸν Λεόντιον, μοδ. τ': (ed. Heiberg o. c. p. IV). Ff. I^{v}. II^{v}. 67^{v}. 68^{v}. 69^{v}. 70^{v}. 95. 100^{r}. 113^{v}. 117^{a}. 141^{r}. 142^{v}. 143^{r} vacua. Chartarum insignia vidimus haec: *a*) folium trilobatum (ff. 2. 4. 52 s., 93-101; Briquet n. 6214). *b*) turrim pinnatam (? ff. 9-32); *c*) pileum (ff. 33-48. 126-138; cf. Briquet n. 2884); *d*) litteram *B* (ff. 57 ss.); *e*) litteram *B*, ut videtur, duplicis formae (ff. 57-88); *f*) crucem hastatam (ff. 146-149; cf. Keinz n. 64), *g*) coronam (f. 152), *h*) nodum (f. 81). In ima facie, litteris minusculis contignatis, αστρονομικόν.

Descripserunt Manitius o. c. VII s., qui perperam eum adsignavit saec. XV et adiecit olim fuisse cardinalis Ottoboni (nam Ottob. Gemini codex est Ottob. gr. 353); Cumont et Boll in catalogo codd. astronom. graecorum V 71-73; Heiberg o. c. III s., CXLIII (ubi « saec. XV »).

Stemmata Pii IX et I. B. Pitra card. byblioth.

319 (olim 192). Saec. XIV, chart., mm. 210×140 circ., ff. I (add.), 109, linn. 20-22.

⟨**Alexandri Aphrodisiensis** in Aristotelis meteorologicorum librum IV⟩ inde a vv. ἐναντιώσεις εἰδοποιεῖται usque ad vv. λέγει γὰρ ἐν αὐτῷ (ed. Hayduck inter comm. in Aristot. graeca III 3 p. 179, 17-227, 20), uno scilicet folio tam in principio quam in fine deperdito. Qui vero post saeculum XVI medium librum conplere voluit, is f. I^{v} duos Aristotelis versus Ἐπεὶ δὲ τέτταρα — εἶναι. ὧν τὰ μὲν (ed. Bekker I 378^{b}, 10-12) descripsit atque titulum Ἀριστοτέλους μετεωρολογικῶν βιβλίον τέταρτον praefixit. Aristotelis textus integer, secus atque in ed., insertus est unaque cum eo scholia sive inter lineas sive margini adiecta.

F. 109 varia varie scripta exercitationis causa, nempe [1] illae ad Beatam Virginem preces Τὴν πᾶσαν ἐλπίδα μου — ὑπὸ τὴν σκέπην σου et Τῶν οὐρανίων ταγμάτων τὸ ἀγαλλίαμα — Θεοτόκε ἀνεθέμεθα latinis litteris expressae, quibus singulis vis litterae graecae locum eundem in alphabeto graeco occupantis adtributa est, interseruntur autem quaedam inverse exarata ἄλλον, θεοτόκε βοήθι μοι; [2] abecedaria duo, prius sane latinum, posterius, ut videtur, item latinum ex parte, quantumvis deformatum; [3] sub titulo inverse scripto Ἀντιγόνῳ Δαμάσκιος ⟨**Theophylacti Simocati** epistula 58⟩ Εἰ μὴ βίου Σωκράτης — ἀλγηδόνας (Epistolographi graeci rec. R. Hercher 780), quam excipiunt scriptiunculae quattuor nullius momenti; [4] (f. 109^{v}) alphabetum arcanum e graecis litteris qua inversis qua supinis efformatum et oratio ad B. Virginem ἀρχαγγελικῶς ὑμνήσωμεν πιστοὶ — ἄχραντε, ἡ ἐλπὶς χριστιανῶν illis litteris scripta; [5] glossae conplures, inc. θράνος, τὸ σκαμνίον. ⟨μ⟩άκτρα, τὸ σκαφίδιον. — φλαῦρος, ὁ βλάσφημος. κατα⟨π⟩ῦγον (?), ὁ μαυλισταρᾶς; [6] abecedarium partim litteris graecis, partim signis astrorum constans, [7] numeri a 1 ad 900 (exceptis 10 et 100) in tres series α-θ, κ-ϙ et σ-ϡ inverse scriptas dispertiti, [8] hexametri καρκῖνοι duo, scil. νόσον ἔβαλεν ὁ λιμὸς; ὃς ὅμιλον ἔλαβε νόσον et ἀμήσας ἄρδην ὀροφηφόρον ἥδρασα σῆμα. Quae omnia luminis ope sunt expressa in *Bessarione* an. 1914 p. 354-355.

Constat quaternionibus 14, notas in imo paginae primae margine praebentibus (v. f. 40 ς', 87 ιβ', 103 ιδ'), quarum pleraeque fere penitus exsectae fuerunt. Quaternionis primi folium primum, ultimi paenultimum periit, octavi denique (ff. 56-62) unum nescio quod avolsum sine damno scripturae. Scriptura haud inelegans. Textus Aristotelis obelis insignitus. Scholia a f. 1 ad 39^{v} rubro adscripta, deinceps atramento. Chartarum insigne littera *L* (cf. Keinz n. 112). Ff. 7^{r} et 104^{v}, 18^{r} et 65^{r}. 31^{r}. 68^{v}. 77^{r} et 103^{v} non nulla in marginibus a summo ad imum vel e contra repetita sunt ab homine otioso, item alia alibi. I^{r} ante medium saec. XVI scriptae in membrana adglutinata notae tres: *32;* alia *25* et antiquior *N° 45 5 Plu. secr.;* inferius vero, in frustulo chartaceo inverse adposito, nota illis paullo recentior *192.* 1^{r} summo, manu saec. XV ex. vel XVI in., *expositio. naturaliu(m),* in imo vero marg. *48* μη.

In tegumenti dorso insignia Pii IX et I. B. Pitra card. byblioth.

320 (olim 188). Saec. XIII, membran., mm. 286×200, ff. I (addit.). 239, linn. 20.

⟨**Michahelis Ephesii** in lib. IX (f. 1^{v}) et X (f. 92^{v}) ethicorum Nicomacheorum⟩ (ed. G. Heylbut inter commentaria in Aristot. graeca XX 461-620). Titulus lib. IX, qui, aeque ac lib. X ἐξήγησις τοῦ κάππα τῶν ἠθικῶν, in medio f. 1^{r} per versus tres et dimidium inscriptus fuerat, abrasus est ita ut vix paucissima divinari possis, veluti ἐξήγησις, εἰς τ..., Ἀριστοτ...

Constat fasciculis 31, quaternionibus praeter sextum decimum et κε' (ff. 121-126. 191-196) qui terniones sunt, et λα' in fine, qui binio nunc tria vix folia conplectitur, f. scilicet tertio exciso. Notae fasciculorum antiquae in summo primae paginae margine sinistrorsum adpictae (cf. ff. 49. 65. 175. 237); recentiores vero a β' ad ι' (quae inde ab η' [f. 65] perversae sunt, ff. 57-64 omissis) in imo circa medium, ιδ' vero, ιε' et ιη' infra notas veteres fere penitus exsectas. Scriptura grandior et adcurata; emendationes et rasurae perpaucae; membranae pro aetate elegantes.

In ima facie litteris grandioribus ✠ Ἐξήγησις τῶν τοῦ Ἀριστοτέλους | ἠθικῶν νικομαχείων ι^{α}' καὶ κ^{α}' †. F. 1^{r} manu saec. XIV (?) Τὸ παρὸν ὅλον βιβλίον εἰσὶν σχολαὶ ἢ (ita, non καὶ) ἐξήγησις, εἰς τῶν τοῦ Ἀριστοτέλους ἠθικῶν νικομαχείων, ῑ. καὶ κ̄. 208^{v} summo, manu saec. XIV, χρησμὸς Τότε πεσεῖται κράτος Ἀχαιμενιδῶν, ὅταν δέκ' ἄοινοι φράσσωνται βουλάς. I^{r} manu saec. XVII *n°. nuouo 320.* I^{v} πίναξ Allatianus Εὐστρατίου ἐξήγ. εἰς τὸ ἔννατον καὶ δέκατον etc. 239^{r} scriptiuncula ἔτ. εξακο|σιωστο ευτακοσιωστο πε... τον et crux; 239^{v} scriptiunculae evanescentes. De libro perpauca Heylbut t. c. p. VIII.

In tabulis et in dorso insignia Pauli V et Scipionis Borghese card. byblioth.

321 (olim 664). Saec. XIV, chart., mm. 219×150 c., ff. IV (addit.), 259 (+ 17^{a} add., 246^{a}), e duobus saltem codicibus conflatus, quorum secundus ff. 192 ss. conplectitur.

1 (f. 1) **Georgii Pachymerae** in organum Aristotelicum, in cod. (f. 5^{v}) inscrib. *τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου πρωτεκδίκου τῆς ἁγιωτάτης τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησιας τοῦ Παχυμέρους· ἐξήγησις συντομωτάτη καὶ λίαν λαμπρὰ εἰς ὅλον τὸ ὄργανον,* inc. *Φιλοσοφία ἐστὶν, ἐξ ὑποκειμένου μὲν προσεχοῦς λαμβανομένου,* des. iis verbis e Ps.-Alexandro Aphrodisiensi mutuatis *καὶ παρ' αὐτοῦ τετελείωται· ᾧ δὴ πάντας ἡμᾶς οὐ πολλὴν ὡς αὐτὸς ἔφησεν, ἀλλ' οὐδ' ὅσην εἰπεῖν ἔχειν χάριν προσήκει,* subscr. *τέλος τῶν σχολίων τοῦ ὀργάνου ἤτοι τῆς λογικῆς πραγματείας.* Praecedit (f. 1) sub inscr. *σημείωσαι καὶ ταῦτα συντελοῦντα εἰς τὸ ὄργανον· ὧν σποράδην ἐν τῇ αὐτῇ πραγματείᾳ ὁ Ἀριστοτέλης ἐμνήσθη,* veluti subplementum declarationum in certos locos ad geometriam spectantes, inc. *Ὡς ἂν εὐθεῖα ἐπ' εὐθεῖαν σταθῇ,* des. rubr. *τοῦτο τοῦ Μένονος. τὸ ἀπὸ τῆς πλευρᾶς τετράγωνον αβγδ. τὸ ἀπὸ τῆς διαμέτρου αδ εζ* | nec amplius. Haec quidem ut in codice Vindobon. philos. gr. 33, apud Lambecium-Kollar VII 153-156, et eadem plane diversa a breviore *Γεωργίου διακόνου πρωτεκδίκου καὶ δικαιοφύλακος τοῦ Παχ. ἐπιτομὴ τῆς Ἀριστοτέλους λογικῆς* (Parisiis apud Vascosanum 1548 et alibi edita) seu libro I Georgii Pachymeris hieromnemonis in universam fere Aristotelis philosophiam epitomes latine redditae a Ph. Bechio (Basileae 1560). Porro singularum partium initia haec sunt: [1] (f. 5^{v}) ⟨in Porphyrii isagogen⟩ *Εἰσαγωγὴ δὲ ἐπιγράφεται, τὸ βιβλίον μόνον;* [2] (f. 13^{v}) *Ἀριστοτ. κατηγορίαι. Ὥσπερ οἱ ἐπιστημονικοὶ προηγουμένως τῶν θεωρημάτων;* [3] (f. 26^{r}) *Ἀριστ. περὶ ἑρμηνείας. Περὶ ἑρμ. λέγεται τὸ βι. οἱονεὶ περὶ ἀποφαντικοῦ;* [4] (f. 36^{r}) *Ἐξήγησις τῶν τριῶν σχημάτων,* h. e. in analytica priora I. *Ἰδοῦ εἰσβάλλει καὶ εἰς τῶν τριῶν σχημάτων διδασκαλίαν,* [5] (f. 65^{r}) *Ἀριστ. ἀναλυτικῶν προτέρων δεύτερον. Πληρώσας περὶ τῶν προτέρων ἀνακεφαλαιούμενος,* [6] (f. 77^{r}) *ἡ ἀποδεικτική,* h. e. analyt. posteriora I. *Τοῦτο τὸ μάθημά ἐστιν οὗ ἕνεκα,* [7] (f. 103^{r}) *τὸ β.ον τῆς ἀποδεικτικῆς. Οὐ κατὰ ταῦτα ὅσα ἐπιστάμεθα ταῦτα ἐζητοῦμεν;* [8] (f. 114^{r}) *ἡ διαλεκτική,* h. e. topic. I. *Τὸν σκοπὸν τῆς πραγματείας προτήθησιν μέθονδον* (sic vid.) *εὑρεῖν,* [9] (f. 121^{v}) topic. II (et sic in ss. III-V) sine titulo *Τῶν προβλημάτων τὰ μὲν ἐστὶ καθόλου,* [10] (f. 128^{v}) III *Ἐπειδὴ τὸ δεύτερο⟨ν⟩ βιβλίον περὶ τῶν κατὰ συμβεβηκός,* [11] (f. 132^{v}) IV *Πληρώσας τῶν περὶ τοῦ συμβεβηκότος τόπων τὸν λόγον,* [12] (f. 139^{v}) V *Ἄρχεται ἐντεῦθεν τῶν περὶ τοῦ ἰδίου τόπων καὶ εἰσὶν,* [13] (f. 148^{r}) VI *Δεῖ τὸν ὅρον τοιοῦτον εἶναι ὥστε καθ' οὗ,* [14] (f. 157^{r}) VII *Τριχῶς ἐλέγετο τὸ ταυτὸν. ἢ γένει,* [15] (f. 160^{r}) VIII *Πληρώσας περὶ τῶν τεσσάρων προβλημάτων καὶ τῶν τόπων αὐτῶν;* [16] (f. 169^{r}) *Περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων. Σκοπός ἐστι τῷ φιλοσόφῳ ἐνταῦθα διαλαβεῖν.*

2 (f. 17^{a}, mm. 220×062) ⟨**Isidori** monachi, postea cardinalis Rutheni⟩, *τὸ ψήφισμα,* quod tulisse finxit concilium optimorum e qualibet gente delectorum (in iis ex. gr. legatum agit pro Iberis Galatis et Celtis Diodorus Siculus) ad purgandas falsas hominum de divinis humanisque rebus opiniones, inc. (f.^{v}) *Ἐπειδὴ πολλὰ καὶ μεγάλα δεινὰ καὶ παγχάλεπα καὶ φλαῦρα τοῖς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην,* des. (f.^{r}) *ἀκούοις ἂν καὶ τὸν νόμον, ὡς ἄριστα καὶ ἄμφω καὶ ὠφελιμώτατα.* Scriptio mihi omnino videtur Isidori; liturae emendationesque plurimae opellam eiusdem esse autographam ostendunt. In facie posteriore (f.^{r}) aversa idem haec inscripsit *ἔτους, ͵ςου ϡου λθου νοεμβρίου κε΄* [1430] *ἡμέρᾳ σαββάτου ὥρα τελ. (ἡμέρας) κατὰ πέρσας* etc. et ad oram *ἀρχὴ κινήσεως.*

3 (ff. 83-87 alien., mm. 150×115 circ., linn. 24) **Iohannis Pediasimi** de duplicatione cubi, in cod. *Σχόλιον τοῦ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Πεδιασίμου,* inc. *Τὸ ὅτι οἱ δύο κῦβοι κῦβος, δύναται μὲν καὶ οὕτω νοεῖσθαι,* des. *ὁ ἀπὸ τοῦ ζα· τοῦτο γὰρ ἔδει ποιῆσαι* (notavit P. Tannery in *Archives des missions scientifiques* 3e ser., XIII 452. Cf. D. Bassi in *Rendiconti del R. Istituto Lombardo* an. 1898 p. 1413). Praecedebat

4 ⟨**Libanii**⟩ una saltem narratio de Alectryone, cuius supersunt vv. *φανείσης — τὸν ὕπνον διὰ τῆς ᾠδῆς* (ed. R. Foerster VIII 50, 5-10).

5 (f. 192) **Theonis Smyrnaei** expositio rerum mathematicarum ad legendum Platonem utilium, pars prior tantum (ed. Hiller, Lipsiae 1878, p. 1-119). In titulo *...τῶν κατὰ τὰ μαθηματικὰ... εἰς τὴν τοῦ Πλάτωνος... ὅτι ἀναγκαῖα τὰ μαθήματα: ἐκ τῶν πολλῶν ὀλίγα.*

6 (f. 216) **Maximi Planudae** *ψηφηφορία κατ' Ἰ⟨ν⟩δοὺς ἡ λεγομένη μεγάλη:* ~ ⟨c. 1⟩ *περὶ ἐκθέσεως τῶν στοιχείων. Οἱ τῶν ἀστρονόμων* (ed. C. I. Gerhardt *Das Rechenbuch des Max. Plan.* etc., Halle 1865; cf. Tannery l. c). Capitum tituli plures quam in ed. In c. de divisione, post vv. *ἀλλὰ ἀεὶ οὕτως ὀνομασθήσεται* (p. 18, lin. 23) sequitur *καὶ ἄλλως. τοῦ* (?) *Μανουὴλ τοῦ Μοσχοπούλου. Λαμβάνειν χρὴ τὸν ὁμώνυμον τοῖς μορίοις — ἐλάττονι ὀνόματι ὀνομάσαι:* ~ et rursum *τοῦ Πλανούδη. Καὶ μὴν καὶ τοῦτο* etc., ut in ed. l. c. Post vv. *οὐ γράφω τι* (p. 23, lin. 20) sequitur locus amplior *Ὁ δὲ τρόπος τῆς δοκιμῆς τούτων ἁπάντων — ἀλλ' οὐ δι' ἐκείνης αὐτῆς ἀλλὰ διὰ τῆς ἑτέρας* (ff. 231^{v}-234^{v}), qui deest in ed.

7 (f. 244) ⟨Thaboritae cuiusdam adversus *ταυτίζοντας οὐσίαν Θεοῦ καὶ ἐνέργειαν καὶ αὖ πάλιν ...αὐτὴν δὴ ταύτην τὴν θείαν καὶ ἀΐδιον ἐνέργειαν τῆς οὐσίας ἀποδιελόντας,* seu Barlaam et in primis Acindynum adhuc viventem⟩, inc. abrupte: † *ἐντεῦθεν καὶ αὐτὸς σύμμαχον εὑρὼν ἑαυτῷ τὸν καιρὸν, ἐπέρχεται,* des. *ἐκείνοις τὰ πάντα ἡγεμόσι καὶ γνώμωσι χρώμενοι.* Orationem

fere diceres propter ea verba: *εἴπου τις παρείη τῶν ἀνενεργήτων καὶ ταυτιστῶν:* adferuntur autem excerpta conplura e scriptis ss. Iohannis Damasceni (f. 244v s., 246a. 254r), Maximi conf. (ff. 245r. 246a. 254v. 255v), Gregorii Nazianzeni (f. 245r s. *ἄκουσον καὶ ἑτέρου θεολόγου οὐ χεῖρον ὡς ἔοικε τοῦ ταυτιστοῦ ἐκείνου καὶ ἀνενεργήτου τοῦ ἐκ Καλαβρίας, καὶ τοῦ παρακινδυνεύσαντος κατ' ἐκεῖνον 'Ακινδύνου,* 247r. 249v. 255. 256), Basilii (ff. 245v. 247v. 248v s., 254r. 255v. 256v), Gregorii Nysseni (ff. 247r. 252v. 255v), Athanasii (ff. 248v. 250r. 254v), Ps.-Dionysii (ff. 251. 253v. 255), Andreae Cretensis (ff. 252v. 254v), Chrysostomi (f. 256v). Sequuntur eiusdem, ut videtur, auctoris velut opuscula seu capitula propria: *a* (f. 257v) *ὅτι πολλαχῶς λέγεται ὑπερκεῖσθαι ἡ οὐσία τοῦ θεοῦ τῆς οἰκείας ἐνεργείας,* inc. *Πᾶσα οὐσία ἔχει ἔμφυτον,* des. *μαχηταὶ ἀκαταγώνιστοι πρὸς τοὺς Βαρλααμίτας γενώμεθα ... διατηρῆται ὅπερ καὶ εἴη Χριστοῦ χάριτι,* *b* (f. 258v) *πῶς νοητέον τὴν ὑπερκειμένην καὶ ὑφειμένην θεότητα τοῖς ἁγίοις,* inc. *'Αμέθεκτον. μεθεκτὸν. καὶ μετέχον,* des. *καὶ θέσει θεοὶ γινόμενοι,* *c* (ib.) summa errorum Acindyni et quaedam de illius calliditate, inc. *ὡς ἐν βραχεῖ περιγράψω εἰς ὅσας αἱρέσεις ἐμπίπτει ὁ 'Ακίνδυνος λέγων τὸν θεὸν ἀνενέργητον καὶ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ κτίσμα,* des. *λανθάνει δὲ ταῦτα τὴν ἀ⟨γίαν? αὐ⟩γουσταν ἡμῶν κυρίαν καὶ δέσποιναν* (Annam scil. Sabaudam, Iohannis V Palaeologi matrem ac tutricem), *οὐ γὰρ γινώσκει ἀκριβῶς, εἰς ὅσας αἱρέσεις ἐμπίπτει ὁ 'Ακίνδυνος. εἰ γὰρ ἐγίνωσκε τοῦτο ὡς ἔχει, ἢ ἂν τὸν 'Ακίνδυνον καὶ τοὺς αὐτοῦ ἀναδόχους ἀπήλασεν εἰ δυνατὸν, πόρρω τῶν ῥωμαϊκῶν ὁρίων.*

Codex I constabat fasciculis (si excipias unum alienum, sc. ff. 83-87) 21 notatis in imo margine tum paginae primae dextrorsum, tum ultimae ad dexteram sinistramve, e quibus primus (ff. 1-6), quia cum reliquis putatus non est, videtur postmodum subfectus. Conplectuntur autem fasciculi 1 et 8 (ff. 59-64) folia sex, 2 (*α'*) septem (primo rescisso), 7 et 19 (*ιη'*, ff. 162-173) duodecim, 10. 12. 14. 15. 16 decem, 11 et 13 novem, 20 undecim, 21 septem, reliqui octo. Quae tanta varietas inde nata est, quod nova folia, quin et novi fasciculi saepius in locum ante perscriptorum subfecti sunt, et quidem sic exarati, ut pluries in eorum fine modo magis, modo minus vacuae superfuerint chartae (v. ex. gr. ff. 21v. 96v. 115v. 135v. 145v pagina integra): qua re diceres vel auctorem ipsum opus ita elimasse vel ex eiusdem schedis tumultuariis librarium illud utcumque descripsisse. Tituli, litterae maiores atque, in marginibus, initia locorum qui explanantur Aristotelis et pleraque schemata rubra. 30v imo marg. abolita est censura: *⟨σημείωσ?⟩αι ὅτι ἐσφαλμένον μοι δοκεῖ τὸ χωρίον ... διὰ τοῦτο δὴ καὶ ἀπήλειπται.* 76v in marg. additio sub nomine *Φιλοπόν(ου)* atque alibi alia additamenta.

Codicis II pars prior Theonem conplectens tribus iustis quaternionibus constat una manu descriptis eademque in summo paginae primae margine ad dexteram notatis (f. 200r), posterior vero (ff. 216-259) fasciculis septem inaequalibus, qui bis in imis marginibus notati sunt, et numero scilicet proprio (f. 216 *α'*, etc.) et eo qui serius Theoni et ipsis una inscriptus est (f. 200 *β'*; f. 256r *ι'*). Fasciculi *ε'* et *ι'* folia quattuor, *η'* quinque

continet: *δ'* et *ζ'* subfecti sunt et a reliqua conputi Planudei scriptione valde differunt. Subplentibus supervacua bis fuit pagina dimidia et ultra (ff. 227v. 247v).

Chartarum insignia plurima: *a* pirum inter duo folia (f. 244-257; v. Keinz n. 357); *b* flagrum, idque duplicis figurae (ff. 15. 23. 33 ss., 68; cf. Briquet n. 6175 ss.); *c* nodus (ff. 51. 77. 90. 113. 136 ss.; cf. Briquet n. 11979); *d* clavis (ff. 118-135; cf. Br. n. 3777); *e* crux archiepiscopalis (ff. 192-215; cf. Br. n. 5765 s.); *f* gladius (ff. 224-227; 238-241; cf. Br. n. 5112 ss.); *g* baculum vel clavus (f. 235); *h* bos (ff. 236. 243); et alia quae describere nescio (ff. 2. 219-220. 233).

F. I index codicis latinus saec. XVIII. IIr, in scidula chartacea saec. XVII, *n°. nuouo 321;* in membranea, post saec. XVI med. scripta, *Notationes quaedam in | Organum Arist: | et alia diuersor. | .664.* IIIr *πίναξ* Allatianus. 259v monocondylion inverse ter scriptum: *Ἰω(άνν)ης ὁ αρ ...* In facie ima syllabi vestigia, quae legi non possunt (*Παχ* ...?). Ff. IIv. IIIv. IV. 145v. 191v vacua. Qui librum denuo conpegit Pio IX p. m., is eumdem laciniis chartae croceae adglutinatis foedavit potius quam blattarum damna resarsit. De codice non nulla Tannery l. c., qui eum tribuit saeculo XV.

In dorso stemmata Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

322 et **1037** fuerunt unus idemque codex an. 1548 exaratus, chart., foliorum 188, linn. 29.

Iamblichi de secta Pythagorica libri I-IV.

1037 (olim 1089), mm. 333 × 222, ff. I. 66.

[1] De vita Pythagorica (ed. A. Nauck, Petropoli 1884). Praecedit index librorum I-IV ex Florentino derivatus (Nauck p. xxxiv), in quo tamen ad *δ' περὶ τῆς Νικομάχου ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς* male adsuta sunt argumenta librorum ss. his verbis *ὃς περιέχει καὶ περὶ ἀριθμητικῆς ἐπιστήμης, καὶ περὶ γεωμετρίας καὶ περὶ μουσικῆς τῆς περὶ Πυθαγορίοις.*

Quaterniones septem. Insigne officinae chartariae cancer circulo inscriptus. Ff. I et 57-66 (vacua) sunt a conpingente adiecta. 1r, manu ⟨A. L. Zaccagni⟩, *Codex iste pars est codicis* ⟨Maius add.⟩ *322.* In ima tabula anteriore aversa *N° 13,* quae est codicis nota saec. XVI med. Integumentum membraneum absque tesseris gentiliciis. In dorso, litteris maiusculis, *Iamblic de Secta.* Reliqua vide in descriptione cod. 322.

322 (olim 663), mm. 324 × 224, ff. I (add.), 131 (+ 49a add.).

[2] (f. 2v) Protrepticus (ed. H. Pistelli, Lipsiae 1888), [3] (f. 48) de communi mathematica scientia (ed. N. Festa, Lipsiae 1891), [4] (f. 84) in Nicomachi arithmeticam introductionem (ed. H. Pistelli, Lipsiae 1894).

Subscr. (f. 131) *Τέλος εἴληφε τὸ παρὸν βιβλίον, | διὰ χειρὸς ἐμοῦ ἰω(άν)νου μαυρο|μάτους, τοῦ ἐκ κερκύρων. κατὰ | μῆνα μάρτιον κθη' τοῦ ἀφμη'ου | ἔτους τῆς κατα σάρκα γεννήσεως | τοῦ κ(υρίο)υ καὶ θεοῦ, καὶ σωτῆρος | ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ* (ed. Pistelli in *Studi ital. di filol. class.*

I 30 s.). Ornatus, inscriptiones, litterae maiores et scholia pleraque margin. rubra. — Fasciculi numero decem et septem distinguuntur in fine verbis fasciculi sequentis initialibus derecte adscriptis. Superest et nota una ιε (f. 57r) in imo primae fasciculi octavi paginae margine ad dexteram posita: qua nota decem et quattuor, non vix septem praecessisse fasciculos ostenditur. Efficiunt autem illi septem priores fasciculi codicem Vat. gr. 1037, qui librorum omnium indicem ac primum librum de vita Pythagorica continet, eodem chartae genere, eadem manu, eodem versuum numero perscriptum. Qua re f. 1r ⟨A. L. Zaccagni⟩ recte adnotavit *Prima pars huius codicis extat in cod. 1037,* atque nos eumdem superius descripsimus. Fasciculi quaterniones sunt, exceptis paenultimo, qui est ternio, et ultimo foliis quinque constante. Chartae insignia: *a* cancer circulo inclusus (f. 1 ss.), *b* stella sex radiorum circulo inclusa (f. 36), *c* ancora circulo inscripta (f. 45 ss.), *d* forfices (f. 51-131). F. 49ar est exemplum folii 50r manu s. XVIII scriptum. Iv πίναξ Allatianus a ⟨Maio⟩ perfectus. Ff. 49av et 131v vacua.

In dorso stemmata Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

323 (olim 170). An. 1534-1549, chart., mm. 326 × 223, e duobus conflatus.

I, pp. II. 118, linn. 36.

Incerti de mysteriis Aegyptiorum, in cod. Ἰάμβλιχος περὶ μυστηρίων τῶν Αἰγυπτίων. Ἀβάμωνος etc., ut in ed. Parthey, Berolini 1857. Pag. II Ἰστέον ὅτι ὁ φιλόσοφος Πρόκλος ὑπομνηματίζων — ἱστορήσαντα (v. Fabricius-Harles V, 762 n. *r*).

Scriptio elegantissima notam Iohannis Honorii nostri manum prodit. P. 1 initio ornatus auro rubro caerulo pictus, in quo e vase aureo patent rami duo in pomis sex aureis totidem argentea lilia praeferentes; circa medium littera maxima multicolor; inferne genii duo basi insidentes, in qua litteris aureis maiusculis scriptum est *liberalitate. Pauli. III. pont. max.*, insignia multicolora pontificis eiusdem sustinent coronae conclusa, e qua hinc inde evolvitur volumen verba praebens ὄλβιος ἀεί litt. maiusc. Tituli, lemmata capitum rubra. Subplementa plura exstant tum manu Honorii, tum alterius viri docti, qui plurima coniectando restituit. Lacunae tamen supersunt aliquot (pp. 2. 3. 8). Fasciculi, ut plurimum terniones, nulla nota distinguuntur.

Pag. I πίναξ totius qualis nunc est codicis Allatianus ⟨manu Ios. de Iuliis⟩, quem sequitur *E Procli eiusdem theologia, ut in codice Bibliothecae Angelicae... H. Amatius;* atque infra, in parmula membranea adglutinata, syllabus saec. XVI medio posterior *Iamblicus de mysterii Ae|gyptiorum et alia Procli. | .170.*

Pp. 116-118 (sine numeris) vacuae. Initio ternio sine numeris a conpingente additus. Chartarum insigne sagittae duae decussatae, quibus inpendit stella radiorum sex.

II, pp. II. 54, linn. 40.

Procli Diadochi [1] in Platonis Alcibiadem priorem, usque ad vv. ἢ διά ταυτη τῇ μεσότητι (ed. Creuzer, Francofurti ad Moenum 1820, 1-72, lin. 7; ut in cod. *C*), [2] (p. 31) ⟨in Platonicam theologiam lib. I, 11 med. — II, 4 init.⟩, sine ulla inscriptione capitumque distinctione, inc. Οἱ περὶ τῶν θείων λόγοι συνήρηνται, des. διὰ τούτων οἶμαι γεγονέναι καταφανές: ~ (ed. Aem. Portus, Hamburgi 1618, p. 29, lin. 38-89, lin. 6 ab imo).

Scriptio paullo angustior quam in praecedenti. Ornatus, littera maxima et stemma Pauli III in p. 1, item fasciculi et officinae chartariae insigne ut in praecedenti. Nullae diorthotae emendationes. Pp. I. II. 29. 30. 52-54 (sine numeris) totae, 28 fere tota vacuae. In fine ternio sine numeris a glutinatore additus.

Codicis facies summa dextra ima aureae sunt; integumentum corio rubro obductum, liliis Farnesiorum aureis et argenteis lineisque argenteis ornatur. Idem vestigia catenae servat atque in dorso notam evanidam *N 17* (?) ~

324 (olim 169). An. 1536, chart., mm. 317 × 217 circ., pp. XVI. 164 (I-XII. 151-164 add.), linn. 41-43.

Iamblichi de secta Pythagorica libri I-III. [1] (p. XIII) de vita Pythagorica: praeit index librorum I-IV, ut in cod. 1037, descripto superius, una cum cod. 322, [2] (p. 62) Protrepticus, [3] (p. 111) de communi mathematica scientia.

Subscr. (p. 149): *Hoc opus ad huius Bibliothecae Palatinae usum, Ego Ioannes | Honorius à Mallia oppido Hydruntinae Dioc. ortus, | Libror. Graecor. instaurator sic exscribeba | Ano Dni. MD. XXXVI. Paulo | III. Pont. Max.* (ed. Pistelli in *Studi ital. di filol. class.* I 30). Inscriptiones librorum et paginarum (λόγος α', β', γ'), litterae maiores, capitum numeri et p. 1 ornatus, rubra. P. XVI stemma Pauli III variis coloribus eleganter depictum atque inferius titulus litteris maiusculis aureis *liberalitate. Pauli. III. pon. max.* Librum I (usque ad p. 56) castigavit idem vir doctus qui cod. 323, I. P. XII, manu saec. XVII-XVIII ⟨Ios. de Iulii?⟩, *Ἰαμβλίχου λόγος περὶ τῆς κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης ὁ τρίτος καλούμενος φύλλ. 114.* Fasciculi plerique terniones nullo signo distincti. Officinae chartariae insigne sagittae duae decussatae, quibus inpendit stella radiorum sex. Pp. I-XI, 150-164 vacua.

Scripturae exemplum (p. 149) dederunt P. Franchi de' Cavalieri et Ioh. Lietzmann, Specimina etc., tab. 48.

Integumentum corio castaneo obductum atque olim catena munitum, habet tabulas distinctas aureo argenteoque ornatu atque in medio tesseris gentiliciis verba *Paulus. III. pont. max.* praeferentibus. Facies libri summa dextra ima aureae pulcherrimae. In dorso notae veteris vestigia incerta.

325 (olim 195). Saec. XIV, chart., mm. 307 × 201, ff. II. 325 (+ 115a. 115b. 281a. 281b. 281c, - 159), in duas partes recens dispertitus (II pars ff. 165-325).

1 Epicteti dissertationes ab **Arriano** digestae: (f. 1) lib. I; — (f. 28v) lib. II; — (f. 58v) lib. III; — (f. 89) lib. IV (ed. H. Schenkl, Lipsiae 1894). Dicantis epistolium tabulae libri I (f. I) postpositum fuit

Subscr. recentior *τέλος τῶν* (*ἀρριανοῦ* punctis reprob., ac supra script.) *τοῦ ἐπικτήτου διατριβῶν.* Scholia ut in exemplo Saibantino Oxoniensi (ap. Schenkl p. LXXI–LXXXIV), e quo descriptus hic etiam noster dicitur.

2 (f. 109) ⟨**Porphyrii**⟩ vita Pythagorae, in cod. *Μάλχου ἢ βασιλέως. Πυθαγόρου βίος,* deficiens in vv. *περὶ τοῦ μέχρι πολλῶν* (Porphyrii philosophi Platonici opuscula, ed. A. Nauck, Lipsiae 1886, 17–50, 15, qui p. IX de codice nostro verba facit).

3 Arriani [1] ⟨Alexandri anabasis⟩ (f. 116) liber I; — (f. 135) liber II; — (f. 153) lib. III; — (f. 175v) lib. IV; — (f. 199v) lib. V; — (f. 220v) lib. VI et — (f. 241r), absque ulla omnino distinctione, lib. VII (Fl. Arriani quae exstant omnia ed. A. G. Roos, I, Lipsiae 1907, qui p. XVIII codicem hunc saec. XV tribuit neque monet eumdem [f. 249] libro VII, 12, 7 fin. *ἀντίπ,* non *ἀντί,* ut Vindob., praebere: quo vel uno fortasse nutat illius de opinio codice Vindobonensi communi ceterorum archetypo); [2] (f. 259v) ⟨historia Indica⟩ sine inscriptione. F. 115*b*v manu recentiore additae sunt notitiae de Arriano philosopho et de Arriano poeta (ex Suida, ed. Bernhardy I 713).

4 Porphyrii de abstinentia ab esu animalium (f. 282) liber I; — (f. 293v) lib. II; — (f. 305) lib. III; — (f. 315v) lib. IV cum scholiis anonymi Bulgarorum ad Christi religionem conversione recentioris, quorum paucissima subiecit Nauck suae operis editioni (sup. cit., 85–269). Inscriptiones huius modi sunt: *Πορφυρίου φιλοσόφου περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων πρῶτον* (*δεύτερον* etc.), *τέλος τοῦ πρώτου* (*δευτ.* et sim.) *περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων.*

Librum scripserunt manus quattuor: *a* ff. 1–31, *b* ff. 32–115 (quae decades etiam sic exprimit $\overline{\alpha\iota}$, $\overline{\beta\iota}$ etc. in ff. 68–73. 106–108), *c* ff. 116–281, *d* ff. 282–325. Primae quidem et alterius opus distinguunt ornatus (ff. Ir. 1r. 28v etc.), tituli, litterae maiores, numeri capitum atque conplura e scholiis rubra; tertia inscriptiones ac litteras maximas ac plures praeterea in ipso textu omisit, loco vacuo iisdem reservato, quem ne recentior quidem ille inplevit, qui titulos non nullos in marginibus (f. 116r *αρριανου λογος* $\overline{\alpha}^{ος}$, 135 *λογός* $\overline{\beta}^{ος}$, 153. 175v. 199v. 220v) saeculo fortasse XV adiecit et alia, praesertim in historia Indica adnotavit (ff. 115*b*v. 144r. 245v. 249v ss.); quarta manus titulos et litteras maximas ipsa atramento pinxit. Huic triplici inscriptionum varietati cum plane congruat triplex notarum fasciculorum series originalis (ff. 1-115 *α′–ιε′*; ff. 116–281 *α′*–⟨*κα′*⟩; ff. 282–325 sine numeris?) necnon varius perscriptorum versuum numerus, patet librum nostrum e tribus eodem tempore scriptis conflatum esse ipso saeculo XIV, quo fasciculi universi denuo simul conputati ac notati sunt in prima et ultima quaque pagina. Fasciculi *μβ′* sunt iidemque quaterniones, excepto *ια′* quinione (ff. 80–89; e quibus 81 et 88–89 subpleta diceres), item *ιε′* (ff. 114–115b) et *μβ′* binione. Sunt et notae eorum arabicae saeculo XV adiectae, vel ipsae in duas series dispertitae (ff. 106 et 114 *14* et *15;* ff. 116-221 *1–21*). Chartarum insignia duo: *a* circuli duo linea recta in crucem desinente divisi (ff. 1-155.

277–281. 301–313; cf. Keinz n. 25), *b* arcubalista (ff. 156–276. 282–300. 315–320; cf. Briquet n. 707). — Ff. 115a. 115b. 281a–c. 325v penitus vacua: 17r. 152–155r. 249r lacunas exhibent. Ir (add.) *πίναξ* Allatianus, atque, in plagula chartacea adglutinata, manu saec. XV–XVI, *Arrianus de dictis Epicteti:* nam codex in indicem anni 1475 sane relatus est (apud Müntz et Fabre p. 233: « Arriani de Disputationibus Epitecti. Eiusdem Historia de Rebus gestis Alexandri Regis. Porphirii opera de Abstinentia animalium. Ex papiro in nigro »), atque anno 1485 commodatus Raniero Ranieri (ib. p. 296).

Stemmata Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth., quorum tempore liber in duos dispertitus est eiusdemque folia laciniis chartaceis croceis adglutinatis resarta sunt.

326 (olim 669). Saec. XIII–XIV, chart., mm. 202×137 circ. (nunc mm. 260×190), ff. I (add.), 209, in duas partes recens divisus (II pars ff. 96–209).

⟨**Simplicii** commentarius in Epicteti enchiridion⟩, initio mutilus, inde a vv. *ὡς κατὰ ψυχὴν λογικὴν οὐσιωμένον* (ed. I. Schweighaeuser, Epicteteae philosophiae monumenta IV 7, lin. 10). Praeter initium autem exciderunt, folio uno avolso post ff. 6. 22 et 28, verba *καὶ πᾶσα ἐν πολλοῖς — ἄψυχα. Ἡ οὖν ψυχὴ* (ib. 21, 5-23, 13), *ἀποδείκνυσι τὸν τοῦ σπουδαίου — δυναστεῖαι καὶ τυραννίδες* (ib. 63, 11–66, 16) et *καὶ γὰρ ἔκτασις — προθυμίᾳ πρὸς ἄσκησιν* (ib. 82, 7–84, 15); suprema vero *διὰ τοῦ τῆς ἀληθείας φωτὸς* etc. (p. 526, 10–14) quae exciderant, subpleta sunt saec. XVI. Ad haec omissa sunt verba c. 51 ultima *μηδέποτε ἑαυτῷ συνειδέναι — ἀρχόμενος* (ib. 449 fin. - 450, 6) et cc. 59-60 tota (p. 468, 2–471), quae in deperdito libri fine subpleta fuisse testatur miniator f. 193v *μετὰ τὴν παροῦσαν γνώμην, λείπουσιν ἑτέραι δύο ἤτοι τὸ 'Ἐὰν ὑπὲρ δύναμιν:* (c. 59) *καὶ τὸ 'Ἐν τῷ περιπατεῖν:* (c. 60) *ἃς εὗρον ἐν τῷ τέλει τοῦ παρόντος βιβλίου, σύνταξον μετὰ τὴν παροῦσαν εἴθ' οὕτως ἔχου καὶ τ(ῶν?) ἐφεξῆς.* Locorum Epicteti initia tantum descripta sunt, eorumque, i. e. capitum, numeri saepius ab ed. differunt.

Librarii duo – an aequales, valde dubito – exararunt: *a* ff. 1–140. 142–146, *b* reliqua. Hic in imo f. 140v a se subpleto, quod non fuerat plene scriptum, adnotavit: *λείπει οὐδέν.* Sententiae Epicteti et litterae maximae rubrae. Conplures fenestrae (ex. gr. ff. 39r. 40v. 41r. 98v. 185), attamen textus edito magis integer. Fasciculi septem ac viginti sunt et ii quaterniones praeter 1. 4 (ff. 23–28), 19 (ff. 141–146) et ultimum, qui sex foliis nunc constant, deperditis scilicet primo et ultimo folio quatt. 1 et 4, septimo et octavo quat. 27, atque, nisi fallor, primo secundo septimo et octavo quat. 19, quae duobus foliis plenius scriptis alter librarius subplevit. Notae fasciculorum in prima quaque pagina dextrorsum inferne tum graecae tum latino-arabicae saec. XV (ex. gr. *c 1, c 2*). Officinae chartariae insigne nullum vidi. Aliquot lemmata graeca exstant manu docti hominis saec. XV (ff. 3v. 47v. 103v. 154. 192), praeterea interpretationes aliquae quorumdam verborum latinae et alia notabilia eiusdem fere temporis, initio potissimum codicis. F. 154v summo,

manu saec. XV, *Nicolaus*. 1r in marg. dextro, manu saec. XV ex., *P(rae)cepta ph(iloso-*
ph)ia⟨e⟩ | ad moralem | vitam | p(er)tine⟨n⟩|tia. Iv πίναξ Allatianus. 209v vacuum. —
Liber madore et blattis pessum datus, Pio IX s. p. male resartus est, nimirum singulis
foliis discissis, charta flava contectis atque margine longe ampliore auctis.

In dorso stemmata Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

327 (olim 194). Saec. XV, chart., mm. 295 × 204, ff. I (membran. add.), 95, linn. 32.

Simplicii commentarius in Epicteti enchiridion, in cod. inscript. *Σιμπλικίου μεγάλου φιλοσόφου· ἐξήγησις· εἰς τὸ τοῦ Ἐπικτήτου·* et subscr. *καλούμενον ἐγχειρίδιον* (*κεφάλαια ξθ* add. subscr.). Particulae Epicteti integrae singulis cc. praemittuntur, sed plurimis lacunis vel amplioribus hiant, praesertim inde a c. *με´* (f. 78 ss.): particulae vero *δ´ ε´* (ed. 5. 6. 7), quae in corpore ex una recensione - paraphrasim opinor - descriptae fuerant, in imo margine ex alia repetitae sunt cum praeceptis huiusmodi: *ἔασον τὸ παρὸν* (vel *τοῦτο*) *καὶ γράψαι τὸ κάτωθεν* atque *γράψαι τὸ παρὸν κείμενον* (*τὸ π. κείμ. γρ.*).

Scripsit Ioa. Roso ex opinione recentioris cuiusdam (f. 93), quem secuta est M. Vogel
Die griech. Schreiber. d. MA. 192; an recte, valde dubito. Ornatus, litterae maximae et
maiores, inscriptiones, capitum numeri ad latus, tum etiam (inde a f. 17r) in quolibet
f.r summo, rubra atque croceo distincta. Initia particularum Epicteti rubra. Fenestrae
plurimae. Fasciculi sunt duodecim, inferne in prima pagina dextrorsum, in ultima sini-
strorsum notati, iique quaterniones praeter supremum novem foliis nunc constantem.
Officinae chartariae signum libra circulo inclusa (cf. Briquet n. 2476).

Ir imo, manu saec. XVII inc., *194. V. | 327. n.*, atque in scidula lacera, saec. XVI
medio recentiore, adglutinata, manu saec. XVI declinantis: *⟨Sim⟩plicii expº. in Epicteti |*
Enchiridiō. | .194. Iv πίναξ Allatianus. Ff. 93v–95 vacua.

In dorso stemmata Pii IX et Ioh. B. Pitra card. byblioth.

328 (olim 1004). An. 1415–1416, chart., mm. 294 × 215, ff. II. 100, coll. 2 (prior graec., poster. lat.), linn. 35 et (inde a f. 93) 31.

1 Boëthii de consolatione philosophiae graece, ex interpretatione Maximi mon. Planudae (ed. A. Bétant, Genevae 1871), et latine (f. 1) lib. I sub inscr. *ἐπιγέγραπται δὲ περὶ παραμυθίας τῆς φιλοσοφίας,* atque al. m. *Βίβλον Ἀννιτίου· Μαλλίου· Σεβηρίνου· Βοηθοῦ· Βοητίου ἀπὸ ὑπάτων γένους τῶν πατρικίων· ἣν μετήνεγκεν ἐκ τῆς Λατίνων φωνῆς εἰς τὴν ἑλλάδα διάλεκτον ὁ τιμιώτατος ἐν μοναχοῖς κυρ. Μάξιμος ὁ Πλανούδης;* — (f. 13v) lib. II; — (f. 31) lib. III; — (f. 55v) lib. IV; — (f. 77) lib. V. Capitula totius operis in unam seriem redacta *κεφ. λθ´* efficiunt.

2 (f. 93) **Catonis** disticha graece ex interpretatione Maximi mon. Planudae (ed. Lugdun. 1538, p. 49-62), atque etiam latine, verum tamen usque ad l. III, dist. 12: *Nec retinere velis. si sepit* (sic pro *coeperit*) *esse molesta* (Poetae latini minores ed. Baehrens III 214-228).

3 (f. 99) ⟨Cuiusdam e familia Catela paraenesis ad filium, duodecim iambis⟩ inc. *Εἴπερ θέλεις ἔνδοξος τῇ ψυχῇ μέγας· | τέκνον κατέλω, ἐθέλεις τοῦ γενέσθαι,* des. *εἰς ὕψος ἔλθῃς τῆς ἄνω θεωρίας.* Adscripta rubro est super versus huius modi schedographia (v. 1): *καὶ ἐάνπερ· ὀρέγεσαι· τίμιος· ἐν τίνι· πολύς* (v. 12) *εἰς τί· τί ποιήσεις· ποίας· τίνος.*

Boëthii subscriptiones (f. 92v) rubro: *Πέρας ἐδώθη τῆς παρού|σης πυκτῖδος. χειρὶ ταλαι|πώρου, Μιχαὴλ τε τοῦ λαμπου* (M. Vogel *Die griech. Schreiber* etc. 314, quae cogitat de λαμπαδαρίου; at cur non λαμπούδη?), nigro: *Facto fine pia laudetur Virgo | maria. Deo gracias Amen,* quod rubro repetitum est. Subscriptio Catonis rubro f. 99r *Τὸν δακτύλοις γράψαντα — ἡ τριὰς τρισολβίως † | ἔτους ,ϛϠκδ· ῆ (ἰ)ν(δικτ.) ∴ | (ἡλιακ.) κύκλ. ῆ. (σελην,) κυ. ῆ.* (V. Vogel ib., n. 3). F. 75v imo, manu aequali, rubro *Ἰω(άνν)ου τοῦ κατέλου* (sane alius a librario ann. 1540–1542 apud Vogel o. c. 173). Litterae maximae conplures ornatu multicolore distinctae. Inscriptiones librorum et capitum graecae (nam latinae fere nullae sunt), litterae maiores graecae ac litterae maximae latinae, rubrae. Litterae minores latinae atrae atque vix rubra linea distinctae. Fasciculi sunt decem, in prima pagina latine superne; graece inferne, ad hoc saepe etiam in ultima graece notati. Secundus senio, ultimus (qui videtur addititius) quaternio, ceteri quiniones. Officinar. chartariar. insignia: *a* crux trimontio infixa (ff. I–42; cf. Briquet n. 11774), *b* unicornuus insiliens (ff. 43–69; 73–92; cf. Br. n. 9971), *c* trimontium simplex (f. 70), *d* aes campanum (f. 94–100; cf. Br. n. 3975). F. Ir figurae duae ac quaedam vernaculae scriptiones (*sora d'amor; Gibelino per natura gelfo per paura*, et iterum... *e guelfo...; Chi ben penssa falla* etc.) atque haec cancellata: *Iste boetius est mei Ieronimi d(e) modoetia acolliti s(an)ctissimi d(omi)ni n(ost)ri p(a)pe* (ut in cod. Vat. lat. 1931 apud B. Nogara p. 360) et alia nullius frugis; denique nota saec. XVI medio vetustior *N̊. 27. 4 Plu.* Iv, manu saec. XV–XVI, *Ex cassa. K. arsiu(m?)*. IIr emblema saec. XV. IIv πίναξ Allatianus. 99r et 100v, m. saec. XV, *Ἰω(ά)ν(νης) ντϋεδο* (Diedo, opinor). 100v *ἐν τούτοις τοῖς δυσὶ παραδείγμασι τὰ ὀκτὼ μέρη τοῦ λόγου κεῖνται· οἷον* etc., atque inferius al. m., *Υερωνιμους δε modoetià γραφί διε VI οκτωβρις 1440. Ego Ieronimus de modoetia Accollitus s(an)ctissimi d(omi)ni n(ost)ri pp. fui factus accollitus in p(ri)ma die anni MCCCC 41 (1?). florentie p(er) s(an)ctissimum d(omi)num Eugenium diuina providentia p(a)pam quartum.* Eiusdem folii pars inferior nova charta fuit refecta. 97r–99r, laterculus latino textui destinatus, et 99v–100r vacua.

Hic liber iam describitur in indice an. 1475, apud Müntz et Fabre p. 237: « Interpretationes de latino in graecum... Boetius de Consolatione; et Cato. Ex papiro in rubeo ».

In dorso stemmata Pii IX et Angeli Mai card. byblioth.

329 (olim 1005). Saec. XIII?-XIV, chart., mm. 259×180, ff. I (add.), 160 (– 122), coll. 2 (prior graec., poster. lat.).

1 (f. 1) **Catonis** disticha graece, sine inscriptionibus, ⟨ex interpretatione Maximi Planudae⟩, et latine sub inscriptione *In nomine dei eterni ame anno* (?) | *Incipit liber primus Catonis;* quo factum est ut libri I-IV ... *secundus* ... *quintus* dicantur.

2 ⟨**Boëthii** de consolatione philosophiae graece ex interpretatione Maximi Planudae, et latine cum glossis latinis⟩ (f. 10) liber I; — (f. 30^{v}) lib. II; — (f. 57^{v}) lib. III; — (f. 97^{v}) lib. IV; — (f. 135) lib. V. Praecedit (f. 9^{v}) tabula initiorum latini textus, manu paullo recentiore rubro scripta, quae incipit in pagina posteriore, desinit in anteriore.

Scriptura graeca longe elegantior quam latina. Inscriptiones in Boëthio nullae exstant, praeter quam initio lib. II graeci (f. 30^{v}). Litterae initiales pleraeque omissae. Glossae (inter lineas), subplementa et emendationes pluribus manibus, quandoque rubro (ff. 56-59^{r}. 68^{v}), adscripta sunt. Initio Boëthii (ff. 10-12^{v}; item 51^{r}) in margine exteriore adiecta est constructio latinorum verborum; alibi (ff. 98^{v}-101^{r}) scholia vere « scholastica » atque in fine (f. 160) argumentum totius operis. F. 49 lacunam in graeco recte quis adnotavit: *κομάτιν ἐκλίπεται,* quia vv. *Regulus - coniecerat* (l. II, c. 6, 34-35 Peiper) reddita non sunt. Qui tabulam Boëthii conposuit, idem in summo singulorum ff.^{r} margine numerum foliorum Boëthii (nempe a f. 10) arabicum rubro adnotavit nec non numerum libri latinum siglis illis *P*(rim.), *S*(ecund.), *T*(ert.), *q*(uart.), *Q*(uint.). Fasciculi sunt decem et novem et ii quaterniones praeter 1. 4. 5. 11 et ultimum qui sunt quiniones, et 13 (ff. 104-109) ternionem. Notarum primitivarum una tantum conparet, nempe *ιβ'* in imo f. 104^{r} dextrorsum; quae videtur ostendere fasc. 1 extra seriem fuisse. Notae paullo sequiores adsunt in summo ultimae paginae margine sinistrorsum (ex. gr. f. 53^{v} *ς'*, 103^{v} *ιγ'*, 150^{v} *ιθ'*): qui eas adscripsit, notam *ια'* praetermisit et sequentibus fasciculis numerum uno maiorem perperam adtribuit. Officinae chartariae signum in uno f. I (subpleto) est ascia (Briquet n. 7498). F. 160^{r}, rubro, *Anno d(omi)ni millesimo trecentesimo sexag.....* | *Ego* (ras. 12 litt. circ.) *Emi istu(m).....* 160^{v} *ἡ τριὰς ἡ ἔνθεος ἡ ταυτουμένη· | τρία ταῦτα χάρισαι τῷ μεμυκότι· | τὴν δε νοῦν καὶ σαφήνειαν λό...* (sic); dein, alia manu, nomina gentium: *ῥωμέκη· φράνγκυκος· ῥούσικος· βουλγάρος* (emendat. in *-άρινος*). *τζαρκάσος* (em. *-ικος?*), *αὐγάζος* (em. *-ινος*)· *εὐραῖκος· τοῦρκος·* (em. *τούρκικος*)· *τάρταρος* (em. in *-άρικος*)· *σαρακίνικος· ὕβερος* (em. *-ικος*)· *οὔγκρικος· φραντζόζος* (em. *-ι*ος*)· *σκλαβοῦνος* (em. *-ικος*)· *βλάχικὸς· συριάνικος*; praeterea latina *Inchubuere maris totumque ad uertice celum,* non nulla pretii nullius. I^{r}, in parmula membranea adglutinata, syllabus saeculo XVI medio posterior *Cato et Boetius de conso=|latione philosophica a Pla=|nude in grecu(m) uersi.* | *.1005.* I^{v} *πίναξ* Allatianus. 1^{r} imo, manu saec. XVII inc., *1005 v.* | *329 n.* In ima facie titulus graecus, qui nunc legi non potest.

In tabulis stemmata Pauli V et Scipionis Borghese card. byblioth., in dorso insigne Pii IX.

INDICES

I.

AUCTORES ET OPERA[1]

[1] Numeri maiores indicant codices, minores folia, stellulae opera spuria aut dubia.

II.
SCRIBAE, CONRECTORES, ADNOTATORES

III.
POSSESSORES

IV.
VIRI ET MULIERES

V.
LOCORUM NOMINA

VI.
CODICES TEMPORUM NOTIS CARENTES

VII.

CODICES TEMPORUM NOTIS INSTRUCTI

VIII.

STEMMATA PONTIFICUM ET CARDINALIUM BYBL. CODICUM TEGUMENTIS INPRESSA.

IX.

STEMMATA ET INSIGNIA IN CODICIBUS PICTA

X.

CODICUM TEGUMENTA ANTIQUIORA NULLIS STEMMATIS DISTINCTA

XI.
IMAGINES

XII.
CODICES GRAECO-LATINI

XIII.
CODICUM LATINOR. FRAGMENTA

XIV.
CODICES EMPTIONIS NOTAS PRAEFERENTES

XV.
CODICES RESCRIPTI

XVI.
CODICES IMAGINE PHOTOTYPA EXPRESSI

XVII.
TYPIS INPRESSA

XVIII.
OFFICINARUM CHARTARIARUM INSIGNIA

[1] Codicis 172 (ff. 184-186r) L. Petit episcopus nuper, cod. 175 (ff. 9v. 158v) H. Graeven anno 1898 imagines lucis ope exceperunt, quas tamen editas non vidimus.